Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Bibliothèque électronique suisse

LVCIANI
SAMOSATENI
OPERVM

Tomus II.

Cum

GILBERTI COGNATI

ET

IOANNIS SAMBVCI

Annotationibus:

Quas ad calcem vniuſcuiuſque DIALOGI adiectas, correctiores & locupletiores reperies.

BASILEAE.

MUSEUM
REM. FESCH
BASIL.

MUSEUM
REM. FESCH
BASIL.

DEORVM Dialogi.

ΔΙΟΣ ΚΑΙ Ερμοῦ. IOVIS ET MERcurÿ.

Iacobo Micyllo interprete.

IVPITER.

Ἦν τί ἰνάχου παῖδα τὴν καλὴν οἶσθα, ὦ Ερμῆ; Ερ. νή. τὴν Ἰὼ λέγεις; Ζ. οὐκέτι ταύτην ἡμέρην ἔχω, ἀλλὰ δάμαλιν. Ερ. τραγικὸν τὸ θέαμα. πῶς μετεμορφώθη; Ζ. ζηλοτυπήσασα αὐτὴν Ἥρα μετέβαλεν. ἀλλὰ καινόν τι κακὸν ἐπεμηχανήσατο τῇ ἀνοήτῳ βουκόλον τινὰ πολυόμματον Ἄργον τοὔνομα ἐπιστήσασα, ὃς νέμει τὴν δάμαλιν, ἄϋπνος ὤν. Ερ. τί οὖν ἡμᾶς χρὴ ποιεῖν; Ζ. καθεύδοντα αὐτὸν

Llã [a] Inachi puellã pulchram nosti, Mercuri? MER. Etiam. Io dicis. IVP. Non amplio puella ista est, sed iuuenca. MER. Monstrosum hoc. [b] Quomodo mutata est? IVP. Zeloтypia mota Iuno transformauit ipsam. Sed & nouum aliud quoddam malum insuper excogitauit. Infelici illi bubulcum quendã multioculum, Argum nomine, custodem addidit, qui iuuencam pascit, insomnis ac peruigil ipse existes. MER Quid igitur nos oportet facere?

Z. καταπλάμψ & ἐς τὴν Νεμέαν (ἐκεῖ δέ που ὁ Ἄργος βόσκεται) ἐκεῖνον μὲν ἀποκτένον· τὴν δὲ Ἰὼ δεῦρο πελάγους ἐς τὴν Αἴγυπτον ἀπαγαγὼν, Ἶσιν ποιησόν. καὶ τὸ λοιπὸν ἔσω θεὸς ἔστω ἐκεῖ, καὶ τὸν Νεῖλον ἀναγέτω, καὶ τοὺς ἀνέμους ἐπιπεμπέτω, καὶ σωζέτω τοὺς πλέοντας.

IVP. Deuolans [c] in Nemeam syluam (illic alicubi Argus pascit) illum quidem interficito: ipsam verò Io per pelagus in Aegyptum abducès, Isim facito, & decæterò [d] pro deo ab incolis habeatur, [e] Nilumq; attollat, & ventos immittat, & prætereà nauigantes seruet.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

a INACHI puellam.] *Io, iuxta poëtas, Inachi filia fuit: quam à Ioue compressam, Iuno in iuuencæ formam conuertit, eiq; præfecit Argum exploratorem: quem ferunt per ambitum capitis multorum oculorum luminibus ornatum. Deinde interfecto Argo à Mercurio, Io æstro ita in furorem acta est, vt se in mare præcipitauerit: quod ab ea Ionium dicitur. Sed cùm hæc tandem in Aegyptum, Mercurij ductu, peruenisset, Isis est. Quam fabulam in primis Lucianus hic, & in Nothi & Zephyri dialogo est exequutus.* b Quomodo mutata est.] *in Græco τὴν articulus ponitur interrogatiuè pro, πῶς.* c In Nemeam syluam.] *Achaiæ inter Cleonas, & Phliuntem, in qua leonem ferunt occidisse Hercules.* d Pro Deo ab incolis habeatur.] *Isis multa credebatur curare valetudinum genera, cuius etiam tutelæ commissi erant nauigantes. Quibus nominibus eius sacra obijt Delia peregrè mari Tibullo profecturo:* Quid tua nunc Isis tibi Delia? e Nilum.] *Aegypti fluuium, qui attollitur circa æstiuum solstitium mirum in modum.*

IOAN-

IOANNIS SAMBVCI
ANNOTATIONES.

Ἐξηγητικὸς καὶ ἐπεξεργαστικός.

Inachiden narrat formam traxisse iuuencæ
Iuppiter, ob zelum coniugis arte noua.
Vt quoq; custodem dederit polyommata Argum:
Quem priuat vita postea Mercurius.

ILLAM Inachi puellam.] ἐρώτησις. Etiam] ἀπόκρισις & asseueratio. Zelotypia mota.] Διήγησις καὶ παράγραφος. Sed & nouum.] ὁ τρόπος, αἴτιον δὲ ἄλλο μέρος. Et deçæteró] II. pars ἐπεξεργαστικὴ, per enumerationem.

ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ καὶ Ἑρμοῦ.

NEPTVNI ET Mercurij.

Eodem interprete.

NEPTVNVS.

ΕΣτιν, ὦ Ἑρμῆ, νικᾶν δυνηθῆναι τὸν Δία; Ερ. οὐδαμῶς, ὦ Ποσείδων. Ποσ. ὅμως πρόσαγγελον ἀφῆκας. Ερ. μὴ ἐνόχλει, φημί, ἄκαιρον γάρ. ὥστε οὐκ ἂν ἴδοις αὐτὸν ἐν τῷ παρόντι. Ποσ. μῶν τῇ Ἡρακωνίσει; Ερ. ὄκνει, ἀλλ' ἐτοῖόν τί ἐστι. Πο. συνίημι. ὁ Γανυμήδης ἔνδον. Ερ. οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ μαλακῶς ἔχει αὐτός. Ποσ. πόθεν, ὦ Ἑρμῆ; δεινόν γε τοῦτο, φῄς. Ερ.

LIcétne, Mercuri, conuenire Iouem nunc? MER. Nequaquam, Neptune. NEP. Attamen intrò renuncia de me ipsi. MER. Ne molestus sis, inquam. Importunũ enim hoc: quare nõ poteris ipsum videre in præsentia. NEP. Num igitur cum Iunone concumbit? MER. Non, sed diuersum quiddã est. NEP. Intelligo, [a] Ganymedes intus est. MER. Neque hoc: sed ipse infirmus aliquantulum est. NEP. Vnde hoc, Mercuri? Nescio enim quid graue narras.

Ερ. αἰσχύνομαι ἀπᾶρ, τοιοῦτόν ὄν. Πο. ἀλλ' ὁ χρὴ πρὸς ἐμὲ θεὸν γε ὄντα. Ερ. τέτοκεν ἀρτίως, ὦ Ποσείδον. Πο. ἄπαγε. τέτοκεν ἐκεῖνος; ἐκ τίνος; ἐκεῖν ἐπελήθη ἡμᾶς ἀνδρόγυνος ὤν; ἀλλ' οὐκ ἐπισύμαινεν αὐτῷ ἡ γαστὴρ ὄγκον τινά. Ερ. οὐ λέγεις. ὁ γὰρ ἐκείνη ἔχει τὸ ἔμβρυον. Πο. οἶδα. ἐκ δὲ λιφαλῆς ἔτεκεν ἄνθις, ὥσπερ τὸν Αθηνᾶν. τοιάδε γὰρ τὸν λιφαλῆν ἔχει. Ερ. ἔκ. ἀλλ' ἐν ᾧ μηρῷ ἐκύει τὸ ἐκ δὲ Σεμέλης βρέφος. Πο. οὐ γὰρ γυνᾶν, ὡς ὅλον ἡμῖν λυποφορεῖ, ἢ παυσαχόθι δὲ σώματος; ἀλλὰ τίς ἡ Σεμέλη ἐστί. Ερ. θηβαία, τῶν Καδμου θυγατέρων μία. ταύτῃ σωτὴρ θὼρ ἐγκύμονα, ἐποίησεν. Πο. εἶτα ἔτεκεν, ὦ Ερμῆ, αὐτὴ ἐκείνης; Ερ. ἦ μάλα, εἰ μὴ παράδοξον ἔναί σοι δοκεῖ. τὸν μὲν γὰρ Σεμέλην ὑπελθὼν ἡ Ηρα, (οἶσθα γὰρ ὡς ζηλότυπός ὅτι) παίδ

MER. *Pudet dicere, tale quicpiam est.* NEP. *At nihil eo tibi opus est apud me,* [b] *patruus vtiq; cùm tibi sim.* MER. *Peperit paulò antè, Neptune.* NEP. *Apage. An peperit ille? Ex quo? Itaq; latuit ille nos* [c] *Hermaphroditus existens? At* [d] *neq; vteros eius tumorem aliquem præ se tulit.* MER. *Rectè dicis: neque etiam ille partum intra se habebat.* NEP. *Noui, rursum ex capite peperit, scilicet,* [e] *quemadmodum & Mineruam. habet enim ille caput quoddam puerperum.* MER. *Neque illud sed* [f] *in femore gestauit partum illum, videlicet ex Semele receptum.* NEP. *Euge generosus, vt ille totus nobis, & ex omni parte corporis imprægnando idoneus atq; fœcundus est. Sed quænam* [g] *Semele ista est?* MER. [h] *Thebana mulier,* [i] *ex filiab* [9] *Cadmi vna. Huic congressus prægnantem eam reliquit.* NEP. *Deinde verò ipse pro illa peperit?* MER. *Atque admodum, etiam si tibi alienum ac mirum videatur. Nam* [k] *Semelen dolis aggressa Iuno, (*[l] *nosti autem vt sit zelotypa hæc)* persua-

πείθει αὐτῆναι πρὸς τὸν Διὸς, μετὰ βροντῶν καὶ ἀστραπῶν ἥκειν παρ' αὐτόν. ὡς δ' ἐπείσθη. καὶ ἦκεν ἔχων καὶ τὸν κεραυνὸν, ἀνεφλέγη ὁ οἶκος. καὶ ἡ Σεμέλη καὶ διεφθείρεται ὑπὸ τοῦ πυρός. ἐμὲ δὲ τὸν ἔμβρυον ἀναιρεῖσθαι τοῦ γαστρὸς τοῦ γυναικὸς, ἀναγκαῖόν μοι ἀτειλὲς ἔτι αὐτῷ τὸ ἔμβρυον ἐπαμφιάσαι. καὶ ἐπειδὴ ἐποίησε, διειλὼν τὸν μηρὸν, ἐντίθησιν, ὡς ἀπτειλιοθείη ἐνταῦθα, καὶ νῦν τρίτον ἤδη μοι ἐξέτεκεν αὐτὸ, καὶ μαλακῶς ἔχει τῶν ὠδίνων ἔχει. Ποσ. νῦν οὖν πῦ τὸ βρέφος ἐστίν; Ερ. ἐς τὸν Νῦσαν ἀπεκόμισα, παρέδωκα τοῖς νύμφαις ἀνατρέφειν, Διόνυσον ἐπονομάσαντα. Πο. ἀμφοτέρω δὲ Διονύσου τούτου καὶ μήτηρ καὶ πατὴρ ὁ δεῖνα; Ερ. ἔοικεν. ἄγομαι δ' οὖν ὕδωρ αὐτῷ πρὸς τὸ τραῦμα οἴσων, καὶ τἆλλα ποιήσων, ὅσα ἂν νομίζηται ἄσπερ λεχοῖ.

persuadet illi vt petat à Ioue quò cum fulmine ac fulgure ad se veniat. Quæ quum verbis huius inducta credidisset, veniſſetq; Iupiter fulmen secum portans, conflagrauit tectum, ipsaq; Semele ex igne perijt. Me autem iubet Iupiter, vt incisa illius aluo, [m] partum ad se afferam, imperfectum illum quidē adhuc, & [n] intra septimū mensem conceptū. Quod vbi feciſſem, ille dissecto fœmore suo, intrò illū recipit, vt ibi perficeretur. Atq; ita iam tertio postquam factum illud est mēse, demùò illum peperit, & nunc ex doloribus aliquantulùm languidus est. NEP. Vbi igitur infans ille iam est? ME. [o] In Nysam hinc ablatū, tradidi illum Nymphis enutriendum, [p] Dionysium cognominatū. NEP. Ergo virunque, Dionysij huius & pater & mater ille est. ME. Ita videtur. Abeo igitur, vt illi [q] aquā ad vulnus afferam, ac cætera, ea quæ ex more atque consueto fieri solent, quasi puerperæ procurem.

GILBERTI COGNATI.

ANNOTATIONES.

a GANYMEDES.] *Poëtæ fabulantur Ganymedem Troïs filium fuisse, & ob admirandam eius pulchritudinem ab aquila Iouis armigero raptum, ac pocillatorem Iouis mensæ adhibitum, quam rem Iunonem indignissimè tulisse. Homerus tamen eum non à Ioue, sed à dijs raptum tradit, neque ad concubitum, vt quidam fabulantur: ad quam fabulam hîc Lucianus alludit, sed ad pocillandum, vt dixi. Cic. Tusc. 1. Nec Homerum audio, qui Ganymedem à dijs raptum ait propter formam, vt Iouis pocula ministraret. Hom. Iliad. v. b* Patruus cùm tibi sim.] *Iouis patris tui frater. c* Hermaphroditus.] ἀνδρόγυνος. i. vtrunq; sexum habens. *d* Neq; vterus tumorem præ se tulit.] *Est enim propriè mulieris vterus. Hinc quæ grauidæ sunt, dicuntur vterum ferre* εἰ γαστέρ' ἔχειν. *Propriè etiam ad fœminas pertinet párere & fœtum emittere. e* Quemadmodum & Mineruam.] *Mineruam emisit Iupiter cerebro suo percusso, quum videret Iunonem sterilem, & ferendæ proli ineptam. Hinc Lucanus:*

Hanc & Pallas amat, patrio quæ vertice nata est.

f In fœmore.] *Bacchum, cùm adhuc immaturus infans esset, matre Semele fulmine extincta, Iupiter femori suo adsuisse dicitur, ibiq; gestasse donec maturus fœtus fieret: inde bimatrem ipsum vocauerunt. g* Semele.] *Mater Bacchi ex Ioue. h* Thebana mulier.] *Cadmus rex Thebarum eius filia Semele. i* Ex filiarum Cadmi vna.] *Nam quatuor fuerunt, Semele, Agaue, Ino & Autonoë. Cum Semele Iouem concubuisse notum est, ex Ouidij 3. Metam & Fastis, & ex alijs, ea à Plutarcho in Camillo pellex dicitur. k* Semelen dolis aggressa Iuno.] *Iam Semelen complexu Iouis grauidam, & ad pariendũ vicinam, dolis Iunonis circumuentam atq; inductam à Ioue petijsse, vt ea ad se specie, eoq; habitu veniret, quo fuerat tum, cùm primùm Iunonis nuptias expetiuerat: Iouem autem, qui ei pollicitus erat, se quicquid illa peteret, concessurum, in curru ad eam venisse cum fulgure & fulmine, illamq; metu exanimatam esse (vel vt alij volunt) fulmine conflagrasse: Bacchũ verò è flamma ereptum, in Iouis femur conjectũ & insutũ esse, docet Euripid. in Bacchis.*

l Nosti

l Nosti aũt vt sit zelotypa.] *Verũ est ex amoris vehemẽtia nasci zelotypiam, nec illic est amor, vbi non est zelotypia. Qui enim non zelat, non amat.* *m* Partum imperfectum.] *Bacchus bis genitus. Ouid. 3. Metam.* Tutaq; bis geniti sunt incunabula Bacchi.] *n* Intra septimum mensem. *Cic. 1. de Nat. deor. Diana adhibetur ad partus, quod ij matureſcunt, aut septem aut nouem lunæ cursibus.* *o* In Nysam.] *Arabiæ vrbẽ, in qua, vt Diodor. ait, Bacchus educatus à Nymphis fuit, vnde & Nysæus.* *p* Dionysium cognominatum.] *Ab Indis. à Ioue scilicet, & Nysa nomine accepto.* *q* Aquam ad vulnus afferam.] *De curâ puerperæ & infantis recens nati, consulendi sunt nostrorum medicorum libri. Liberata infante & secundis puerpera, obstetrix spongiam puram calida mersam sumit, ipsamque in sedili adhuc desidentem leniter, vbi opus est, abluit, & quædam oleis calidis rosarum, violarum vel chamæmeli deungit, & calidis pannis fotum in suum locum dirigit. Quibus præstitis ad lectum imponitur.*

IOANNIS SAMBVCI ANNOTATIONES.

Διηγητικὸς: De Baccho ex femore Iouis nato.

Excisum quondã Semeles de ventre puel ũ, *Hor. lib.*
Ac femori insutum, Iuppiter edit ouans. *1. Car.*
In Semeles vtero es cõceptus, sed Ioue natus: *oda 19*
Hinc etiam nomen Bacche bimatris habes.

LICE'TNE.] *ἐρώτησις & occasio dialogi.* Nequaquam.] *Negatio.* Attamen.] *ἀντιρροπή.* Importunũ enim hoc.] *Ratio.* Non poteris.] *Conclusio.* Peperit paulò anté.] *ἀφήγησις γενικὴ rei.* Apage.] *Abominatio rei absurdæ à signo.* Rectè dicis. Neq; etiam.] *ἀπόκρισις ἀποφατικὴ.* Quemadmodũ, & cætera.] *Ἀ simili.* Sed quę nam.] *ἐρώτησις περὶ τῆς γυναικὸς Θηβαίας.* Thebana mulier.] *Διήγησις.* Illa peperit.] *θαύμασις τῆς παραδοξολογίας.* Nam Semelem.] *ὑφήγησις post assẽuerationem.* Conflagrauit tectum.] *τὸ πρᾶγμα.* Me autem.] *τὰ ἐκβαίνοντα.* Quod vbi feciſſem.] *τὰ ἐπόμενα πράγματα.* Iam tertio.] *ὁ χρόνος.* Ergo vtrunque.] *ἐρώτησις νέα.* Ita videtur.] *ἀπόκρισις* Ab eo igitur.] *ἐπίλογος.*

ΕΡΜΟΥ ΚΑΙ Ηλίυ.

MERCVRII ET Solis.

Eodem Interprete.

MERCVRIVS.

Ὦ Ἥλιε, μὴ ἐλάσῃς τήμερον, ὁ Ζεὺς φησί, μηδ' αὔριον, μηδ' εἰς τρίτην ἡμέραν, ἀπ' ἔνδον μένει, καὶ τὸ μεταξὺ μία τις ἔσται νὺξ μακρά. ὥστε λύετωσαν μὲν αἱ ὧραι αὖθις τοὺς ἵππους, σὺ δὲ σβέσον τὸ πῦρ, καὶ ἀνάπαυε σὲ μακροῦ σαυτόν. Ηλ. καινὰ ταῦτα, ὦ Ερμῆ, καὶ ἀπόκρυφα ἥκεις παραγγέλων. ἀπὸ μὲν παραβαίνειν τι ἔλοξα ἐν τῷ δρόμῳ, καὶ ἔξω ἐλάσαι τῶν ὅρων, ἐπεί μοι ἄφθη τι, καὶ τὴν νύκτα τριπλασίαν ἢ ἡμέρας ποιῆσαι διανοοῦμαι; Ερ. ἀλλ' οὐδέτερον, οὐδ' εἰς ἀεὶ τὸ αὐτὸ ἔσται. δεῖται δέ τι νῦν αὐτὸς ἐπιμηκεστέραν γενέσθαί οἱ τὴν νύκτα. Ηλ. ποῦ δὲ καὶ ὅδε, ἢ πόθεν ἐξεπέμφθης ἀγγελῶν ταῦτά μοι; Ερ.

AVdi, ô Sol, [a] ne hac die currum agas, inquit Iupiter, neque in craſtinum, neque etiam in diem perendinum: ſed intus mane, fiatque interea perpetua vna nox longa. Quare [b] equos quidem iterum ſoluant Horæ: tu verò reſtingue ignem, & nunc tandem poſt longum interuallum temporis te ipſum recrea. SOL. Noua hæc atque omnino aliena denuncians venis. Sed nunquid tranſgredi ſiue peccare viſus ſum inter agendum, & extra fines curſum habuiſſe, atque id nunc iraſcitur ille mihi, noctemq; triplo maiorem die facere ſtatuit? MER. Nihil tale: neque hoc etiam perpetuò fiet: ſed ipſe nunc opus habet nocte ſibi fieri conſueto longiorem. SOL. Vbi autē etiā ille eſt? aut vnde ipſe emiſſus es, vt hæc nunciares mihi?

MER.

Ερ. ἐκ Βοιωτίας, ὦ Ηλιε, παρὰ τὴν ἀμφιτρύωνος γυναικὸς, ἣ συνεύδει. Ηλ. ἐρᾷς αὐτῆς; εἶτα οὐκ ἀρκεῖ νὺξ μία; Ερ. ὀλιγωρεῖς. τριχθᾶ γάρ τινα δεῖ τῆς ὁμιλίας ταύτης μίγαν, καὶ πολύαθλον θεόν. τοῦτον οὖν ἐν μιᾷ νυκτὶ ἀκριβωθῆναι ἀδύνατον. Ηλ. ἀλλὰ τελεσιουργείτω ἡ ἀγαθὴ τύχη. ταῦτα δ' οὖν, ὦ Ερμῆ, οὐκ ἐκείνης ἐπὶ τοῦ Κρόνου· αὐτοὶ γὰρ ἡμεῖς ἐσμέν. οὐδ' ἀπόκοιτος ἐκεῖνος περὶ τῆς ῥέας ἦν, οὐδ' ἀφλιπὼν ἄρα τὸν οὐρανὸν ἐν Θήβαις ἐκοιμᾶτο. ἀλλὰ ἡμέρα μὲν ἦν ἡμέρα, νὺξ δὲ κατὰ μέτρον τὸ αὐτῆς ἀνάλογον τῶν ὡρῶν. ξένον δὲ ἢ παρηλλαγμένον ἦν, εἰ ἄρα ἐκοινώνησέ ποτε ἐκεῖνος θνητῇ γυναικί. νῦν δὲ δυσλύτου γυναίου ἕνεκα χρὴ ἀνεσράφθαι τὰ πάντα, καὶ ἀναμπισίρους γενέσθαι τοὺς ἵππους ὑπὸ τῆς ἀργίας, ἀνάπαρον δὲ τὸν

MER. Ex [c] Bœotia, ab [d] vxore Amphitryonis, cum qua concumbit SOL. Amator illius! atq; ita illi satis non est nox vna! MER. Nequaquam. Nasci enim quendam oportet ex hoc cõcubitu magnum, atq; multorum certaminum victorem deum. hoc igitur vna nocte absolui ac perfici impossibile est. SOL. Sed absoluat, atque ad exitum perducat ille, [e] quod faustum felix́q; sit. Veruntamen hæc, Mercuri, [f] temporibus Saturni non fiebant. (soli enim hic nos sumus) neque ille tum [g] ab vxore Rhea diuertebat, aut seorsim cubabat: neque etiam [h] relicto cœlo Thebis dormiebat: sed dies quidem tum dies erat, nox autem ad suum certum spacium secundum proportionem horarum agebatur: peregrinum verò aut immutatum nihil. Neque ille tum vnquam cum muliere mortali quicquam rei habuit. At nunc infelicis mulierculæ causa oportet omnia sursum & deorsum verti, ac equos quidẽ præfractiores & difficiliores fieri ob ocium & desidiã,

viam

ὅλον, ἀτριβῆ μὲν ὄσαν ἐξῆς τριῶν ἡμερῶν, τὸν δ' ἀνθρώπους ἀθλίως ἐν σκοτεινῷ διαβιοῦν; τοιαῦτα ἀπολαύσονται τῶν Διὸς ἐρώτων, οἱ καθεδοῦνται περιμένοντες; ἐς' ἂν ἐκεῖνον ἀφτιλίσῃ τὸν ἀθλητὴν, ὃν λέγεις, ὑπὸ μακρῷ τῷ ζόφῳ. Ερ. σιώπα, ὦ Ηλιε, μή τι κακὸν ἀπολαύσῃς τῶν λόγων. ἐγὼ δ' παρὰ τὴν Σελήνην ἀπελθὼν, καὶ τὸν ὕπνον, ἀπαγγελῶ κἀκείνοις ἅπερ ὁ Ζεὺς ἀπέστειλε, τῇ μὲν σχολῇ πορεύεσθαι, τὸν δ' ὕπνον μὴ ἀνιέναι τοὺς ἀνθρώπους, ὡς ἀγνοήσωσι μακρὰν ὄντα τὴν νύκτα γεγενημένην.

viam autem asperiorem, eò quòd toto triduo non vsurpabitur: homines prætereà miserè in tenebricoso viuere. Hoc boni ex amoribus Iouis consequentur illi scilicet, sedebuntq; expectantes donec ille athletam istum quem dicis, absoluerit sub longis tenebris. MER. Tace, ô Sol, ne quid mali pro his dictis tuis nancisçare. Ego verò ad lunam hinc abiens, & ad Somnum, renunciabo etiam illis quæ Iupiter mandauit: illi quidem, vt ne procedat citiùs: huic autem, vt ne remittat à se homines, quò ignorent longam adeò noctem hanc fuisse.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

LVcianus vt solet facetè, si non potius ridens Ethnicorum deos, ludit in Herculem τριάκοντερον, sic dictũ à trinoctio illo, quod traditur eo concipiendo insumptum τριάκοντερον appellat Homeri commentator Iliad. ξ. fabulam delibans trinoctij concubitus Iouis & Alcmenæ, quæ nota est vel ex Plauto, & hîc aperitur. Vide Tzetzẽ in Lycophronem, & Varinum in voce τριάκοντερος. Item Gregorium Nazianz. in lib. contra Iulianũ, vbi καὶ τὸν βασιλέα παρήσομεν αὐτοῖς καὶ τὸν τριάκοντερον τριακοντερος λέον. i. triue-

triuesper leo cognominatus est Hercules à Lycophrone in Alex. si Isaacio credimus, quod tribus vesperis in vnam coniectis Iupiter cum Alcmena concubuerit, vnde natus est Hercules. τρισσέλεω à Pallada in Epigrammate dicitur. Αλεξίκακε τρισσέλεως. i. tribus continuis noctibus procreate. Vna enim nocte ex tribus facta generatus fertur, quæ τρισσέλεως νὺξ Ibidem, Herculis autem genealogiam & gesta diligenter persequitur Diodor. Siculus lib. 5.

a NE currum agas] *De Solis curru & laboribus Lucianus noster in Bis accusato. Iam primum certè Sol quidem hic iuncto curru totam diem cœlum circumuagatur, indutus igne, & resplendens radijs, &c. equos quos illi poëtæ ascribunt, Ouid. 2. Metam. hos nominat:*

Interea volucres, Pyrois, Eous, & Aethon
Solis equi, quartusq; Phlegon, tinnitibus auras
Flammiferis implent —. *b* Equos soluant Horæ.] *Horæ ab Ouidio 2. Metam. Solis assectæ & ministræ finguntur cum alijs temporis partibus; ita enim canit:*

A dextra leuáq; dies, & mensis, & annus,
Seculaq; & positæ spacijs æqualibus Horæ. *Dictæ autem sunt à Sole, vt Macrobius putat. Aegyptij enim Solem vocabant Horum. c* Bœotiæ.] *Quæ est regio in finibus Græciæ, Euboææ insulæ obiecta. d* Vxore.] *Alcmena Electrionis filia, filij Persei & Andromedes. Illa cùm iam nubilis esset, & à multis peteretur, Electrion pater nuptias eius proposuit illi præmium qui necem filiorum suorum vltus esset: id Amphytrio suscepit. Verùm quum in ea expeditione versaretur, Iupiter imagine eius assumpta, toto trinoctio cum ea concubuit. Quæ quamuis antea ex viro grauida esset, insuper tamen ex Ioue concepit, eodemque tempore Ioui Herculem, Amphytrioni Iphiclum peperit. Huius concubitus etiam meminit inferiùs in Charidemo. e* Quod faustum fœlixq; sit.] *Bene precantis est, quemadmodum Græci dicunt: ἀγαθῇ τύχῃ, secundâ fortuna & fœlix, quod bene vertat. f* Temporibus Saturni.] *Saturni vita fuit beata & luxus exotici, doliq́ue ignara, quo regnante auream ætatem extitisse fabulantur poëtæ:*

—quæ

—quæ vindice nullo
Sponte sua sine lege fidem rectumq; colebat,
Contentiq; cibis nullo cogente creatis,

Viuebant, *vt canit Ouid. Damascius Syrus in Philosophica historia: Nisi quispiam deus voluerit hominibus gratificari, exemplar Saturniæ vitæ proponendo, &c. g* Ab vxore Rhea.] *Quæ cæli & terræ filia fuit, alio nomine Cybele dicta. h* Relicto cœlo Thebis dormiebat.] *Thebe fuit in Bœotia vrbs à Cadmo condita, quam Amphion muris ornauit, Bacchi & Herculis clarissima patria.*

ΕΡΜΟΥ ΚΑΙ Απόλλωνος — *MERCVRII ET Apollinis.*

Eodem interprete.

MERCVRIVS.

Τί σκυθρωπὸς ἅ, ὦ Ἀπολλον; Απ. ὅτι, ὦ Ἑρμῆ, ἀνιῶμαι ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς. Ερ. ἄξιον μὲν λύπης τὸ γιοῦν. σὺ δὲ τί. ἀνιᾷ; ἢ τὸ κατὰ τὴν Δάφνην σε λυπεῖ ἔτι; Απ. οὐδαμῶς. ἀλλ' ἐρῶμαί που ἀφθόνως τοῦ λάκωνος τοῦ Οἰβάλου. Ερ. τί θνήκει γάρ, ἔφη μοι, ὁ Υάκινθος; Απολ. καὶ μάλα. Ερ. πῶς τοῦτο, ὦ Απολλον; ἢ τις

QVid verò tristis es, Apollo? APOL. Quoniam, ô Mercuri, miser atque infelix circa amores sum. MER. Dignum quidem mœrore hoc: sed tu quo pacto miser atque infelix es? An adhuc dolore afficit te id quod cum [a] Daphne accidit? APOL. Nequaquam, sed amasium dolco Laconem illum [b] Oebali filium. MER. An mortuus est [c] Hyacinthus? dic mihi. APOL. Atque admodum. MER. Vnde, Apollo? aut quis

τὶς ἕτως ἀνέρασος ἐῶ, ὡς ἀπο-
κτεῖναι τὸ καλὸν ἐκεῖνο μει-
ράκιον; Απ. αὐτὸς ἐμοῦ τὸ ἔρ-
γον. Ερ. ἐκοιῶ ἐμάνης, ὦ Απ-
πολλον; Απ. οὐκ· ἀπὸ δυσύχη-
μά τι ἀπόβιον ἐγγύθεν. Ερ.
πῶς; ἐθέλω γὰρ ἀκοῦσαι τὸν λό-
γον. Απ. διεκούφ ἐμάνθανε,
κἀγὼ συνεδίσκουον αὐτῷ. ὁ δ'
ἐμάνισα ἀνέμων ἀπλέμφ τε
ξέφυρῳ ἦρα μὲν ἐκ ποσσοῦ
κοὴ αὐτός. ἀμιλλέμφ τε δὴ, κοὴ
μὴν φέρων τὴν ὑπεροψίαν·
ἐγὼ δ' ἀνέρριψα, ὥσπερ εἰώ-
θαμεν, τὸν δίσκον ἐς τὸ ἄνω·
ὁ δὲ ἀπὸ τᾶ ταυγέτου καται-
πνεύσας, ἐπὶ ἐμφανεῖ τῷ
παιδὶ ἐνέσησε φέρων αὐ-
τὸν, ὥστε ἀπὸ τᾶς πληγᾶς αἷ-
μά τι ῥυῆναι πολὺ, κοὴ τὸν
παῖδα εὐθὺς ἀποθανεῖν. ἀπ'
ἐγὼ τὸν δ' ἐμφυρον αὐτί-
κα ἐμεινάμην καταλοξώσας,
φεύγοντι ἐπισπόμεν τε ἄχρι
τοῦ ὄρους· τῷ παιδὶ δὲ κοὴ
τάφον ἐχωσάμην ἐν Αμύ-
κλαις, ὅπου ὁ δίσκος αὐτὸν κα-
τέβαλε.

quis ita ab omni amore alienus fuit, vt occiderit formosum illum puerum? APOL. Meum ipsius factum hoc est. MER. Quid igitur? insaniuistin' Apollo? APOL. Nõ, sed infortunium quoddam inuito mihi accidit. MER. Quomodo? cupio enim audire rationẽ hanc. APOL. [d] Disco ludere discebat, atque ego vnà cum illo ludebam. Cæterùm ventorum omnium pessimè perditus [e] Zephyrus amabat quidem longo iam tempore etiam ipse illum. Verùm neglecto eo, & contemptum ipsum non ferente, ego quidem, quemadmodum consueueramus, discum in alium sursum versus iaculabar, ille autem deorsum à [f] Taygeto spirans, ablatum hunc in caput puero inflixit, ita vt ex ea plaga & cruor manaret affatim, & ipse puer statim moreretur. Verùm ego euectis in eum sagittis, fugientem ad montem vsque persequendo. Puero autem & tumulum extruxi in 8 Amyclis, quo loco discus eum prostrauit:

ftigiò Zephyrum vlciscebar,

τὴν βαλε. καὶ ἀπὸ τοῦ αἵματος ἀνεβλάστησεν ἄνθος ἀναπλοῦσα τὸν χλοῦν ἐποίησα, ἵνα ἴδῃς, ὦ Ἑρμῆ, καὶ ἁπάντων, ὅτι καὶ γράμματα ἔχον, ἃ παυόμενα θρηνῶ. ἆρά σοι δόκεῖ λελυπῆσθαι δικαίως; Ἑρ. ναὶ, ὦ Ἀπολλον. ἴδιος γὰρ θνητὸν περιποιημένος ἐφαίνου, ὥστε μὴ ἄχθου ἀποθανόντι.

uit: & florem ex cruore illius terrã mduere feci, suauissimum illũ quidem, Mercuri, atq; omnium fragrantissimum, præterea & h literas quasdam habentẽ, quæ mortuum ipsum quasi deplorant. Num tibi igitur præter rationem mœstus fuisse videor? MER. Sanè verò, Apollo. Norat enim mortalem te comparasse amasium tibi: quare dolere non debes, mortuo iam illo.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

a DAPHNE accidit.] *Vide proximè sequentem dialogum Mercurij & Apollinis, & quæ in eum annotauimus.* b Oebali filium.] *Oebalus Hyacinthi pater, Lacedæmoniorum rex fuit, à quo regno Peloponnesi Laconiæ pars, Oebalia dicta est.*

c Hyacinthus.] *Hyacinthus puer fuit Amiclæus, eodẽ tempore ab Apolline & Zephyro adamatus. Verùm cùm in Apollinis amorem propensior esset, agrè id ferens Zephyrus, amorem in odium conuertit. Cùm itaq; Apollo cum Hyacintho suis delicijs disci iactu sese exerceret, Zephyrus nocendi occasionem nactus, discum ab Apolline emissum flatu suo in caput Hyacinthi conuertit, puerumque interemit. Cuius mortem cùm ægerrimè ferret Apollo, tellus in amatoris Dei solatium, cruorem eius commutauit in florem sui nominis. Refertur hæc fabula in Palæphato, libro de Fabulosis narrationibus, & paulò aliter ab Ouidio libro* 10. *Metamorph.* d Disco ludere discebat.] *Erat publici exercitamenti genus, quo discus æneus arte simul & viribus ita ab humo torquebatur in altum, vt intra certum spatium decideret. Rotunda quædam erat moles siue anea, siue ferrea, vel plumbea vel saxea, cuius iactu homi-*

ne

nes inter se adhuc hodie certant. Huiusmodi disco etiam vtuntur hodie mimi & histriones, qui quæstus gratiâ coram populo gesticulantur, dum nescio quid ad disci formam rotundam & æneum iaculantur in aërem, deinde virgâ excipiunt, quos discobolos appellat Plinius libro 35. capite 11. hoc est, disci iactatores. e Zephyrus amabat.] Zephyrus ab occasu æquinoctiali flat, Latini Fauonium appellant, quo plantæ omnes germinant & pullulant: vnde ζωηφόρος dictus, quasi vitam ferens. Vide Gell. lib. 2. cap. 22. f Taygeto.] Mons est Laconiæ, Amyclis imminens. g Amyclis.] Amyclæ vrbs Laconiæ, à qua Amyclæus dictus Hyacinthus. h Literas.] Suidæ hyacinthus est genus violæ vernæ, colore obscuræ purpuræ, quod venis quibusdam nigris est distinctum, ita discurrentibus lineis, vt duarum Græcarum literarum α & ι figuram referant, quæ res Poëtis duplicis fabulæ occasionem præbuit. Nam & Hyacinthum puerum ab Apolline dilectum, quem imprudens disci iactu interfecit, in hunc florem mutatum tradunt, interiectionemq; dolentis αι, quæ ex duabus illis literis conficitur, velut testimonium doloris, quem Apollo ex eius morte conceperat, habere inscriptam. Præterea etiam Aiacem in eundem florem conuersum aiunt, dum impatientiam prælati sibi Vlyssis seipsum interemit, duasque primas eius nominis literas in hoc flore mansisse impressas. Ouidius vtramque fabulam complexus est lib. 13. Metam. his versibus:

—rubefactaque sanguine tellus
Purpureum viridi genuit de cespite florem,
Qui priùs Oebalio fuerat de vulnere natus.
Littera communis medijs pueroque viroque
Inscripta est folijs, hæc nominis illa querelæ.

& hoc ænigma apud Virgilium:

Dic quibus in terris inscripti nomina regum
Nascantur flores: & Phyllida solus habeto.

Idem Ouidus:

Ipse suos gemitus folijs inscribit, & αἰ αἰ
Flos habet inscriptum, funestaq; litera dicta est.

Hyacinthum Latini vaccinium appellant.

ΗΡΑΣ ΚΑΙ Λήτυς.

IVNONIS ET Latonæ.

Eodem Interprete.

IVNO.

Καλὰ μὲν γὰρ, ὦ Λητοῖ, καὶ τὰ τέκνα ἔτικτον ὡς ἀληθῶς. Λητ. ἀ πᾶσαι, ὦ Ἥρα, τοιάδε τίκτειν δυνάμεθα, οἵαδε ὁ Ἡφαιστός ἐστιν. Ἡρ. ἀλλ' οὕτω μὲν ὁ χωλὸς, ὅμως χρήσιμός γε ὢν, τεχνίτης ὢν ἄριστος, καὶ κατακεκόσμηκεν ἡμῖν τὸν οὐρανὸν καὶ τῇ Ἀφροδίτῃ ἐγημε, καὶ σπουδάζεται πρὸς αὐτοῦ, οἷ δὲ οἱ πᾶσιν, ἡ δὲ αὐτὸν ἀρρενωπὸν πεῖραν μὲν ὄρους, καὶ τὸ τελευταῖον εἰς τὴν σκυθίαν ἀπελθοῦσα, πάντες ἴσασιν οἷα ἐωθέει ξένους κτείνουσα, καὶ μιμουμένη τοὺς σκύθας αὐτοὺς, ἀνθρωποφάγους ὄντας. ὁ δ' Ἀπόλλων προσποιεῖται μὲν πάντα εἰδέναι καὶ τοξεύειν, καὶ λιθαρίζειν, καὶ ἰατρὸς εἶναι καὶ μαντεύεσθαι, καὶ κατασκόπῳ τε ἐργασίᾳ τῇ μαντικῆς, τὸ μὲν ἐν

PVlchros [a] enimuerò Latona & liberos procreâsti Ioui. LATO. Non enim omnes, ô Iuno, tales párere possumus, qualis [b] Vulcanus est. IVN. At hic [c] claudus quidem, vtilis certè tamen est, [d] artifex optimus existens, ac cœlum nobis exornauit quoq;, [e] Venerem q; vxorem duxit, à qua & studiosè obseruatur. Contrà autem, [f] tuorum liberorum altera quidem virilis vltra modum, & [g] montiuaga est. & postremò [h] in Scythiam quoque profecta, omnes sciunt qualia comedat, hospites mactando, ac Scythas ipsos imitando, qui humana carne vescũtur. [i] Apollo autem simulat quidem omnia scire sese, & [k] iaculari, & [l] cithara canere, & [m] medicũ esse, & [n] vaticinari: & erectis vaticinandi tabernis

hîc in

ἐν Δελφοῖς, τὸ δ' ἐν Κλάρῳ, καὶ ἐν Διδύμοις, ἐξαπατᾷ τοὺς χρωμένους αὐτῷ, λοξὰ καὶ ἀμφοτερόζουτα πρὸς ἑκάτερον τῆς ἐρωτήσεως ἀπρεπῶς, ὡς ἀκίνδυνον εἶναι τὸ σφάλμα. καὶ πολλοῦ μὲν ἄξιον τοῦτο· πολλοὶ γὰρ οἱ ἄνοητοι, καὶ παρέχουτος αὐτοὺς καταγνωσθῆναι. πολλὰ δὲ οὐκ ἀγνοεῖται γε ὑπὸ τῶν συνετωτέρων, τὰ πολλὰ τερατευόμενα. αὐτὸς γοῦν ὁ μάντις ἠγνόει, ὅτι φονεύσει μὲν τὸν ἐρώμενον ὁ δράκων· οὐ προεμαντεύσατο δὲ ὡς φύξεται αὐτὸν ἡ δάφνη, καὶ ταῦτα, οὕτω καλὸν καὶ εὐμήκη ὄντα. ὥστε οὐκ ὀρθῶς καθόλου καλλιτεκνοτέραν τῆς Νιόβης εἶναι δοξάσαι. ΛΗΤ. ταῦτα μέν, ὦ τέκνα, ἀνοκλαύσαντες, καὶ ὁ ψευδόμαντις, οἶδα ὅπως λυπεῖ σε ὁρώμενα ἐν ὑμῖν. καὶ μάλιστα, ὅταν ἡ μὲν ἐπαινῆται εἰς τὸ κάλλος, ὁ δὲ κιθαρίζῃ ἐν τῷ συμποσίῳ, θαυμαζόμενος ὑφ' ἁπάντων.

hîc in [o]Delphis, illic [p] in Clâro & [q] Didymis, decipit consulẽtes se, obliqua et in vtrãque partẽ quæstionis propositæ inclinantia respondendo, ne videlicet erroris possit damnari atque ita ex hoc quæstũ facit, & diteſcit. Multi enim amentes sunt, seq; ipsos exhibent præstigijs deludendos. Verùm non ignoratur vtique à prudentioribus, quòd pleraque falsa ac ficta dicitet: quippe ille ipse vates ignorabat, quòd interfecturus [r] amasium suũ esset draconeq; prædixerat ipse sibi, quòd [s] fugitura ipsum esset Daphne, idq; [t] adeò formosum [u] atq; comatum. Quare nõ video quâ causâ pulchriõres liberos te quàm [x] Niobẽ illam procreasse putáris.

LAT. *At verò liberi hi, hospitium macłatrix ista videlicet, & mendax vaticinator ille, scio quo pacto mordeãt te, dũ cõspiciũtur inter deos: & maximè quando hæc quidem ob pulchritudinem laudatur, ille autem citharam personat in conuiuio, omnibus ipsum admiratione prosequẽtibus.*

Ηρ. ἐγέλασα, ὦ Λητοῖ, ἐκεῖνον θαυμαστὸν, ὃν ὁ Μαρσύας, εἰ τὰ δίκαια ἐκ μέσου δικάσαι ἤθελον, ἀπέδαρεν ἂν αὐτὸς ἡρατήσας τῇ μουσικῇ; νυνὶ δὲ κατασοφισθεὶς ἄθλιον ἀπόλωλεν, ἀδίκως ἀλούς. ἡ δὲ καλὴ σου παρθένος, ὅτω καλή ἐστιν, ὥστε ἐπεὶ ἔμαθεν ὀφθεῖσα ὑπὸ τοῦ Ἀκταίωνος, φοβηθεῖσα μὴ ὁ νεανίσκος ἐξαγορεύσῃ τὸ αἶσχος αὐτῇ, ἐπαφῆκεν αὐτῷ τοὺς κυνᾶς. ἐῶ γὰρ λέγειν, ὅτι δὴ τὰς τιτθὰς ἐμάσθη, παρθένος γε καὶ αὐτὴ οὖσα. Λη. μέγα, ὦ Ἥρα, φρονεῖς, ὅτι ξυνεύνου τοῦ Διὸς, καὶ συμβασιλεύεις αὐτῷ, καὶ δι' ἐκεῖνο ὑβρίζῃς ἀδικῶς. πλὴν ἀλλ' ὄψομαί σε μετ' ὀλίγον αὖθις δακρύουσαν, ὁπόταν σε καταλιπὼν ἐς τὴν γῆν κατίῃ ταῦρος ἢ κύκνος γενόμενος.

IVN. *Nequeo risum continere, Latona. Illúmne admirantur? Y quem Marsyas, si iustè modò iudicare Musæ voluissent, excoriassent meritò, vt qui ipse in Musica vicerat: nunc autē circumuentus miser ille perijt, iniustè sanè damnatus. Hæc autē formosa tua virgo, ita formosa nimirum est, vt posteaquam animaduertit sese* z *conspectam ab Actæone fuisse, veritane adolescens ille turpitudinem ipsius euulgaret, immiserit illi canes: vt interim non dicam, quòd ne à parturientibus* A *obstetricatura fuisset, si virgo vtiq; & ipsa foret.* LAT. *Valdè animo elato es, Iuno, eò quòd cum Ioue concumbis, & vnà cum eo regnas: & propterea absq; metu contumelioſa es. Veruntamen videbo te non ita multò pòst rursum lachrymantem, quando te relicta in terram descenderit ille,* B *in taurum aut* C *cygnum conuersis.*

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

LAtona Cœti Titanis filia, à Ioue oppressa, ex eo gemi nam cōcepit prolem, Apollinem videlicet & Dianā, quod Iunō adeò egrè tulit, vt immisso contra illam Pythone

thone serpente, per totum terrarũ orbem pellicem persecuta sit, donec errando ad sororem Asterien in insulã Orthygiã peruenisset, à qua suscepta est, ibiq; Dianam peperit, quæ euestigiò obstetricis officium in nascituro fratre matri præstitit, & Apollinem nascentem suscepit, qui adultus mox Pythonem interfecit, & petentibus cœpit dare responsa. Ouid. 6. Metam.

Magna gemelliparæ venerantur numina diuæ.

Plin. lib. 34. Latona puerpera Dianam & Apollinẽ infantes sustinens. Porrò Ortygia insula Delos posteà vocari cœpit, quod cum anteà aquis mersa fuisset, subitò Iouis iussu conspicua fuerit reddita. Nam δηλῶν Græci dicunt, quod nos ostendere, seu manifestare. Vide inter marinos Iridis & Neptuni dialogum, in quo de Latonæ puerperio, & Delos insula vt emerserit.

a PVLCHROS liberos.] *Apollinem & Dianam. Latonæ liberorũ vituperatio & commendatio. b* Vulcanus.] *Iouis & Innonis filius ob deformitatem cœlo in Lemnum insulam deiectus, vbi ab Eurymone Oceani filia, & Thetide nutritus est. Ea autem ruina, quæ de cœlo decidit, claudus factus est.*

c Claudus quidẽ.] *Vulcani cõmendatio hic, sed vituperatio de sacrificijs habetur, vbi scribitur, Iunonẽ citra virilem congressum subuentaneo conceptu grauidam, Vulcanũ edidisse, atq; eum quidem non admodum fortunatũ, verum excusorem ac fabrum ærarium: quiq; perpetuò tũ in igni, tum in fumo versetur. Tum autẽ ne pedibus quidem integris: claudicare enim è ruina, cùm à Ioue præceps datus esset è cœlo. Quod ni Lemnij pro sua bonitate eum, dum adhuc ferretur in aëre, suscepissent, perierat nobis Vulcanus nõ aliter quã Astyanax è turri deiectus. d* Artifex, opt. exist.] *Fingitur deorũ faber, & Ioui fulmina, diysq; arma aduersus Gigantes fabricasse. Officinam habere fertur in Lemno, & Cyclopes ministros. Cic. lib. 3. de Nat. deor. Tertius è Ioue & Iunone, Lemni fabricæ traditur præfuisse. e* Venerẽ vxorem duxit.] *Admissus non est ad deorum mensam, quinetiam cũ Mineruæ nuptias expetisset, repulsam passus est. Vnde Virgilius Ecl. 4:*

Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est,

Aliam deinde sibi vxorem quærens, Venerem duxit, quã postea vnà cum Marte in adulterio deprehendit. f Tuorũ liberor.] *Dianæ obtrectatio. A' Iunone accusata, à Latona defenditur. g* Montiuaga.] *Stat. in Achill.* Littora multum montiuagæ dilecta deæ. *& Horatius lib. 4. Carm. Hæc ob virginitatis amorem fertur hominum consortia fugisse, & venando syluas incoluisse. Ob hanc causam syluarum & nemorum dea putabatur. h* In Scyth. prof.] *Septentrionalem regionem à meridie Tauro terminatam laudatissimum templum habuit in Taurico, vbi carne tentũ humana litabatur. Fuerunt autem & Scythæ & Tauri, siue Sarmatæ inhospitales, moribus quc immanissimis, vt qui hospites omnes Dianæ solerent immolare. Vescebantur humanis carnibus, & interfectorum caluarias habebant pro pateris. i* Apollo om. scire.] *Apollinem artium præsidem ex Homeri & Orphei hymnis colligimus. k* Iaculari.] *Arcum & sagittas habere scribunt, tum iaculatorem & sagittarium faciunt, ac in Græcos sagittas immittentem. l* Cithara carnere.] *Citharædum ac citharædorum deum patauit antiquitas. m* Medicum esse.] *Medicinæ inuentorem, ac ipsum etiam medicum constituerunt. n* Vaticinari.] *Vatem, & vaticinij deũ existimant, & pro vate diuino accipiũt o* Delphis.] *Delphorum oraculum notissimum, quod summam fidem apud mortales obtinuit. Creditum enim est antiquitùs, nullum oraculum fuisse certius, quã Apollinis. p* In Claro.] *Isaacius Lycophronis interpres, Clarum montem & vrbem, non longè à Colophone ponit, vbi fuerit Clarius Apollo. q* Didymis.] *Fuit apud Miletum templum Apolloni dicatum, dictum & Didymeum ab Apolline Didymeo, & geminæ speciei. r* Amasiũ suum.] *Hyacinthum, cuius fabula est notissima, vel ex proximè præcedenti dialogo Mercurij & Apollonis. s* Fugitura esset Daphne.] *Thessala virgunculà, quæ vim Apollinis fugiens conuersa est in laurum. Martialis libro* 11: Torquebat Phœbum Daphne fugitiua. *t* Adeò formosum.] *Virgilius in Bucol.* Orphi Calliopæa Lino formosus Apollo. *u* Atque comatum.] *Hinc intonsus. x* Nioben.] *Niobe Tantali filia, Amphionis vxor, liberos ex eo suscepit duodecim, sex mares, totidemq; fœminas. Hæc liberorum multitudine, &*

pulchri

pulchritudine ferox, Latonam præ se contemnere ausa est, cùm diceret illam duos solùm perperisse, Apollinem & Dianã. Idcirco Dij hac contumelia offensi, Niobæ filios ad vnũ interemerunt: Hæc Homeri interpres Il. ω. γ Quẽ Marsyas.] *Plat. & Ouid. Satyrum fuisse scribunt. Palæphato ἄγροικον vocat generaliori vocabulo. Eius fabula refertur ab Hygino, Tzetza: de eius certamine & excoriatione Ouid. 6. Fast. Diod. Sicul & in Tragopodagræ annot. Luciani.* ϗ Cõspectam ab Actæone.] *Actionis, qui à canibus laceratus traditur, fabula est notissima*

Obstetricatura.] *Diana Lucina parientibus fauere creditur. Virgil.* Casta faue Lucina, tuus iam regnat Apollo. *Eius autem proprium munus est distendere corporis rimas, & meatibus viam dare, quod accelerando partui salutare est.*

B In Taurum.] *Iupiter salacissimus nihil non factus propter mulieres in Tauri speciem transformatus, Europam Agenoris regis Phœnicum filiam rapuit, & per mare in Cretam transuexit. C* Cygnum conuersus.] *Cum Nemesi Oceani filia in anserem mutato concubuit.*

IOANNIS SAMBVCI ANNOTATIONES.

Irrider prolem Latonæ liuida Iuno,
Ediderit tetrum quum tamen ipsa fabrum.
Fabula naturam ostendit Iunonis acerbæ,
Quæ se supremi iactat vbique toro. PVLCHROS enimv.] ἀνείδισμος. Non.n.om.rales pár.] αὐτουργὸς. Artifex.opt.exist.] ἔπαινος Οὐρανίας. Cœlum nobis exor.] ἀπόδοσις ψευδὴς μεταφορᾶς. Illic in Claro.] *Postremi membri expositio.* Obliqua & in vtr.] *Apollinis oracula* ἀμφιβολίαι. Verum non.] ἔπιπλοκὴ. Ipse vates.] ἐπιμαρτυρία. Idque adeó.] αἰτιολογία ἐνθετική. Quare non video.] *Conclusio per collationem.* At verò liberi.] Ἀφαίρεσις τῆς αἰτίας. Ob pulchrit. laud.] αἰτιοσυναγωγὴ κατ' ἔπαινον. Nequeo risum.] *Irrisio.* Illúmue.] *Inficiatio.* Vt qui ipse.] *Approbatio.* Hæc aũt form.] *Altera pars de Dianæ fabula.* Vt interim non dicã.] παράλειψις. Valdè an.el.es.] *Conclusio* συναπόφασις. Ast ego quæ Danaũ incedo regina, Iouisq; Et soror & coniunx. Veruntamen.] ἀπορία.

Eodem Interprete.

IVPITER.

ΕΡμῆ, λαβὼν τουτὶ τὸ μῆλον, ἄπιθι ἐς τὴν Φρυγίαν, παρὰ τὸν Πριάμου παῖδα τὸν βουκόλον (νέμεται δὲ τῆς ἰδης ἐν ᾧ Γαργάρῳ) καὶ λέγε πρὸς αὐτὸν. ὅτι σε, ὦ Πάρι· Διὶ πατὴρ ὁ Ζεὺς ἐπειδὴ καλός τε αὐτὸς εἶ, καὶ σοφὸς τὰ ἐρωτικὰ, δικάσαι τῶν θεῶν, ἥτις αὐτῶν ἡ καλλίστη ἐστί. σὺ δὲ ἀγῶνος τὸ ἆθλον, ἥτις νικῶσα λαβέτω τὸ μῆλον. ὥρα δὴ ἤδη καὶ ὑμῖν αὐτῶν ἅπτεσθαι πρὸς τὸν δικαστήν. ἐγὼ δὲ ἀποθοῦμαι τὴν δίκαιον, ἵνα πάντας τινὰς ὑμᾶς ἀγαπῶν. καὶ ἄγε οἷόν τι ἴσθι, εἰ ἑκὼν ἂν ἁπάσας νενικήκας εἶδον, ἄκων τε καὶ ἀνάγκῃ, μιᾷ τὸ καλλιστεῖον ἀποδόντα, πάντας ἐπιχθόνιος ἀπεχθάνεσθαι τοῖς πλείοσι. δεῖ.

MErcuri, accepto hoc pomo abi in Phrygiã ad Priami filium, pastorem armenti (pascit autem in Ida monte, qua parte Gargarum vocant) ac dic illi: Iupiter, inquiens, ô Pari, iubet te, posteaquam & ipse formosus es, & rerum amatoriarum doctus, sententiam ferre inter deas, quænam illarum omnium formosissima sit. Certaminis autem præmium, ea quæ vicerit, pomum accipiat. Porrò tempus iam est, vt & ipsæ vos abeatis ad iudicem. Ego verò ablego à me arbitrium, vt qui ex æquo omnes vos amem: ac, si modò possibile foret, libenter omnes vos victrices videre vellem, præsertim quando & necesse est, qui vni pulchritudinis summam adiudicabit, eũ omninò in odium cæterarũ pluriũ incurrere.

Quare

διὰ ταῦτα μὲν αὐτὸς οὐκ ἐπιτήδειος ὑμῖν δικαστής. ὁ δὲ νεανίας αὐτὸς ὁ φρύξ, ἐφ' ὃν ἅπιτε, βασιλικὸς μέν ἐστι, καὶ Γανυμήδους τούτου ξυγγενὴς, τἄλλα δὲ ἀγροῖκος καὶ ὄρεσι, κοὐκ ἄν τις αὐτὸν ἀποξήσειε τοιαύτης θέας.

Quare equidem ipse vobis idoneus iudex non sum: adolescens aũt ille Phrygius, ad quem hinc abitis, regio quidem genere prognaeus est, & Ganymedis huius cognatus: caeterùm simplex & montanus: neq; quisquam illum cognitione hac indignum meritò putauerit.

ΑΦΡ. ἐγὼ μέν, ὦ Ζεῦ, κἂν τὸν μῶμον αὐτὸν ἐπιστήσειας ἡμῖν δικαστὴν, θαρροῦσα βαδιοῦμαι πρὸς τὴν ἐπίδειξιν. τί γὰρ ἂν καὶ μωμήσαιτό μου καὶ δὴ καὶ ταύτας ἀρέσκειαν τὸν ἄνθρωπον.

VEN. Ego verò, Iupiter, etiam si Momũ ipsum præstituas nobis iudicẽ, præsenti animo iturasum ad documẽtum mei præbendum. Quid enim adeò reprehẽderit ille in me? Sed oportet etiam hisce placere hominem.

ΗΡΑ. οὐδ' ἡμᾶς, ὦ Ἀφροδίτη, δεδίεμεν, οὐδ' ἂν ὁ Ἄρης ὁ σὸς ἐπιτραπῇ τὴν δίαιταν. ἀτὰρ δεχόμεθα καὶ τοῦτον ὅστις ἂν ᾖ, τὸν Πάριν. Ζεῦ καὶ σοὶ ταῦτα, ὦ θύγατερ, φαίνεται; τί φῂς; ἀρρεπῶς, καὶ ἐρυθριᾷς; ἴσως μὲν ἴδιον τὸ αἰδεῖσθαί γε τὰ τοιαῦτα, ὑμῶν τῶν παρθένων. ἐπινεύεις δ' ὅμως. ἅπιτε οὖν· καὶ ὅπως μὲν καλλιπάγηκτε τῷ δικαστῇ ἀνυμνημέναι, μηδὲ κακὸν ἐντρίψησθε τῷ νεανίσκῳ.

IVN. Neq; nos, Venus, timemus quicquam, et iamsi Mars iste tuus [b] electus sit arbiter: sed recipimus & hunc Parin, quisquis etiam fuerit.

IVP. Num igitur & tibi eadem hæc, filia, placent? quid respondes? auertis te, & erubescis? Est quidem peculiare hoc virginibus vobis, verecũdia affici erga talia. sed tamen annuis. Abite igitur, ac videte ne infensiores fiatis iudici, quæcunque victæ fueritis: neve malum aliquod inferatis ipsi adolescentulo.

οὐ γὰρ οἷόν τι ἐπίσης ἅπαν καλὰς πάσας. Ερ. προΐωμεν ὀρθὺ τῆς Φρυγίας, ἐγὼ μὲν ἡγούμενος. ὑμᾶς δὲ μὴ βραδέως ἀκολουθεῖτέ μοι, μηδὲ ταράττεσθε. οἶδα ἐγὼ τὸν Πάριν. νεανίας ἐστὶ καλὸς, καὶ τἆλλα ἐρωτικὸς, καὶ τὰ τοιαῦτα κείνων ἱκανώτατος, ὅν ἄν ἐκεῖνος διδάσκειν καλῶς. Αφρο. τοῦτο μὲν ἅπαν ἀγαθὸν, καὶ πρὸς ἐμοῦ λέγεις τὸ δίκαιον ἡμῖν μὲν τὸν δικαστήν. πότερα δὲ ἄγαμός ἐστιν οὗτος, ἢ καὶ γυνή τις αὐτῷ συνοίκησιν, Ερ. οὐ παντελῶς ἄγαμός ἐστιν, ὦ ἀφροδίτη. Αφρο. πῶς λέγεις; Ερ. δοκεῖ τις αὐτῷ συνοικεῖν ἰδαία γυνὴ, ἱκανὴ μέν, ἄγροικος δὲ καὶ δεινῶς ὄρεα, ἀλλ' οὐ σφόδρα προσέχειν αὐτῇ ἔοικε. τίνος δ' οὖν ἕνεκα ταῦτα ἐρωτᾷς; Αφρο. ἁπλῶς ἐρόμην. Αθη. παραπρεσβεύεις, ὦ οὗτος, ἰδίᾳ ταύτην κοινολογούμενος;

Neque enim fieri potest vt æqualiter omnes formosæ sitis. MER. *Procedamus ergo rectà versus Phrygiam. Ac ego quidem præibo, vos autem non lentè & sequimini me, & bono animo este. Noui ego Paridem hunc: adolescens est formosus, & quod ad cætera attinet, amori deditus, & ad talia disceptanda maximè idoneus: neque ille facilè iudicauerit malè.* VEN. *Hoc quidem totum bene, adeóque pro me narras, iustum videlicet esse nobis iudicem. Verum autem & vxore adhuc caret hic an & mulier quæpiam ipsi cohabitat?* MER. *Non omnino absque vxore est, Venus.* VEN. *Quomodo hoc dicis?* MER. *Videtur quædam cum eo habitare mulier Idæa, sic satis formosa, cæterùm rustica, atque inter montes malè censueta: sed non admodum adhibere animum ipsi videtur. Cuius igitur gratia hæc interrogas?* VEN. *Nullius sanè rei, sed ita temerè in mentem venit.* MIN. *Malè legationem obis, heut tu, qui priuatim cum hac consilia conferes.*

μιν Θ; Ερ. οὐδὲν, ὦ Αθηναῖα. δεινὸν, οὐδὲ καθ' ὑμῶν· ἀλλ' ἤρετό με, εἰ ἄγαμαι Θ ὁ Πάρις ὅτιν. Αθη. ὡς δὴ τί τοῦδε πολυπραγμονοῦσα; Ερ. οὐκ οἶδα. φησὶ δ' οὖν ὅτι ἄπαξ ἐπιλθὸν, οὐκ ἐξεπίτηδες ἤρετό με. Αθη. τί οὖν, ἄγαμός ἐστιν; Ερ. οὐ δοκεῖ. Αθη, τί δὲ τῶν πολεμικῶν ἐστιν αὖ ἐπιθυμία, καὶ φιλόδοξός τις, ἢ τὸ πᾶν βουκόλος Θ; Ερ. τὸ μὲν ἀληθὲς οὐκ ἔχω λέγειν, εἰκάζειν δὲ χρὴ νέον ὄντα, καὶ τούτων ὀρέγεσθαι τυχεῖν, καὶ βούλεσθαι ἂν πρῶτον αὐτὸν εἶναι [τ]ὰς μάχας. Αφρο. ὁρᾷς; οὐδὲν ἐγὼ μέμφομαι, οὐδὲ προσκαλῶ σοι, τὸ πρὸς ταύτῃ ἰδίᾳ λαλεῖν· μεμψιμοίρων γὰρ, καὶ οὐκ Αφροδίτης τὰ διαῦτα. Ερμ. καὶ αὕτη σχεδὸν τὰ αὐτά μ' ἤρετο. διὸ μὴ χαλεπῶς ἔχε, μηδ' οἷον μενουν[τ]εῖν, εἴ τι καὶ ταύτῃ [κ]ατὰ τὸ

fers. MER. *Nihil mali, Minerua, hoc: neque etiam contra vos, sed interrogabat me, an vxore adhuc careret Paris.* MIN. *Quamobrem igitur hoc superstitiosè adeò illa curat?* MER. *Nescio. Aiebat igitur quòd temerè ita in mentem venisset hoc, neque ex composito interrogasset me.* MIN. *Quid ergo? carétne vxore adhuc?* MER. *Non videtur* MIN. *Quid autem? bellicæne rei studio aliquo tenetur, atque amans gloriæ est, an nihil aliud quàm bubulcus est?* MER. *Verum quidem non possum dicere: coniecturam autem facere licet, iuuenis cùm sit, etiã has res consequi illum cupere, ac velle præcipuũ in prælijs esse se.* VEN. *Vides? nihil ego nunc conqueror, neque crimini verto tibi, quòd cum hæc seorsim nunc loqueris. Querulorum enim hoc, non Veneris.* MER. *Etiam hæc fermè eadem interrogauit me: quamobrem grauiter ne feras, néve putes eò minus consecuturam esse te, quòd huic quoque simpliciter & absque*

dolo

τὰ ἁπλοῦν ἀπιτευάμλω. ἀλ-
λὰ μιταξὺ λόγων ἤδη πολὺ
προιόντος, ἀπιστπάσαμλν τῶν
ἄστρων, καὶ σχιδὸν γι κα-
τὰ τλὼ Φρυγίαν ἐσμὲν. ἐγὼ
δὶ καὶ τλὼ Ἴδλω ὁρῶ, καὶ τὸ
Γάργαρον ὅλον ἀκριβῶς· ἐ
δὶ τὶ ἐξαπατῶμαι, καὶ αὐ-
τὸν ὑμῶν τὸν δικαστλὼ τὸν
Πάριν. Ηρ. ὅπου δὶ ὄλν; οὐ γὰρ κἀμοὶ φαίνται. Ερ. ταύτῃ, ὦ Ηρα, πρὸς τὰ δαὰ σκόπι, μὴ πρὸς ἄκρῳ τῷ ὄρι. παρὰ δὶ τλὼ πλιυ-
ρὰν, οὗ τὸ ἄντρον, καὶ τλὼ
ἀγίλλω ὁρᾷς. Ηρα. ἀλλ' οὐκ ὁρῶ τλὼ ἀγίλλω. Ερ. τί φής; οὐκ ὁρᾷς βοίδια διατὰ τὴν ἰμὸν οὐτωσὶ δάκτυλον, ἐκ μίσων τῶν πιτρῶν προ-
ιρχόμινα; καὶ τινα ἐκ τοῦ σκοπίλου διαβίοντα, κα-
λαύροπα ἔχοντα, καὶ ἀνίρ-
γοντα μὴ πρόσω διασκίδνα-
σθαι τλὼ ἀγίλλω; Ηρα. ὁρῶ νιῶ, ἄγι ἐκιῖνός ὄλν. Ερ. ἀλλ' ἐκιῖνος. ἐπιδὴ δὶ πλη-
σίον ἐσμὲν, ἐπὶ τῆς γῆς,

dolo respondi. Verùm in-
terea dum sermones cedi-
mus, iam multùm progres-
si, reliquimus post nos stel-
las, & propemodum Phry-
giam continguimus. Ego
verò etiam Idam video, a-
deoque totum Gargarum
exactè: & , si non fallor,
ipsum quoque iudicem ve-
strum Paridem. IVNO. Vbi autem is est? neque enim ipsa etiam video illum.
MERCVR. Hac versum, Iuno, ad sinistram respice, non ad summum montem, sed secundum latus, vbi antrum illud & armentum vides. IVNO. At non videO armentum. MERCVR. Quid ais? ánnon vides buculas secundum meum hunc digitum, ex mediis rupibus progredientes: & quendam à scopulo deorsum currentem, pedum manu tenentem, & prohibentem ne longiùs dispergatur armentum? IVNO. Video nunc tandem, si modò ille

est. MER. Ille verò. Sed quia propè iam sumus, in terram,

si

ἀδοκῆ, καταστάντου βαδίζωμεν, ἵνα μὴ διαταράξωμεν αὐτὸν ἄνωθεν ἐξ ἀφανοῦς καθιπτάμενοι. Ηρα. εὖ λέγεις, καὶ οὕτω ποιῶμεν. ἐπεὶ δὲ κατεβεβήκαμεν, ὥρα σοι, ὦ Ἀφροδίτη, προϊέναι, καὶ ἡγεῖσθαι ἡμῖν τῆς ὁδοῦ. σὺ γὰρ, ὡς τὸ εἰκὸς, ἔμπειρος ἐκ τοῦ χωρίου, πολλάκις, ὡς λόγος, κατελθοῦσα πρὸς Ἀγχίσην. Αφροδ. οὐ σφόδρα, ὦ Ηρα, τούτοις ἄχθομαι τοῖς σκώμμασιν. Ερμ. ἀλλ' οὖν ἐγὼ ὑμῖν ἡγήσομαι. καὶ γὰρ αὐτὸς ἐνδιέτριψα τῇ Ἰδῃ, ὁπότε ὁ Ζεὺς ἤρα τοῦ μειρακίου τοῦ Φρυγός. καὶ πολλάκις δεῦρο ἦλθον, ὑπ' ἐκείνου καταπεμφθεὶς εἰς ἐπισκοπὴν τοῦ παιδός. καὶ ὁπότε ἤδη ἐν ὤ ἀετῷ ἦν, συμπαρεπτάμην αὐτῷ, καὶ συνεκύφιζον τὸν καλόν. καὶ ἔστι μέμνημαι, ἀφ' ταυτησὶ τῆς πέτρας αὐτὸν ἀνάρπασαν. ὁ μὲν γὰρ τότε ἔτυχε σημαίνων πρὸς τὸ ποίμνιον κατα-

si videtur, demissi, pedibus faciamus iter, ne conturbemus illum supernè eximprouiso deuolando. IVNO *Rectè dicis, atque ita faciamus. Cæterùm posteaquam descendimus, tuum iam est Venus, vt præeas, ac viam nobis ducendo commóstres. Tu enim, vt consentaneum est, locorum perita es, quippe quæ sæpiùs, vt fertur fama, huc ad Anchisen descenderis.* VENVS. *Non admodum, Iuno, me tua ista mouet dicacitas.* MERCVR. *At igitur ego vos ducam nam & ipse frequenter in Ida versatus sum, quando Iupiter amabat adolescẽtulum istum d Phrygium: ac sæpiùs huc veni ab illo missus, vt quid ageret puer, obseruarem: & cùm tam in aquilam conuersus esset, vnà quoque e cum ipso aderam, & vnà formosum illum subleuabam. Et, si modò satis memini, ab hac ipsa rupe illũ in sublime abripuit. Nam hic quidem fortè tum fistula canebat ad ouile*

Iupiter

καταπλάμην & ὁ ὄπισθεν αὐτοῦ ὁ Ζεὺς, κούφως μάλα ἐς ὄννξι περιβαλὼν, καὶ τῷ σώματι τῷ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ τιάραν δακὼν, ἀνέφερε τὸν παῖδα τεθαραγμένον, καὶ τῷ πρόσθεν ἀπεστραμμένῳ ἐς αὐτὸν ἀπεβλέποντα. τότε οὖν ἐγὼ τὸν σύριγγα ἔλαβον, ἀπερριμμένην γὰρ αὐτὸν ὑπὸ τοῦ δέους. ἀσὰ γὰρ ὁ διαιτητὴς οὗτος πλησίον, ὥστε προσέλθωμεν αὐτόν. χαῖρε, ὦ βουκόλε. Πά. νὴ καὶ σύ γε, ὦ νεανίσκε. τίς δ' ὢν, δεῦρο ἀφῖξαι πρὸς ἡμᾶς; ἢ τίνας ταύτας ἄγεις τὰς γυναῖκας; οὐ γὰρ ἐπιτήδεια ὀρεσπολεῖν, οὕτω γε οὖσαι καλαί. Ερ. ἀλλ' οὐ γυναῖκές εἰσιν. Ηρᾶν δέ, ὦ Πάρι, καὶ Αθηνᾶν, καὶ Αφροδίτην ὁρᾷς, ἀφ' ἧς τὸν Ερμῆν ἀπέσταλκεν ὁ Ζεύς. ἀλλὰ τί τρέμεις καὶ ὠχριᾷς; μὴ δείδιθι· χαλεπὸν γὰρ οὐδέν. κελεύει δέ σε δικάσαι τὸν κάλλους αὐτῶν. ἐπειδὴ γάρ φησι καλός τε αὐτὸς εἶ, καὶ σοφὸς τὰ

Iupiter autem à tergo ipsi deuolans, leuiter admodum vnguibus circumiectis, & ore in tiaram, quam super caput habebat, impresso, in altum sustulit puerum, perturbatum, & ceruice reflexa in ipsum intuentem. Tum igitur ego fistulam sustuli: abiecerat enim illam præ timore. Atenim arbiter hic propè est, quare compellemus ipsum. Salue bubulce. PARIS. *Et tu certè adolescēs. Quis autem ipse es qui huc ad nos aduenerit: aut quásnam has adducis mulieres? Non enim eiusmodi apparēt, quæ in montibus versari commodè queant, formosæ adeò cùm sint.* MERC. *At non sunt mulieres. Iunonem verò, Pari, & Mineruam, & Venerem vides, & me Mercurium videlicet Iupiter ad te misit. Sed quid tremis & expallescis? ne metue: nihil enim periculi hic. Iubet autem, te iudicem esse pulchritudinis ipsarum. Quandoquidem enim, inquit, & formosus ipse es; & doctus*

rerum

τὰ ἐρωτικὰ, σοὶ τῶν γνώσιν ἐπιτρέπω. τὸ δ' ἀγῶνος τὸν ἆθλον εἶναι, ἀναγνὸς τὸ μῆλον. Αλε. φέρ' ἴδω τί καὶ βέλεται· ἢ καλὴ, φησὶ, λαβέτω. πῶς ἄρ' ὄν, ὦ δέσποτα Ερμῆ, δεινὸν θνητὸς αὐτὸς, καὶ ἄγροικος ὤν, δικασὴς γενέσθαι παραδόξου θέας, καὶ μείζονος ἢ κατὰ βουκόλου; τὰ γὰρ διαῦτα κείνων, τῶν ἁβρῶν μᾶλλον, καὶ ἀστικῶν. τὸ δ' ἐμὸν, αὐτὰ μὲν ἀγὸς ὁποτέρα ἢ καλλίων, καὶ δάμαλις ἄλλης δαμάλεως, τάχ' ἄν δικάσαιμι κατὰ τὴν τέχνην. ἅπασαι δὲ πᾶσαί τι ὁμοίως καλαὶ, καὶ οὐκ οἶδ' ὅπως ἄν τις ἀφ' ἑνὸς ἑτέρας ἐπὶ τὴν ἑτέραν μεταγάγοι τῷ ὄψιν ἀφελόμενος. ὁ γὰρ ἐθέλει ἀφίστασθαι ῥᾳδίως. ἀλλ' ἔνθα ἄν ἀπείσῃ τὸ πρῶτον, τοῦτο ἔχεται, καὶ τὸ παρὸν ἐπαινεῖ, κἂν ἐπ' ἄλλο μεταβῇ κἀκεῖνο καλὸν ὁρᾷ, καὶ παραμένει, καὶ τὸ πλησίον παραλαμβάνει. καὶ ὅλως πειρικὶ-

rerum amatoriarum, cognitionem hanc tibi commendo: ceterminis autem præmium scies lecto hoc pomo. PA. Cedo, vt videam quid sibi extiam velit. Pulchra, inquit, capiat. Quo pacto igitur, ô here Mercuri, potero ego, mortalis cùm sum ipse ac rusticus, iudex esse tam inopinati spectaculi, & maioris adeò quàm pro bubulci captu? Nam huiusmodi causas discepiare, delicatorũ atque vrbanorum magis est. Quod autem ad me attinet, vtra capella formosior altera sit, & iuuenca num alia aliam superet, fortassis ex arte dijudicare possim. Hæ verò & formosæ pariter omnes sunt, & non video quo pacto aliquis ab vna ad aliam trãsferendo aspectum auellere queat. Non enim facilè absistere vult: sed cuicunque se primo applicat, ei inhæret, & quod præsens est laudat. Inde si ad aliud transierit, etiam illud formosum videt, & immoratur: & semper ab ijs quæ propriora sunt, ceu per successionem excipitur. Et in summa, circumfusa mihi

est

περιέχυται μοι τὸ κάλλος αὐτῆς, καὶ ὅλον περιείληφέ με. καὶ ἄχθομαι, ὅτι μὴ καὶ αὐτὸς, ὥσπερ ὁ Ἄργος, ὅλῳ βλέπειν δύνασθαι τῷ σώματι. δοκῶ δ' ἄν μοι καλῶς δικάσαι, πάσαις ἐκδοὺς τὸ μῆλον· καὶ γὰρ αὖ καὶ τόδε ταύτῃ μὴ εἶναι συμβήσεται τῇ Διὸς ἀδελφῇ, καὶ γυναῖκα ταύτας δὴ, θυγατέρας· πῶς δῆτα ὁ χαλεπὸν μὴ ὄντος ἐκείσε; Ερμ. οὐκ οἶδα. πλὴν οὐχ οἷόν τε ἀναβάλλεσθαι πρὸς τὸν Διὸς κεκελευσμένον. Αλέ. ἐν τοῦτο, ὦ Ερμῆ, πεῖσαι αὐτὰς, μὴ χαλεπῶς ἔχειν μοι τὰς δύο τὰς ὑφειμένας, ἀλλὰ μόνων τῶν ὀφθαλμῶν αἰτιᾶσθαι τὴν διαμαρτίαν. Ερ. οὕτω φασὶ ποιήσειν. ὥρα δέ σοι ἤδη περαίνειν τὴν κρίσιν. Αλέ. πειρασόμεθα. τί γὰρ ἂν καὶ πάθοιτις; ἐκεῖνο δὲ πρῶτον ἀδῆναι βούλομαι, ποτέρα ἐξαρκέσει σκοπεῖν αὐτὰς ὡς ἔχουσιν, ἢ καὶ ἀφούσας δεήσει πρὸς τὸ ἀκριβὲς τῆς ἐξετάσεως;

est pulchritudo ipsarum, & totum me complexa tenet. Ac doleo quòd non & ipse, quemadmodum Argus ille, toto corpore videre possum. Videor autem mihi bene tum iudicasse, si omnibus pomum hoc reddidero. Nam & rursum illud quoque accedit, quòd hæc quidem Iouis soror & coniunx est: illæ verò filiæ. Quomodo igitur non periculosum etiam hoc pacto iudicium hoc fuerit? MER. Nescio, nisi quòd non licet detrectare Iouis imperium. PARIS. Vnum igitur hoc, Mercuri, persuade ipsis, ne succenseant mihi duæ illæ reliquæ, quæcunq; victæ fuerint: sed quicquid peccatum videbitur, id solis oculis imputent. MERC. Ita facturas se aiunt. Tempus autem iam tibi est, vt peragas iudicium. PARIS. Faciemus periculum. Quid enim agat quispiam? Cæterùm illud primùm scire volo, vtrũ satis erit spectare ipsas, vt nunc sunt, vestitas: an verò etiam exuere sese necesse erit, vt diligentiùs inspici atque, examinari eo possint:

NER. *A quo, Triton? Num Cepheus tanquam illectamento aliquo proposita puella, agressus illam occidit, ex insidijs cum multa vi adortus?* TRI. *Non: sed nostis arbitror,* [b] *Iphianassa,* [c] *Perseum illum,* [e] *Danaës puerum illum paruum, quem vnà cum matre in arca abiectam in mare ab auo materno, conseruâstis, miseriæ illorum videlicet.* IPHI. *Noui quem dicis Consentaneum verò, illum iam adolescentem factum esse, atq; admodum generosum, & pulchrum aspectu.* TRI. *Hic occidit balænam.* IPHI. *Quamobrem Triton? Neq; enim huiusmodi cõseruationis præmia persoluere nobis debebat.* TRI. *Ego vobis exponam omnem rem, ita vt gesta est.* [e] *Missus hic fuit ad Gorgonas, vt hoc quasi quoddam certamen regi perageret. Postquam autem peruenit* [f] *in Libyam.* IPHI. *Quomodo Triton? solúsne, an & alios secum socios abduxit? nam alioqui difficile hoc iter.*

TRIT.

Τρι. διὰ τοῦ ἀέρος. ἐπόπτερον γὰρ αὐτὸν ἡ Ἀθηνᾶ ἐθηκεν. ἐπεὶ δὲ οὖν ἦκεν, ὅπου διηγοῦντο, αἱ μὲν ἐκάθευδον, οἶμαι· ὁ δὲ ἀρτιαμὸν τῆς Μεδούσης τὴν κεφαλὴν, ὠχετ' ἀπαλλάττων. Ἰφι. πῶς δῆτα; ἀθέατοι γάρ εἰσιν. ἢ ὁ ἀνὴρ ἴδε, οὐκ ἔτ' ἄλλο μετὰ ταῦτα ἴδοι. Τρι. ἡ Ἀθηνᾶ μὲν ἀσπίδα προφάνουσα, (διαῦτα γὰρ ἤκουσα διηγουμένου αὐτοῦ πρὸς τὴν Ἀνδρομέδαν, καὶ πρὸς τὸν Κηφέα ὕστερον) ἡ Ἀθηνᾶ δὴ ἐπὶ τῆς ἀσπίδος ὑποπλεύσασα, ὥσπερ ἐπὶ κατόπτρου, παρέσχεν αὐτῷ ἰδεῖν τὴν εἰκόνα τῆς Μεδούσης. ἔπειτα λαβόμενος τῆς κόμης, ἐνορῶν δὲ τὴν εἰκόνα, τῇ ἀριστερᾷ τὴν ἅρπην ἔχων, ἀπέτεμε τὴν κεφαλὴν αὐτῆς, καὶ πρὶν ἀνεγρέσθαι τὰς ἀδελφὰς, ἀνέπτατο. ἐπεὶ δὲ κατὰ τὴν παράλιον ταύτην Αἰθιοπίαν ἐγγὺς, ἤδη πρόσγειος φερόμενος, ὁρᾷ τὴν Ἀνδρο-

Trit. *Per aërem profectus est & alatum enim ipsum Minerua reddidit. postquam autem eò loci venit vbi illæ agebant, illæ quidem dormiebant, opinor: at hic amputato Medusæ capite, iterum auolauit.* Iphi. *Quo pacto autem aspexit illas? Aspici enim nequeũt: vel quisquis illas aspexerit, non amplius quicquam posthac aspicit.* Trit. *Minerua illi clypeo velut face aliqua prælato (talia enim audiui ipsum narrantem apud Andromedam, postea & apud Cepheum) Minerua igitur, inquam, in clypeo refulgente, tanquã in speculo aliquo, exhibuit ipsi spectãdam Medusæ imaginem. Postea sinistra, arrepta illius coma, & inspecta imagine, h dextra autem sublata harpe, abscidit caput ipsius: atque ita priusquam sorores reliquæ expergiscerentur, auolauit. Porrò vbi circa maritimam hanc Aethiopiæ orã veniisset, terræ iam propinquior aliquanto volans, videt*

Andro-

Ανδρομέδαν προκρεμῶντα, ἐπὶ τινος πέτρας πεφυκυίας καὶ ἀποπεπταλωμένην, καλὴν ἰσχυρῶς, ὦ θεοί, καθειμένην τὰς κόμας, ἡμίγυμνον μὲν ὑπὸ ἐνδείας τῶν μασῶν. καὶ τὸ μὲν πρῶτον οἰκτείρας τὴν τύχην αὐτῆς, ἀνερώτα τὴν αἰτίαν τῆς καταδίκης. καταμικρὸν δὲ ἄλλος ἔρως, (ἐχρῆν γὰρ σῶσαι τὴν παῖδα) βοηθεῖν ἐδίδου. καὶ ἐπειδὴ τὸ κῆτος ἐπῆλθε μάλα φοβερὸν, ὡς καταπιόμενον τὴν Ανδρομέδαν. ὑφαρπασθεὶς ὁ νεανίσκος, πρόκωπον ἔχων τὴν ἅρπην, τῇ μὲν καθικνεῖται, τῇ δὲ πελεκᾷ τὴν Γοργόνα, λίθον ἐποίει αὐτό. τὸ δὲ τίθνηκε γοῦν, καὶ ἐπάγω αὐτὴν τὰ σώματα, ὅτε ἔδει τὴν Μέδουσαν ὁ δὲ λύσας τὰ δεσμὰ τῆς παρθένου, ὑποσχὼν τὴν χεῖρα, ὑπεδέξατο ἀπρόσκοπον ἐκ τῆς πέτρας, ὀλισθηρᾶς οὔσης. καὶ νικᾷ γαμεῖ ἐν δὲ Κηφέως, καὶ ἀπάγει αὐτὴν εἰς Αργος.

Andromedā expositā in rupē quadam prominēte palo affixam, pulcherrimam, ô Dij, promissa coma, & seminudam longè vsque infra vbera. Ac primùm quidem misertus fortunæ illius, interrogat causam damnationis huius. Paulò autem pòst amore captus, (oportebat enim incolumem seruari puellam) opem ferre illi statuit. Atque vbi iam Balæna accessisset, terribilis admodum, & quasi mox absorptura Andromedam, in altum sublatus adolescens, manu ad capulum admota, harpen tenens, altera quidem ferit, altera autem Gorgona spectandum proferens, in lapidem illam conuertit. Illa igitur mortua est, & diriguêre ipsius membra omnia [k] quæcunque Medusam aspexerunt: at hic solutis vinculis, quib. virgo alligata fuerat, suppositáq; manu suscepit illam summis pedum digitis descendentem è rupe, arduam illa quidem atque procliui: & nunc cum eadem nuptias peragit in ædib. Cephei, abducetáq; illam secū Argos.

quare

ὥστε ἀντὶ θανάτου, γάμον οὐ τὸν τυχόντα εὕρετο. ΝΗ. ἐγὼ μὲν οὐ πάνυ τῷ γεγονότι ἄχθομαι. τί γὰρ ἡμῶν ἠδίκει ἡμᾶς, εἴ τι ἡ μήτηρ ἐμεγαλαύχει τότε, καὶ ἀξίου καλλίων εἶναι; ΤΡΙ. ὅτι οὕτως ἂν ἤλγησεν ἐπὶ τῇ θυγατρὶ, μήτηρ γε οὖσα. ΝΗ. μηκέτι μεμνώμεθα, ὦ Δωρὶ, ἐκείνων, εἴ τι βάρβαρον γυνὴ πρὸς τοὺς ἄξιαν ἐλάλησεν. ἱκανὴν γὰρ ἡμῖν τιμωρίαν ἔδωκε, φοβηθεῖσα ἐπὶ τῇ παιδί, χαίρωμεν οὖν τῷ γάμῳ.

quare pro morte nuptias, neque eas vulgares, illa inuenit. NER. [l] Equidem non ita valde ægrè fero factum hoc. Quid enim adeò nobis iniuriæ fecit puella, [m] si mater ipsius superbè extulit seſe tunc, ac pulchrior nobis esse voluit? TRIT. Quòd hoc pacto magnum dolorem perceptura fuisset ob filiam, mater certè illius cùm sit, NER. Ne meminerimus Dori istorum amplius, si quid [n] barbara mulier suprà quàm decebat loquax fuit. Satis enim supplicij tulit, quæ tanto in metu, filiæ causa constituta fuit. Gratulemur igitur [o] nuptijs.

GILBERTI COGNATI. ANNOTATIONES.

a BALAENA.] *Andromeda Cephei regis Aethiopum & Cassiopes filia ob matris iactantiam, quæ se Nereidas forma antecellere gloriabatur, illarum indignationem incurrit, & scopulo alligata, ceto deuoranda exposita fuit, sed Perſei virtute liberata, qui illac opportunè iter faciens, captus specie eius exarsit, pactusque à virginis parentibus, vt sibi eam matrimonio*

trimonio darent, si Balænam interemisset, voti compos factus est, hoc est, *& Balænam interemit, & Andromedam vxorem duxit.* b Iphianassa.] *Prœti Argiuorum regis filia & Melampi vxor fuit. Hoc etiam nomine appellatur à Lucretio libr. 1. Iphigenia, Agamemnonis filia ex Clytemnæstra, cùm inquit:*

Aulide quo pacto Triuiai virginis aram
Iphianassai turpârunt sanguine fœdè
Ductores Danaum delecta prima virorum.

c Perseum illum.] *Perseus à dijs ipsis armatus Medusam interfecit: multosque, inter quos Atlas fuit & Acrisius, vertit in lapides, quibus iactis Deucalion olim humanum genus refecit.*

d Danaës puerum illum paruum.] *Danaës fabula habetur apud nostrum Lucianum in Dialogo Doridis & Thetidis, & apud Ouid. 6. Metam.*

Aureus vt Danaën Asopida luserit ignis:
Mnemosynen pastor, variusq; Deoida serpens:
Te quoque mutatum toruo Neptune iuuenco
Virgine in Aeolia posuit —.

e Missus hic fuit ad Gorgonas.] *Gorgonum fabulæ meminit Lucianus de Domo, & in Philopatre, Medusæ porrò in imaginibus, vbi eam saxificam vocat. Tres fuisse traduntur, Stœnyo, Euryale, & Medusa, cuius caput à Perseo desectum, in suo clypeo posuisse narratur. Hæ habitasse Dorcadas insulas dicuntur, in Oceano Aethiopico, contra hortos Hesperidum, vnum tantùm oculo, quo vicißim vterentur, quoties lubitum est, cæterùm forma luculenta, ac crinibus aureis. Ab agilitate nomen inuenêre, γοργόν.* f In Libyam.] *Africam. In extrema Africæ ora fuisse produntur, quarum Medusa sola fuit mortalis, quam ideo solam petiuit Perseus Orci siue Plutonis galea contectus. Huius comas Minerua in angues mutauerat, quòd in suo templo vitiata esset. Et oculis Perseus in clypeum æneum, in quo ipsius Gorgonis imaginem videbat, manum in Medusam librans eius caput dissecuit. Reliquæ sorores volantes (erant enim his alæ, quibus per aërem ferebantur.) Perseum quidem insequebantur, sed cùm illum*

propte

ropter galeam videre nequirent, perſequi diſierunt. g Alaum enim ipſum Minerua reddidit.] *Perſeus ductu Paladis & Mercurij volucer ob talaria allata ad Gorgonas deuauit cum falce adamantina, pera & galea Plutonis, ſiciſti diximus.* h Dextrâ autem harpe.] *ἅρπη enſis in ſummitate falcatus quo Mercurius occidit Argum, Perſeus Meduſæ caput amputauit.* i In lapidem conuertit.] *Balæna cui Andromeda erat expoſita, in lapidem conuerſa.* k Quęcunque Meduſam aſpexêre.] *tùm Meduſa ſola circa littus proximum vagaretur, eam fugientem Neptunus amplecti voluit, quum in Mineruæ templum vſque ſequutus, vbi violaſſet, dea irata, eius aureos crines in totidem angues conuertit, effecitque, vt qui eam intuerentur, illicò verterentur in lapides, quod iam antè annotauimus.* Perſeus è Libya in Seryphum reuerſus, multos Gorgonis capite obiecto, obiuentes in ſaxa vertit, inter quos Polydectes. *Ouid. libr. 5. Metam.* l Equidem non ita valde ægrè fero] *Andromedam à Perſeo liberatam eſſe.* m Si mater.] *Caſſiopea. Hîc ἡ πρόνοια diſſimulatur. Integrum eſſet, εἰ ἐφ' ᾧ πρόσεστι παλλομένῳ, ἤλγησεν ἄν. Si vidiſſet affixam doluiſſet. Sed continetur prior pars in dictione οὕτως: & altera accedit πρόνοια, participio enunciata, εἰ γε μήτηρ ὡς ἀληθῶς ἦν, ἤλγησεν ἄν.* n Barbara mulier.] *Caſſiopea Cephei regis Aethiopum vxor, & Andromedes mater.* o Nuptijs.] *Perſei & Andromedæ, de quibus Ouid. 4. Metamorph. ſub finem, & 5. in principio.*

IOANNIS SAMBVCI
ANNOTATIONES.

Διηγηλικὸς : Quomodo Perseus filius Danaës balænam contra Andromedam emissam occiderit, & ipsam puellam liberaucrit, & tandem in vxorem duxerit.

Iusserat Andromedam conuinci nexibus Ammon:
Pro matre id Veneris vltio certa fuit.
Liberat hanc Perseus, qua conditione volebat:
Belua nil potuit, factus & hicce gener.

BALAENA ista vestra, Nereides.] *ἀφήγησις ἠθικὴ, & propositio bipartita.* A' quo.] *Rogatio de interfectore.* Tanquam illectamento.] *causa impellens.* Ex insidijs.] *Modus.* Aggressus illam.] *ἐξήγησις.* Puerum illum paruum.] *συσωπογραφία.* Conseruâstis misertæ.] *ἔπαινος.* Noui quæ dicis.] *Consensio.* Consentaneum verò.] *Ratio ab ætate, familia & corpore.* Hic occidit balænam.] *Continuatio narrationis causæ.* Ego vobis exponam.] *διήγησις.* Missus hic fuit.] *Narratio.* Postquam autem peruenit.] *Causa finalis.* Quomodo Triton.] *τὸ ἠθικόν. Quibus auxilijs? quomodo? interpellatione rogat an μονομαχία fuerit, an bellum.* Quo pacto autem aspexerit.] *ἐπανάληψις.* Aspici enim nequeunt.] *Gorgones.* Talia autem audiui ipsum.] *A' testimonio.* Minerua igitur inquam.] *ἐπανάληψις.* Postea sinistra.] *τὸ ἀφοσιωτικὸν ἢ ἠθεία διήγησις.* Harpe.] *ἄρπη ensis falcatus Persei fuit.* Porrò vbi circa maritimam.] *Accedit propiùs ad deliberationem Andromedæ.* In rupe quadam prominente, palo affixam] *A' fortuna:* id est, *supplicij fœditate & indignitate, à situ, ab habitu, ab ætate & sexu.* Misertus fortunæ illius.] *πάθος.* Oportebat enim incolumen] *Causa.* Opem ferre illi statuit.] *Consilium.* Vbi iam balæna accessisset,] Der Ritter *S. Georgius.* Quasi mox absorptura.] *τὸ πρόχθισις.* In lapidem illam conuertit.] *μεταμόρφωσις.* Diriguêre ipsius membra.] *τὸ ἐπόμβρον.* Solutis vinculis.] *πρᾶγμα πρόχθιν.* Summis pedum digitis.] *ὁ τρόπος.* Quare pro morte.] *ἐπιφώνημα ex repu-*

repugnantibus.] Equidem non ita valde ægrè fero.] ἐπίτρεψις αἰτιολογική. Quid enim adeò nobis iniuriæ.] ἐρμηνεία. Quod hoc pacto.] ἀπόφασις σοφιστική. Ne meminerimus.] *Concluſio.* Satis enim ſupplicij tulit.] *Ab æquo.* Gratulemur igitur.] *Clauſula.*

MORTVORVM DIALOGI.

ΜΕΝΙΠΠΟΥ, ΑΜΦΙΛΟΧΟΥ καὶ Τροφωνίου.

MENIPPI, Amphilochi & Trophonij.

Eraſmo Roterodamo interprete.

MENIPPVS.

ΦΩ μέντοι, ὦ Τροφώνιε καὶ Ἀμφίλοχε, νεκροί ὄντες, οὐκ οἶδ', ὅπως ναῶν κατηξιώθητε, καὶ μάντεις δοκεῖτε, καὶ οἱ μάταιοι τῶν ἀνθρώπων θεοὺς ὑμᾶς ὑπειλήφασιν εἶναι. Τρο. τί οὖν ἡμᾶς αἴτιοι, εἰ ὑπ' ἀνοίας ἐκεῖνοι τοιαῦτα περὶ νεκρῶν δοξάζουσιν; Μεν. ἀλλ' οὐκ ἂν ᾠόμην, εἰ μὴ ζῶντες καὶ ὑμεῖς τοιαῦτα ἐπεπράτευσθε, ὡς τὰ μέλλοντα προειδότες, καὶ πρὸ τῶν ἀναμφιλόγων τοῖς ἐρωμένοις

OS *nimirum*, [a] *Trophoni atque* [b] *Amphiloche, quũ ſitis mortui, tamẽ haud ſcio quónam modo* [c] *phanis eſtis donati, vatesq́ credimini, ac ſtulti mortales deos eſſe vos arbitrantur.* TRO. *Quid? annobis igitur imputãdum, ſi per inſcitiam illi de mortuis huiuſmodi opinantur?* MEN. *Atqui non iſta fuiſſent opinati, ni vos tũ quum viueretis, eiuſmodi quædam portenta oſtentaſſetis, tanquam futurorum fuiſſetis præſcij, quaſiq́ prædicere potuiſſetis ſi qui percontarentur.*

Τρο. ὦ Μῆνιππε, Ἀμφίλοχος ὅδε οὐκ ἄρα ἐδέησε, ὅ, τι αὐτῷ ἀποκριτέον ἦν περὶ αὐτοῦ. ἐγὼ δὲ ἥρως εἰμὶ, καὶ μαντεύομαι, εἴ τις λατέλθοι παρ' ἐμέ. σὺ δ' οὐκ οἶσθα οὐκ ἐπιδεδημηκέναι Λεβαδείᾳ τὸ παράπαν· εἰ γὰρ ἐπίστευες σὺ τούτοις. Μῆν. τί φῄς; ἐὰν μὴ εἰς Λεβάδειαν γὰρ παρέλθω, καὶ ἐσαῦθις τὰς ὀθόνας, γελοίως μάλα ἐν τῶν χειρῶν ἔχων, ἐσερπύσω διὰ τοῦ σωμίου ταπεινοῦ ὄντος εἰς τὸ σπήλαιον, ὃν ἂν ἐδυνάμην. ἀδηλόν ὅτι νεκρὸς ἦν, ὥσπερ ἡμεῖς, μόνῃ τῇ γοητείᾳ διαφέρων, ἀπὸ τῆς μαντικῆς. τί γὰρ ὁ ἥρως ἐστίν; ἀγνοῶ γάρ. Τρο. ἐξ ἀνθρώπου τι καὶ θεοῦ σύνθετον. Μῆν. ὁ μὴ τι ἄνθρωπος ὄν, ὡς φῄς, μήτε θεὸς, καὶ σωματοειδές ἐστιν; ναὶ οὖν σοῦ γε τὸ θεοῦ ἐκεῖνο ἡμίτομον ἀπολόμεθα; Τρο. χρᾷ, ὦ Μῆνιππε, ἐν Βοιωτίᾳ. Μήν.

TRO. *Menippe, nouerit Amphilochus hic ipsi pro sese respondendum esse: cæterum ego* [d] *Heros sum, vaticinorque si quis ad me descenderit. At tu videre nunquam omnino Lebadiam adiisse, neque enim alioqui ista non crederes.* MEN. *Quid ais? equidem nisi* [e] *Lebadiam fuissem profectus, ac linteis amictus,* [f] *offam etiam ridiculè manu gestans, per angustum aditum in specum irrepsissem, nequaquam fieri potuisset vt te defunctum esse cognoscerem, perinde atque nos, solaque præstigiatura reliquos antecellere. Sed age per ipsam diuinandi artem, quid tandem est Heros? neque enim intelligo.* TROPH. *Est quiddam partim ex homine, partim ex Deo compositum.* MEN. *Nempe quod neque sit homo, quemadmodum audio: neque Deus? horum pariter vtrunque. Ergo dimidia illa tui ac diuina pars, quo nunc recessit?* TROPH. *Reddit oracula, Menippe, in Bœotia.*

MEN.

Μεν. Οὐκ οἶδα, ὦ Τροφώνιε, ὅ, τι καὶ λέγεις. ὅτι μὲν γὰρ ὅλος εἶ νεκρὸς, ἀκριβῶς ὁρῶ.

MEN. *Haud intelligo quid dicas, Trophoni, nisi quòd illud planè video, te totum esse mortuum.*

GILBERTI COGNATI. ANNOTATIONES.

Hîc confutantur & damnantur deorum Gentilium oracula & responsa & fatidicę Mathematicorũ artes, Astrologia iudiciaria, cuius vsus est, vt rerum euentus incerta tempora pronunciet. Hæc omnia Christo ex illibata virgine nato passim in orbe terrarum obticuisse, & tanquã ranæ in Seripho obmutuisse, testes sunt Augustin. de ciuit. Dei. Euseb. lib. 5. c. 1. & 8. lib. 7. c. 6. Plutarch. de orac.

a TROPHONI.] *Tradunt autores, Trophonium virum quempiam fuisse supra modum gloriæ famelicum, extructoque sibi subterraneo fano & domicilio in Lebadia Bœotiæ, oracula reddidisse. deindè vbi ille fame interisset, genium quendam in id demigrasse, atque oracula reddere perrexisse. pòst superstitione mortalium plures oraculi causa, sacra stola amicti, placentasque quas temuribus & serpentibus obijcerent, gestantes, in id antrum demisisse sese, ac dies complures fuisse commoratos, qui postea nunquam risêre. Quæ quidem fabula Erasmus noster in centuria 7. Chiliadis primæ, Patritij Scoti puteo contulit. Sed enim Trophonij oraculi celebritas, & frequens apud scriptores mentio est, vt apud Ciceronem in Tusc. & de Natura deorum, Herodotum in Clio, Philostratum in Apollinis Tyanei vita, Pausaniam. Quod certè Lucianus noster hîc, & alibi videt.* *b* Amphiloche.] *Amphilochus, in Cilicia Attica pro deo vates cultus, vt T. Liuius in 5. lib Decad. [illegible] Templumq; vetustum fontibus, viuisq; habuit, ad quod [illegible] P. Aemylius victor prodijt. Meminit & Strabo & Pausanias, qui & eius aram Athenis describit. Item in Malo Ciliciæ vrbe,*

cuius oraculum Pausanias sua ipsius ætate cætera omnia ait superare. Thucydides lib. 2. Histor. Amphilochum scribit Amphiarai filium, post bellum Troianum cùm domum reuersus esset, Argos exosum, domicilium condidisse in sinu Ambraciota vrbem, quam de nomine primæ vrbis & suo Argos Amphilochium appellauit. c Phanis.] *Templis.* d Heros.] *Seruius potestates supernas existimauit corporibus sese humanis infundere, vnde procrearentur heroës,* hoc est, *semidei. Hi animas cœlestes credebantur gerere, sacrasque mentes, atque sub humana effigie in totius mundi commoda procreatos antiquitas existimauit. Hinc sunt qui eos ἀπὸ τ ἀρετ, hoc est, à virtute nuncupatos dixerunt, quòd scilicet virtute præditi essent.*

e Lebadiam.] *Lebadia oppidum est antiquum in Bœotia, teste Gell. lib. 12. cap. 5. Bœotia aût Europæ regio, in qua Thebe ciuitas fuit, Athenis non cedens claritate. In Lebadia porrò fuit Trophonij oraculum. Plutarch. in lib. de defectu Oraculorum: ἡ ἐν λεβαδίᾳ ἡ βοιωτία. Apud Euseb. ἡ περὶ Λεβαδίων.*

f Offam.] *Qui ex Trophonij antro oracula sciscitabantur, nudi in aditu specus sedere soliti sunt. Gestabant autem placentas, quas Lemuribus occurrentibus obijcerent.*

IOANNIS SAMBVCI ANNOTATIONES.

Κατηγορηλικὸς ἢ ἀναισχυντικός.

Amphilocho vati fanum positum, atq; Triphoni
Quidam miratur, stultitiamq; hominum.
Fatidicos ridet quosdam & responsa Menippus:
Idq; putat verè solius esse Dei.

Vos [illegible]irum Trophoni.] κατηγορία. Cùm sitis mortui.] [illegible]χομένων. Quid [illegible]an nobis.] ἀπολογία. Atqui non [illegible]t opinati, in vos.] *Causam in eos transfert.* N[illegible]philochus.] ἀνδιαξις. Cæterùm ego Heros sum [illegible]ὲρ αὐτῦ. At tu videre nunquã.] *Obie-*

Ctio.

ctio. Equidem nisi.] *Solutio à signis, per assseuerationem.* Sed age per ipsam diuinandi artem.] ἐρώτησις ὀρνιθική. Est quiddam partim.] ἀπόφασις ὁμοῖα. Nempe quòd neq; sit homo.] *Repetit ὅρον.* Quò nunc recessit.] *Interrogatio.* Reddit oracula.] *Responsio.* Haud intelligo quid dicas.] *Conclusio ἐρωτικὴ.*

ΕΡΜΟΥ ΚΑΙ ΧΑΡΩΝΟΣ.

MERCVRII ET Charontis.

Iacobo Micyllo interprete.

MERCVRIVS.

ΛΟγισώμεθα ὦ πορθμεῦ, εἰ δοκεῖ, ὁπόσα μοι ὀφείλεις ἤδη, ὅπως μὴ αὖθις ἐπιζώμεν τι περὶ αὐτῶν. ΧΑ. λογισώμεθα, ὦ Ἑρμῆ· ἄμεινον γὰρ ὠφέλιμα περὶ αὐτῶν καὶ ἀπραγμονέστερον. ΕΡ. ἄγκυραν ἐντελαμένῳ ἐκόμισα πέντε δραχμῶν. ΧΑ. πόσου λέγεις. ΕΡ. [illegible] Αἰδωνέα, τῶν πέντε ἀπέδοσάμην, καὶ πρωτύπαρα δὲ ὀβολῶν. ΧΑ. τίθει πέντε δραχμὰς, καὶ ὀβολὸς δύο. ΕΡ. καὶ ἀντὶ πρώρας τὸ ἱστίον πέντε ὀβολοὺς ἐγὼ

RAtionem supputemus [a] portitor, si videtur, quantum mihi debeas iam, ne denuò aliquando de eo inter nos contendamus. CHAR. *Supputemus, Mercuri. Satius enim est maturè id agere, deinde & minoris negocij.* MERC. [b] *Anchoram, vt mandâras, comparaui tibi quinq; drachmis.* CHAR. *Caro dicis.* MER. *At per Plutonem, quinq; emi illam: & præterea lorum, quo* [c] *remum alligares, obolis duobus.* CHAR. *Pone quinque drachmas, & obolos duos.* MERC. *Et pro resarciendo velo quinque obolos*

ἐγὼ καταίβαλον. Χά. μὴ τοῦτος προσίθει. Ερ. μὰ τὸν, ὡς ἐπιπλάσαι τ' σκλαφιδίᾳ τὰ ἀνιφόντα, μὴ ἥλως δί, μὴ καλώδιον, ἀφ' οὗ τὴν ὑπέραν ἐποίησας, δύο δραχμῶν ἅπαντα. Χά. εὖγε; ἄξια ταῦτα ὀνόσω. Ερ. ταῦτά σοι, εἰ μή τι ἄλλο ὑμᾶς διέλαθον ἐν ᾧ λογισμῷ, πότε δ' ὄν ταῦτ' ἀπολώσειν φῇς: Χά. νὴ μὴ, ὦ Ερμῆ, ἀδιώατον. ἦν δέ τοιμός τις ἢ πόλεμος καταπέμψῃ ἀθρόους τινὰς, ἐνέσαι τότε ἀφελέσθαι ἐν ᾧ πλέθει παραλογιζόμενον τὰ πορθμία. Ερ. νὴ σώ ἐγὼ καθεδοῦμαι, τὰ διάπλοα εὐχόμενος γενέσθαι, ὡς ἂν ἀπ' τότων ἀφελοίμι. Χά. ὐκ ἔστιν ἄλλως, ὦ Ερμῆ. νὴ δ' ὀλίγοι, ὡς, ὁρᾷς, ἀφικνοῦται ἡμῖν, ἐρημία γάρ. Ερ. ἄμεινον ὅτως, εἰ καὶ ἡμῖν παρατείνοιτο ἐκ σοῦ τὸ ὄφλημα. πλὴν ἀλλ' οἱ μὲν παλαιοὶ, ὦ Χάρων, οἶσθα

ego exolui. CHAR. *Etiam hos appone.* MER. *Et ceram ad oblinendas nauigij rimas tibi emi: & clauos præterea, & funiculum vnde hyperam feciſti, omnia hæc duabus drachmis.* CHAR. *Recte, laudo, hæc vili emiſti.* MER. *Hæc ſunt quæ tibi expoſui: niſi ſi quid reliquum eſt quod me fugit inter computandum. Quando autem hæc redditurum te promittis?* CHAR. *Nunc quidem, Mercuri, non poſſum. Si verò peſtis aliqua aut bellum confertos & frequentes huc demiſerit aliquos, licebit mihi tum allucrari aliquid ſubtracto clàm nonnihil ex portorio.* MER. *Profecto ego nunc ſedebo, peſſima quæque vt eueniant precando, vt inde fructum aliquem capiam.* CHAR. *Fieri aliter non poteſt, Mercuri. Nam pauci nunc videre, ad nos deſcendunt. Pax enim eſt.* MERC. *Satius eſt ita eſſe, etiam ſi ob hoc abs te prorogatur nobis debiti iſtius ſolutio. Verùm enimuerò priſci illi, Charon,*

noſti

οἶσθα οἷοι παρεγίνοντο, ἀνδρεῖοι ἅπαντες, αἵματος ἀνάπλεω, καὶ τραυματίαι οἱ πολλοί. νυνὶ δὲ ἢ φαρμάκῳ τις ὑπὸ τοῦ παιδὸς ἀπεβανὼν, ἢ ὑπὸ τῆς γυναικὸς, ἢ ὑπὸ πυρῆς ἐξωδηκὼς τὴν γαστέρα καὶ τὰ σκέλη, ὠχροὶ γὰρ ἅπαντες, καὶ ἀγεννεῖς, οὐδὲ ὁμοῖοι ἐκείνοις. οἱ δὲ πλεῖστοι αὐτῶν, διὰ χρήματα ἥκουσιν, ἐπιβουλεύοντες ἀλλήλοις, ὡς εἰκὸς σοι. Χά. πάνυ γὰρ ἀπεπόθητά ἐστι ταῦτα. Ερ. ἀτεχνῶς οὖν ἐγὼ δόξαιμι ἂν ἁμαρτάνειν, εἰκῇ ἀπαιτῶν τὰ ὀφειλόμενα παρὰ σοῦ.

noſti quales aduenire ſolebant, quàm fortes atque animoſi omnes, cruore madidi, & vulneribus pleni plerique? Nunc autem aut veneno aliquis à filio interfectus, aut ab vxore, aut præ nimia voluptate tumefacto ventre & cruribus aduenium. Pallidi enim omnes, & ignaui, neque ſimiles pfioribus illis. Plurimi autem ipſorum etiam pecuniarum cauſa veniunt, factis (vt videtur) mutuò ſibi inſidijs. CHAR. Omnino enim expetibiles illæ ſunt. MERC. Proinde neque ego videar peccare grauius aliquid, ſi vel acerbius abs te exigam ea quæ mihi debes.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

a PORTITOR.] *Charon Noctis & Herebi filius tria inferni fluuiina ſeu paludes obſeruare dicitur, puta Acherontem, Stygem, & Cocytum, & per illas mortuorum animas ad profundum Herebi tranſuehere, obolum quem danacem Græci vocant, à vectoribus accipiens. Charontem portitorem, Virgil. in 6. Aeneid. pulchrè deſcribit.* b ANCHORAM.] *Hic recenſet aliquot nauium inſtrumenta. Anchora dens eſt ferreus ad ſiſtendas naues.* c REMUM.] *Remi perticæ ſeu conti, quibus naues & rates impelluntur agunturque. Remis vela adduntur.*

duntur, vt alæ ad nauium celeritatem funes & rudentes tum ad vincula, tum ad nauium tractus & retinacula. d Ceram.] *Græci κηρὸν pro ceræ picisque mixtura accipiunt : consule Plin. lib. 16. cap. 12. Hinc ceratæ naues dicuntur, cera piceque simul confusis oblitæ. e* Hyperam.] *Hyperæ sunt funiculi, quibus antennarum cornua traducuntur. vnde prouerbium : Omissa hypera, pedem quæris. Vide Suidam & Erasmum nostrum.*

IOANNIS SAMBVCI ANNOTATIONES.

Nauta petit quod debebat talariger ales,
Vera subducta sed ratione prius.
Mercurius queritor technas, hominumq; furores
Semper quod peior sit quoq; posteritas.

RATIONEM supputemus.] *Propositio iubentis.* Supputemus, Mercuri.] *Assensio.* Satius enim est.] *Ratio.* Anchoram vt mandâras.] λογισμὸς *per enumerationem.* Vnde Hyperam feci sti.] ὑπέρα *funiculi sunt, quibus antennarum cornua traducuntur. Vnde prouerb. Omissa hypera pedem quæris. Erasmus & Suidas.* Rectè laudo.] *Collaudatio.* Hæc sunt.] *Conclusio supputationis.* Quando autem hæc. *Postulat solutionem.* Nunc quidem, Mercuri.] *Petit dilationem.* Fieri aliter non potest.] λογισμὸς. Nam pauci nunc.] *Consilium suum exponit.* Pax enim est.] *Ratio* Verùm enimuerò prisci illi.] *Comparatio mortuorum.* Proinde neque & ego.] *Conclusio.*

MENIP-

Erasmo Roterodamo interprete.

MENIPPVS.

Ὦ Κέρβερε (συγγενὴς γὰρ ἐμοί γε, κύων καὶ αὐτὸς ὤν) ἐπίμοι τῆς Στυγὸς, οἷός σοι ἦν ὁ Σωκράτης, ὁπότε κατῆει πρὸς ἡμᾶς; ἀτὰρ δὴ σὲ θεὸν ὄντα, μὴ ὑλακτεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀνθρωπικῶς φθέγγεσθαι, ὁπόταν ἐθέλοις. Κερ. θαρρεῖν χρή, ὦ Μένιππε, πάντα σοι ἐοικέναι ἀπεικὸς προσώπῳ προσιόντι, καὶ ὁπόταν δεδιέναι τὸν θάνατον δοκῇς, τότε ἐμφανῆ σοι ἐθέλειν. ἐπεὶ ἢ κατέκνυψεν ἅπαν τὸ χάσμα τοῦτο, καὶ ἦλε τὸν βόθρον, μᾶλλον ἔτι δεδιέναι ἐμέλλοντα αὐτὸν δοκεῖν τῷ κοινῷ κατιόντα τοῦ πόλου, ὥσπερ τὰ βρέφη ἐκείνει, καὶ τὰ ἑαυτοῦ παιδία ὀλύρει, καὶ παντοῖον ἐγχέλει. Μέν.

HEus, Cerbere, quando quidem mihi tecum cognatio quædam intercedit, quum & ipse [a] sim canis, dic mihi per [b] Stygiam paludem, quomodo sese habebat [c] Socrates, quum huc accederet? Verisimile est autem te, Deus quum sis, [d] non latrare modò, verumetiam humano more loqui, si quando velis. CER. Quū procul ádhuc abesset, [e] Menippe, visus est constanti atque interrito adire vultu, perinde quasi mortem nihil omnino formidaret, tanquam hoc ipsum vellet iis qui procul à specus ingressu stabant ostendere: verùm simulatque despexit in hiatum, viditq; profundum atque atrum antri recessum, simulq; ego cunctantem etiam illum [f] aconito mordens, pede correptum, detraherem, infantium ritu eiulabat, suósque deplorabat liberos, nihilq; non faciebat, in omnem speciem sese conuertens. MEN.

Num

ἀκοῦν σοφιστὴς ὁ ἄνθρωπος ἦν, καὶ ὃν ἀληθῶς κατεφρόνει τοῦ πράγματος; Κὴρ. οὐκ ἀλλ' ἐπεὶ περ ἀναγκαῖον αὐτῷ ἐφάνη κατεφρονεῖτο, ὡς δῆθεν οὐκ ἄκων πασόμενος, ὃ πάντως ἤθελε παθεῖν, ὡς θαυμάσονται οἱ θνητοί. καὶ ὅλως, περὶ πάντων γε τῶν τοιούτων ἀπεῖναι ἂν ἔχοιμι, ἕως τοῦ στομίου τολμηροὶ καὶ ἀνδρεῖοι, τὰ δ' ἔνδοθεν ἅπαντα δειλοί. Μέν. ἐγὼ δὲ πῶς σοι κατεληλυθέναι ἔδοξα; Κὴρ. μόνος, ὦ Μένιππε, ἀξίως τοῦ γένους, καὶ Διογένης πρό σου, ὅτι μὴ ἀναγκαζόμενοι εἰσῆτε, μηδ' ὠθούμενοι, ἀλλ' ἑκουσίοις γελῶντες; οἰμῴζειν παρήγγελλον ἅπασιν.

Num igitur fucatè sapiens erat ille, neque verè mortem contemnebat? CER. *Haud verè: cæterùm vbi vidit id esse necesse, audaciam quandam præ se ferebat, quasi verò volens id esset passurus, & quod alioqui volenti nolenti tamen omnino fuerat ferendum, videlicet quo spectatoribus esset miraculo. Equidem illud in totum de viris istiusmodi verè possim dicere, ad fauces vsque specus intrepidi sunt ac fortes: porrò intùs quum sunt, nihil mollius ueque fractius.* MEN. *Cæterùm ego quónam animo tibi visus sum subïsse specum?* CER. *Vnus mortalium, Menippe sic mihi visus es subire, vt tuo dignum erat genere: & prior te* [h] *Diogenes: propterea quòd neutiquam adacti subieritis, aut intrusi: verùm tum vltronei, tum ridentes, atque* [i] *omnibus plorare renunciantes.*

GILBER.

GILBERTI COGNATI
ANNOTATIONES.

a SIM canis.] *Cynici vulgo pro canibus habiti sunt, non ob aliud, nisi quòd recte quidem arguerent vitia mortalium, sed absq; delectu personarum, temporis & loci.* *b* Stygiam.] *Per Stygiam paludē. Hunc deorū poëticorum iusiurandū religiosum & grauissimū esse volunt. Homerus Odyss. & Virg. lib. 6. Aen.*

—Stygiamque paludem,
Dij cuius iurare timent & fallere numen.

Qui enim per eam peierauerit, illum oportet annum & dies nouem ambrosia & nectare defraudari. *c* Socrates.] *Hîc de Socratis sapientia atque constantia seu fortitudine agitatur, de qua Hieronymus: Eundem semper vultum, inquit, habere non possumus, quod de Socrate falsò gloriantur philosophi. Philosophus Atheniensis fuit, Sophronisci statuarij & Phanaretæ obstetricis filius, Apollinis oraculo omnium sapientissimus iudicatus, qui æquabilitatem in omni vita adeò seruauit, vt idem semper vultus, eademque frons siue prosperis siue aduersis rebus extiterit vsque ad extremum. Præceptores habuit Anaxagoram & Damonem. Postea ad Archelaum physicum se contulit. vbi cùm animaduerteret naturalis speculationis nullum esse fructum, primus Ethicen inuenit:* id est, *moralem philosophiam, ad quam transiens fertur dixisse: Quæ supra nos, nihil ad nos. Vxores eodem tempore duas habuit, Xantippen & Myrtonem, quæ cùm crebrò inter se iurgarent, & ille eas solitus esset deridere, quòd propter se fœdissimum hominem, simis naribus recalua fronte, pilosis humeris, repandis cruribus disceptarent, nouiss. mè verterunt in eum impetum, quem fugientem diu persecutæ sunt. Interrogauit Alcibiades, cur vxores tam acerbas domo non exigeret? Quoniam, inquit Socrates, cùm illas domi perpetior, assuesco, & exerceor, quò foris petulantium iniuriam facilius feram. Nónne tu tolerare asseres perstrepentes? Illo annuente: Quoniam mihi oua & pullos pariunt. Et mihi, ait, Xanthippe filios gignit. Xanthippe verò adeò molesta fuit, vt ipso cum discipulis disserente, mensam non rarò subuerterit. De eius patientia Gellius, castitate verò Aelianus scribit. Accusatus tandem ab Anyto quodam diuite, & Me-*

te, & Melito poëta, & Lycone oratore, quòd de dijs malè sentiret, iuuentutemq; præpostera Venere corrumperet, cùm à iudicibus de more interrogaretur, Quánam potißimùm pœna se dignum censeret: Vt, inquit, in Prytaneo alar de publico. Quo responso irritati iudices, capitis eum damnauerunt, & ad bibendam cicutam compulerunt. qua ille intrepidè accepta, & non alio quàm quo vinum solet, vultu exhausta, supremum vitæ diem clauſit. De quo Persius:

—barbatum hoc crede magiſtrum
Dicere, ſorbitio tollit quem dira cicutæ.

Ex Comœdijs Sotadis hoc quoq; de eo extat: Socratem mundus facit ſapientem, ac malè Socratem in carcere interemit. Epota enim cicuta, mortuus eſt. Cicer. 1. de Orat. pluribus illius hiſtoriam perſequitur. Et Eraſmus in Alcibiadis Sileno. d Non latrare modó.] *Virgil. 6. Aeneid.*

—licet ingens ianitor antro
Aeternùm latrans exangues terreat vmbras. *Et,*
Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci
Perſonat —. *e* Menippus.] *Phœnix philoſophus Cynicus, conditione ſeruus, qui reliquit lucubrationes crebris ſalibus. Cynicaq; mordacitate refertas: ad quarum imitationẽ M. Varro Satyras conſcripſit, quas ab illius nomine Menippeas appellauit, vt tradit Macrobius in Saturn. laqueo vitam finüſſe dicitur à Diogene Laërt. Dicit hic ſe eſſe canem. canes enim vocantur Cynicæ ſectæ philoſophi. f* Aconito mordens.] *Id eſt, veneno, ἀπὸ τῦ κοινῦ. Eſt autem aconitum, omnium venenorum ocyßimum, authore Plinio, quod contraxit ſpuma Cerberi, ab inferis extracti. quod paßim deſcribitur ab autoribus in primis poëtis, ſed ignoratur adhuc hodie. g* Quod volenti nolenti.] *Vſus huius adagij, Velim nolim, eſt, quum contra ſententiam animi fit aliquid. Pro eo Plautus ſæpe vtitur ingratijs, vt in noſtro Adagiorum collectaneo annotauimus. h* Diogenes.] *Philoſophus Cynicus celeberrimus. i* Omnibus plorare renunciantes.] *Hac prouerbiali voce Lucianus ſæpè vſus eſt, de qua nos in primo Necricorum dialogo, & noſtro Adagiorum collectaneo.*

IOAN-

IOANNIS SAMBVCI
ANNOTATIONES.

ἀνασχδασιηὸς : *Fortitudinem Socratis falsam fuisse.*

Socratis exponit trepida de morte Menippo,
Cerberus infernas vt metuatque domos.
Nescio quàm fortis fuerit : sub iudice lis est,
Mors etiam magnos territat vsque viros.

HEVS Cerbere.] σύγκρισις ἐρώτησις, ἢ ἀξίωσις. Verisimile.] *Ratio* πιθανὴ ἀπὸ δυνατοῦ. Verùm etiam.] ἀφήγησις. Quum procul.] *Primum tempus.* Quasi mortem.] *Factum.* Verùm simul atque.] *Alterum tempus.* Nihilq; non.] *Conclusio.* Cæterùm.] *Expositio suæ sententiæ de Socrate.* Equidem illud.] ἐπίκρισις γενικὴ. Quónam animo.] *Interrogatio de seipso.* Vnus mortalium.] ἀπόκρισις ἐπαινετική. Propterea quód.] αἰτιολογία.

ΧΑΡΩΝΟΣ, ΜΕΝΙΠΠΟΥ, καὶ Ἑρμοῦ.

CHARONTIS & Menippi.

Erasmo Roterodamo interprete.

CHARON.

ΑΠόδος, ὦ λιμενάρχα, τὰ πορθμία Μεν. Βόα, εἴ γε τοῦτό σοι ἥδιον, ὦ Χάρων. Χάρ. ἀπόδος, φημὶ, ἀνθ' ὧν σοι διεπορθμεύσαμεν. Μεν. ἦ καὶ λάβοις παρὰ γε μὴ ἔχοντος. Χάρ. ἔστι δέ τις ὑβολὸν μὴ ἔχων; Μεν. ἐμοὶ μὲν οὖν τις, οὐκ οἶδα, ἐγὼ δὲ οὐκ ἔχω. Χάρ. καλῶ μὲν ἄγε ξω σε, νὴ τὸν Πλούτωνα, ὦ μιαρὲ,

REdde [b] naulum, sceleste. MEN. Voci ferare, siquidem istuc tibi voluptati est, Charon. CHA. Redde, inquam, quod pro traiectõe debes. MEN. Haud quaquam auferre queas ab eo q̃ nõ habebat. CHA. An est quispiam, qui ne obolum quidem habeat? MEN. Sit' ne alius quispiam præterea, equidem ignoro: ipse certè non habeo. CHA. Atqui præfocabo te per [c] Ditē, impu-

 rissime,

ρὶ, λῦ μὴ ἀρδλῶς. Μφ. κἀγὼ σοῦ ξύλω σου κατάξας δδλύσω τὸ κράνιον. Χάρ. μάτην οὖν ἔσχ' πιπλοῦκὼς, τοσοῦτον χρόνον πλοῦν; Μφ. ὁ Ερμῆς ὑπὲρ ἐμοῦ σοι ἀρδλότω, ὅτι μὴ παρέδωκέ σοι. Ερμ. νὴ Δία ὀναίμην, εἰ μέλλω γε καὶ ὑπερκτίνειν τῶν νεκρῶν. Χάρ. οὐκ ἀφήσομαί σου. Μφ. τοῦτο γὲ ἕνεκα νεωλκήσας τὸ πορθμεῖον παράμενε, πλὴν ἀλλ' ὅ, γε μὴ ἔχω, πῶς ἂν λάβοις; Χαρ. σὺ δ' οὐκ ἤδεις, ὡς ἐμοί ἦεν δῖον; Μφ. ἤδειν μὲν, οὐκ ἔχον δέ. τί οὖν ἐχρῆν δῆτα τοῦτο μὴ ἀφανεῖν; Χάρ. μόνος οὖν αὐχήσεις πρόϊκα πεπλευκέναι. Μφ. ὁ πρόϊκα, ὦ βέλτιστε· καὶ γὰρ λύτλης, καὶ τὸ λώπης ἐπιλαβόμην, καὶ οὐκ ἔλαττον μόνος τῶν ἄλλων ἐπιβατῶν. Χάρ. ἀλλ' ταῦτα πρὸς τὰ πορθμία· τὸν ὀβολὸν ἀποδοῦναί σε δεῖ, ἐπεὶ θέμις ἄλλως γίνεσθαι. Μφ. ἀπόδοσο μ' αὖθις εἰς τὸν βίον. Χάρ. Καίτοι λέγεις, ἵνα καὶ

rissime, ni reddas. MEN. *At ego* [d] *illiso baculo tibi comminuam caput.* CHAR. *Nũ ergo te tam longo traiectu gratis transuexero?* MEN. *Mercurius meo nomine tibi reddat, vt qui me tibi tradiderit.* MER. *Bellè meum agatur per Iouem, siquidem futurum est, vt etiam defunctorum nomine persoluam.* CHAR. *Haud omittam te.* MEN. *Quin igitur vel huius gratia perge, vt facis, nauim trahere: quanquã* [e] *quod non habeo, quinam auferas?* CHAR. *At tu nesciebas quid tibi fuerit apportandũ?* MEN. *Sciebam quidem verùm non erat. Quid igitur? num ea gratia erat mihi semper in vita manendum?* CH. *Solus ergo gloriaberis te gratis fuisse trãsuectũ?* ME. *Haud gratis, ô præclare: si quidem* [f] *sentinam exhausi, & remum arripui, & vectorum omnium vnus non eiulaui.* CHAR. *Ista nihil ad naulum: obolum reddas oportet, neque enim fas est secus fieri.* MEN. *Proinde tu me rursum in vitam reuehe.* CHAR. *Bellè dicis, nimirum vt*

verbera

πληγὰς ἐπὶ τούτῳ παρὰ τοῦ Αἰακοῦ προσλάβω. Μεν. μὴ ἐνόχλει οὖν. Χα. ἀλλ' ἐξοίσεταί σοι τὴν πήρα ἔχειν. Μεν. θέρμους ἢ θέλεις, καὶ τῆς Ἑκάτης τὸ δεῖπνον. Χαρ. πόθεν οὖτον ἡμῖν, ὦ Ἑρμῆ, τὸν λιμὸν ἤγαγες; οἷα δὲ καὶ ἐλάλει παρὰ τὴν πλοῖον, τῶν ἐπιβατῶν ἁπάντων λαλαγέλων καὶ ἐπισκώπτων, καὶ μὲν δὴ ἄλλων, οἰμωζόντων ἐκείνων; Ερμ. ἀγνοεῖς, ὦ Χάρων, ὁποῖον ἄνδρα διεπόρθμευσας; ἐλεύθερον ἀκεραῖως, λυδόγνως αὐτῷ μέλει, οὗτος δὲ ὁ Μένιππος. Χαρ. καὶ μὴν οὐκ ἄν ποτε λάβοις σε πάλιν ἐνθένδε. Μεν. ἀλλ' ἐὰν λάβῃς ὦ βέλτιστε· ἄλλως δὲ οὐκ ἂν λάβοις.

verbera etiam & ab Aeaco mihi lucrifaciam. MEN. Ergo moleſtus ne ſis. CH. Oſtende quid habeas in pera. MEN. [h] Lupinum ſi velis, & [i] Hecatæ cœnam. CHAR. Vnde nobis hunc [k] canem adduxiſti, Mercuri? tũ qualia garriebat inter nauigandum, vectores omnes irridens, ac dicteriis inceſſens, vnúsque cantillans illis plorantibus? MER. An ignoras, Charon, quem virum tranſuexeris? planè liberum, cuique nihil omninò curæ ſit. Hic eſt Menippus. CHAR. Atqui ſi vnquam poſthac te recepero. MENIP, Sireceperis? ô præclare, ne poſsis quidem iterum recipere.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

a CHARONTI Poëtæ inferorum fluminum cuſtodiam & cymbæ gubernaculum tribuunt. b Naulum.] Parvum numiſma in os mortuorum inditũ, Charonti pro portorio ſoluendum. c Ditem.] Plutonem inferorũ Deum, Iouis & Neptuni fratrem. d Illiſo baculo.] κἀγὼ τῷ ξύλῳ. Materia pro inſtrumento, vt Latini ferrũ pro gladio. Aliàs βάκτρον ἢ βακτηρία. e Quod nõ habeo.] Alludit ad illud Plauti in Aſin. Nudo detrahere veſtimẽta me iubes. De quo in noſtro Adagiorum

collectaneo. f Sentinam.] *Nauis partem inferiorem, in quam quicquid instillat aquarum, influit, corruptæq; malè olent. Cicero de Senect. Alij sentinam exhauriant,* &c. *g* Acaco.] *Hunc Poëtæ fabulantur apud inferos vnà cum Minoë & Rhadamantho iudicem delectum esse, & sontium crimina discutere, & vnicuique pro meritis pœnam constituere. Lucianus noster in Necyomantia portorio apud inferos colligendo præfectum facit. In Cataplo is Mercurium obiurgat. h* Lupinum] *Lupini vniuersam atq; adeò mirabilem historiam lege apud Theophrastum lib. 8. apud Plin li. 18. cap. 12. & 22. cap. vlt. Editur frumentorum inopia, & instar lupi terræ sit appetens, dicitur lupinum. i* Hecatæ cœnam.] *Hecate Iouis & Latonæ filia, & soror Apollinis. Huic triplex numen attribuitur. vnde etiam à Virgil 8. Aeneid. Tergemina vocatur. Nam in cælo creditur esse Luna, in terris Diana, & apud inferos Proserpina. Dicta Hecate, teste Seruio, q centum victimis placetur, aut quod centũ annos faciat errare insepultos. Sub nouilunium ditiores vespere cœnam mussitabant (vt dicebatur) in triuijs, nocte pauperes aderant, clausis portis, qui eam famelici diripiebant, postridie persuadentes vulgo, Hecaten id quod appositum esset, deuorasse. Vnde quoties significare volumus quid per tumultum direptum, Hecates cœnam appellare licebit. Eandem & præparcam ac sordidam veteres appellabant, quod apud inferos vmbræ tenui ac vilissimo cibo victitare dicantur, vt malua ac porro. Idem in dialogo Diogenis & Pollucis. k* Canem.] *Id est, impudentẽ. Nota est eius bestiæ impudentia, inde & Homericũ illud κυνώπης & Cynicorum appellatio fluxit. Sed & apud Terent. in Eunuch. & canis & os durum impudentiam significat.*

IOANNIS SAMBVCI ANNOTATIONES.

Ex Strab. De naulo enim Charonti reddendo litigant.

Nauita de naulo quærit rogitando Menippum,
Vt soluat vectus per Phlegethonis aquas.
Sed nihil extorsit, nec erat soluendo Menippus:
Post vitam nullas namque tenebat opes.

REDDI

REDDE naulum.] *Postulatio.* Redde inquam.] *Repetit postulationem.* Haud quaquam.] *Recusatio cum ratione.* Equidem ignoro.] *Inficiatio.* Ipse cer é.] *Asseueratio.* Atqui præfocabo te.] ἀπειλή. At ego illiso baculo.] αὐτάπειλή. Num ergo tecum.] λὰ Ἑρμοῦ. Mercurius meo nomine.] *Reiectio in Mercurium.* Haud gratis.] ἀντεισαγωγή.

ΑΧΙΛΕΩΣ, ΚΑΙ Ἀντιλόχου. *ANTILOCHI ET Achillis,*

Ottomaro Luscinio interprete.

ΑΝΤΙΛΟΧΟΣ.

Οἷα πρῶτον, Ἀχιλλεῦ, πρὸς τὸν Ὀδυσσέα σοι εἴρηται, περὶ ζῶν θανάτου; ὡς ἀγωνῶν καὶ ἀνάξια ζῆν διδασκάλου ἀμφοῖν, Χείρωνός τε καὶ Φοίνικος; ἀπροόμην, γὰρ ὁπότε ἔφης, βίου νομίζεσθαι ἐπάρατον ὄν, θυτόν εἶναι παρά τινι τῶν ἀκηράτων, ἢ μὲν βίος καὶ πολὺς εἴη, μᾶλλον, ἢ πάντων ἀνάσσειν τῶν νεκρῶν. ταῦτα μὲν οἶμαι ἀγωνῶν τινα φρύγα δεῖλον, καὶ πέρα ζῶν καλῶς ἔχοντος φιλόσοφον ἴσως ἐκλῶν λέγειν τὸν Πηλέως δὶ ἰὸν, τὸν φιλοκινδυνότατον

QVænam sunt illa, Achilles, quæ tu Vlyssi iam primùm commemorando in mortem executus es, at minimè generosa, ac Chirone atque Phœnice, quibus tu aliquando vsus es præceptoribus, parùm digna? Audiui enim magis ex re tua futurum tibi videri, si vilis agricolæ munus obiens, inopi, cui nec victus suppetat, loces operâ, quàm vi omnibus vita functis dominetis. Quæ si rudis quidâ, plebeius, ex media Phrygia ortus, atque immodicus insuper etiam vitæ affectator diceret ferendum fortè id esset, atque condonandum nonnihil rusticitati: verùm ex Peleo prognatum, & ex omni heroum numero periculorum

ἀνιάτατον ἁπάντων, ταπεινὰ ἄτω περὶ αὐτοῦ φρονεῖσθαι ποιῇ ἀσχημοσύνῃ, καὶ ἐναντιότητος πρὸς τὰ πεπραγμένα σοι ἐν τῷ βίῳ, ὃς ἐξὸν ἀνδρικῶς ἐν τῇ Φθιώτιδι πολὺν χρόνον βασιλεύειν, ἐκὼν προεῖλου τὸν μετὰ δόξης ἀγαθῆς θάνατον. ΑΧΙΛ. ὦ παῖ Νέστορος, ἀπὸ τότε μὲν ἄπειρός εἰμι τῶν ἐνταῦθα ὤν, καὶ τὸ βέλτιον ἐκείνων ὁπότερον ἐῶ ἀγνοῶν, τὸ δυσλωβητότερον ἐκεῖνο δοξάσειν προτιμῶν τοῦ βίου. νῦν δὲ σαφῶς οἶδα, ὡς ἐκείνη μὲν ἀνωφελὴς, καὶ ὅ, τι μάταιος οἱ ἄνω ἐραστὴς ἐπῃνούμην· μετὰ νεκρῶν δὲ ὁμοτιμία, καὶ ἔστι τὸ μάταιον ἐκεῖνο, ὦ Ἀντίλοχε, ὅτι ἡ ἰσχὺς πάρεστιν, ἀπὸ δὲ εἴμεθα ἅπαντες ἐοικότες τῷ αὐτῷ ξόανον ὅμοιοι, καὶ κατ' ἐδὲν ἀπύλων διαφέροντες, καὶ ὅτι οἱ τῶν Τρώων νεκροὶ διὰ-

contemptorem acerrimum, in tam abiectam & humilem de seipso descendere opinionem, fœdum sanè atque pudendum inprimis. Deinde ijs, quæ in vita strenuè gesseris, equidem haud scio, quomodo ista conueniant. Nam dum in Phthio regnare tibi ad senectam vsque licuisset, citra gloriam tamen: tu glorioſam oppetere mortem maluisti, quàm potiri regno. ACHIL. *At, ô Nestoris fili, nondum etiam tũ feceram rerũ earum periculum, & qui cui præferrem ignorans, gloriolam hanc infelicem præponebam vitæ. Atqui serò iam tandem intelligo, quàm egerim imprudenter. Apud viuos enim reperies fortè, qui res benè gestas celebrent literarum monumentis: sed hîc apud manes non video, quàm frugiferum opus effecerim, vbi vnus est honos omnium. Sed neque vires iam adsunt corporis, Antiloche, aut forma. intercidêrunt omnia: pari rerum statu videntur omnia. nullum sapientiæ, aut alterius rei discrimen est. Adde quòd nulli iam ex Troianorum mortuis formi-*

δυδίασι μι, ὅτι οι τῶν Αχαιῶν θεραπεύσουσιν. ἰσηγορία δ' ἀκεῖθεν, καὶ νεκρὸς ὅμοιος, ἢ μὴ λακὸς ἦν καὶ ἰσθλός. ταῦτά μι ἀνίᾳ, καὶ ἄχθομαι, ὅτι μὴ θητεύω ζῶν. ΑΝΤ. ὅμως τί οὖν ἄρ' τις πάθοι, ὦ Ἀχιλλεῦ; ταῦτα γὰρ ἔδοξε τῇ φύσει, πάντως ἀφανίσαι ἅπαντας. ὥστε καὶ ἐμοὶ χαλεπὸν ὄντα νόμῳ, καὶ μὴ ἀνιᾶσθαι τοῖς διατεταγμένοις. ἄλλως τε ὁρᾷς τὴν ἑταίρων, ὅσοι περὶ σὲ ἐσμέν. οἱ δὲ, μετὰ μικρὸν δὲ καὶ Ὀδυσσεὺς ἀφίξεται πάντως. φέρει δὲ παραμυθίαν καὶ κοινωνία τοῦ πράγματος, καὶ τὸ μὴ μόνον αὐτὸν πεπονθέναι. ὁρᾷς τὸν Ἡρακλέα, καὶ τὸν Μελέαγρον, καὶ ἄλλους θαυμαστὰς ἄνδρας, οἳ οὐκ ἄν, εἰμὶ, δόξαιεν ἀνελθεῖν, εἴ τις αὐτοὺς ἀναπέμψειε θητεύσοντας ἀπλήστοις καὶ ἀβίοις ἀνθρώποις.

ΑΧΙΛ.

formidabilis ſum, nemini Græcorum venerãdus: prorſus omnium de mortuis par exiſtimatio eſt, ſiue boni fuerint, ſiue improbi. Hæc ſunt quæ me angunt, & miſerè ſolicitant, & ob quæ doleo, quòd non potiùs loco operas, & viuo. ANTIL. *At verò, Achilles, quid agat quiſpiam? quando ſic naturâ comparatum eſt, vt omnes prorſum cogantur ſemel vitam relinquere. quæ lex quum in vniuerſum iam obtinuit, nec abrogari vllo modo queat, patienter hanc feras oportet. Cæterùm aſpice nos, quotquot penes te ſumus: denique & Vlyſſes quoque poſt puſillũ aduenier: vnde ſolatum tibi meritò afferet ſocietas: id quod & alijs in rebus plerunque vſu venire ſolet. Non enim ſolus videris in hæc mala conjectus: en tibi Herculem, Meleagrum, & alios pleroſque, qui non parum multos in admirationem traxère: qui quidem (ni fallor) haudquaquam in vitam videntur redituri, ſi quis eos ad inopes & victu indigos mittat, vt illis pro mercede ſeruiant.*

Αχιλ. ἑταιρικὴ μὲν ἡ παραίνεσις. ἐμὶ δὲ οὐκ οἶδ' ὅπως ἡ μνήμη τῶν περὶ τὸν βίον ἀνιᾷ. οἶμαι δὲ καὶ ὑμῶν ἕκαστον. ἃ δὲ μὴ ὁμολογεῖτε, ταύτῃ χείρους ἐσὲ, διὰ τὴν συνήθειαν αὐτὸ πάσχοντες. Αν. ἄκ, ἀπ' ἀμείνους, ὦ Αχιλλεῦ. τὸ γὰρ ἀνωφελῶς ζημιοῦσθαι ὁρῶμεν. σιωπᾶν γὰρ, καὶ φέρειν καὶ ἀνέχεσθαι δίδοται ἡμῖν, μὴ καὶ γέλωτα ὀφλωμεν, ὥσπερ σὺ τοιαῦτα ἀνόητοι.

ACHIL. *Sociorum hæc quidem admonitio est: verùm haud scio quo pacto eorum quæ in vita aguntur, memoria impendiò me excruciat. Arbitror autem & vestrùm vnumquemque ita affici, etiam si non palàm confiteamini: nequiores sanè in eo, quòd tacitè huiusmodi per quietem toleratis.* ANTIL. *Non equidem Achilles, sed longè tibi præstamus: quippe qui intelligimus, quàm sit inutile de ijs rebus verba facere. Silere enim & æquo animo sustinere omnia quæ accidunt, datum nobis est: ne tibi affectu isto similes, ipsi quoque ridiculi omnibus meritò videamur.*

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

AEQVA omnibus moriendi conditio, & vt inquit Horatius lib. Carm. ode 28:

Omnes vna manet nox. lib. 2. ode 3.
Omnes eodem cogimur: omnium
Versatur vrna.— de Arte poët.
Debemus enim morti nos nostraque—.

Porrò quòd hic fuit in precio, fit illic nullo denique honore. Huc accedit illud Horatij ode 28:

Mista senum, ac iuuenum densentur funera: nullum
Sæua caput Proserpina fugit.

Dixit

pixit Proſerpinam nullius vnquam caput fugiſſe, quo minus illud more ſuo tonderet, aut ſaltem tondendum curaret. Exiſtimabant enim antiqui, eos qui morti eſſent proximi, à Proſerpina, mortis ac vitæ arbitra, primum tonderi, & his quaſi primitijs Orco initiari, nec aliter diem ſuum obire poſſe. Id autem ex Euripide, & Virgilio apertè cognoſcere licet. Virg. quidem Didonis difficulter morientis cauſam hanc adfert:

Nondum illi flauum Proſerpina vertice crinem
Abſtulerat, Stygioq́; caput damnauerat Orco.

Addit Poëta Irim Proſerpinæ officio fungi. Ac ſimiliter ait Statius initio 2. Syluarum de Glaucia iamiam perituro.

Iam complexa manu crinem tenet infera Iuno:

id eſt, Proſerpina. Apud Euripidem Θανάτος, ſiue mors introducitur Alceſtidis comam ſecans.

IOANNIS SAMBVCI ANNOTATIONES.

Aequalem omnium apud inferos eſſe conditionem, neminemq́; præferri mortalium: & de Achillis apud inferos puſillanimitate.

Ingentem quanquam Pelides Hectora vicit,
Martia cui ſemper prælia ludus erant.
Non tamen eſt melior timidis in Ditis auerno:
Nominis eſt illo gloria parua loco.

QVAE'NAM ſunt.] *Propoſitio per interrogationem* ἐλεγχτικὴ μετὰ παῤῥησίας Audiui enim.] *Ratio* αἰτιολογική. Quæ ſi rudis.] *Approbatio per comparationem.* Verùm ex Peleo.] αὐτοπρόσωπος ἀπὸ τοῦ ἀρίστου. Ex omni heroum numero.] *Exornatio* ἐπιθετικὴ καὶ ἔπαινος. At, ô Neſtoris fili.] ἀπόκρισις ὀδυρτική. Atqui ſeró.] αὐτοκατάκλισις. Apud viuos enim.] κατάκλισις τοῦ λόγου. Sed neque vires.] *Expoſitio huius ſententiæ.* Adde quod.] αἴτιον. Hæc ſunt.] *Concluſio querimoniæ.* At verò Achilles.] τὸ παραμύθιον. Quando ſic natura

comparatum eſt.] *A necessario.* Vt omnes cogantur.] *Ab exemplis æqualium.* Cæterùm aſpice nos.] παραίνεσις. Non enim ſolus.] *A communi malo.* En tibi Herculem.] *Gaudium eſt miseris ſocios habere pœnarum.* Sociorum hæc.] *Conceſſio.* Verùm haud ſcio.] *Correctio.* Arbitror autem.] ἀντιφρασις. Non equidem.] παύχησις. Silere enim.] *Fortis eſt σιωπᾶν, φέρειν & σώζεσθαι τὰ παρόντα.*

ΜΕΝΙΠΠΟΥ ΚΑΙ Ἑρμοῦ

MENIPPI ET Mercurij

Eraſmo Roterodamo interprete.

MENIPPVS.

Ποῦ δ' οἱ καλοί εἰσιν, ὦ καὶ καλαὶ, ὦ Ἑρμῆ; ξυνάγαγε γάρ μου μικτὰ πάντα ὄντα. Ερ. ὁρᾷς μὲν, ὦ Μένιππε. πλὴν κατ' ἐκεῖνα αὐτὸ ἀπόβλεψον, ὡς ἐπὶ τὰ λευκὰ, ἔνθα Υάκινθός τέ ἐστι, καὶ Νάρκισσος, καὶ Νιρεὺς, καὶ Ἀχιλλεὺς, καὶ Τυρὼ καὶ Ἑλένη καὶ Λήδα, καὶ ὅλως τὰ ἀρχαῖα κάλλη πάντα. Μεν. ὀστᾶ μόνον ὁρῶ, καὶ κρανία, τῶν σαρκῶν γυμνά, ὅμοια τὰ πολλά. Ερ. καὶ μὴν ἐκεῖνά ἐστιν, ἃ πάντες οἱ ποιηταὶ θαυμάζουσι τὰ ὀστᾶ, ὧν σὺ ἔοικας διαφρονεῖν.

AT[a] vbinam formoſi illi ſunt, ac formoſæ, Mercuri? ducito me, docetoque, vipote recèns huc profectum hoſpitem. MER. Haud mihi licet per ocium, Menippe: quin tu iſthuc ipſo è loco dextrorſum oculos deflecte. Illic & [b] Hyacinthus eſt, & Narciſſus ille, & Nireus, & Achilles, & Tyro, & Helena, & Leda: breuiter quicquid eſt veterum formarum. MEN. Equidem præter oſſa nihil video caluariasque carnibus renudatas, inter quæ omnia nihil ſit omnino diſcriminis. MER. Atqui hæc ſunt quæ poëtæ cuncti mirantur ac celebrant, oſſa ſcilicet quæ tu videris contẽnere.

MEN.

Μὲ. ὅμως τὴν Ἑλένην μοι δεῖξον, εἰ γὰρ ἄρ' ἀγνοεῖν ἔοικε. Ερ. τουτὶ τὸ κρανίον ἡ Ἑλένη ἐστίν; Μεν. ἔτα σὺ χιλίαις νηυσὶ δι' αὐτὸ ἐπληρώθησαν ἐξ ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος, καὶ τοσοῦτοι ἐπέσον Ἕλληνές τε καὶ βάρβαροι, καὶ τοσαῦται πόλεις ἀνάστατοι γεγόνασιν; Ερ. ἀπ' ὀπὴς ἔδυς, ὦ Μένιππε, ζῶσαν τὴν γυναῖκα. ἔφυς γὰρ ἄρα καὶ σὺ ἀνυμέναιος ἂν, τὴν δ' ἀμφὶ γάμοις, πολὺν χρόνον ἄλγεα πάσχειν ἐπεὶ καὶ τὰ ἄνθη ξηρὰ ὄντα, εἴ τις βλέποι ἀποβεβληκότα τὴν βαφὴν, ἄμορφα δὴ λοιπὸν ἂν δόξειε. ὅτι μέν τοι ἀνθεῖ, καὶ ἔχει τὴν χροιὰν, καλὰ δοκεῖ. Μεν. ἀκούω σοῦ, ὦ Ἑρμῆ, θαυμάζω, εἰ μὴ σωίσασαν οἱ Ἀχαιοὶ περὶ πράγματος ὑπολιγοχρονίου, καὶ ἐφθίου ἀπανθοῦντος, πονοῦντες.

Ερ. ἀσχολία μοι, ὦ Μένιππε, συμφιλοσοφεῖν σοι. ὡς τι ἐπιλεξάμενος τόπον, ἔνθα ἂν ἐθέλῃς, κεῖσο καταβαλὼν σεαυτόν· ἐγὼ δὲ τοὺς ἄλλους νεκροὺς ἤδη μεταλούσομαι.

ΜΕΝ. *At Helenam saltem mihi commonstra: nam ipse quidem haud queam dignoscere.* ΜΕΡ. *Hæc videlicet caluaria, Helena est.* ΜΕΝ. *Et huius scilicet ossis gratia mille naues ex vniuersa Græcia acto delectu sunt impletæ, tantaq; tũ Græcorũ tum Barbarorum multitudo conflixit, tot vrbes sunt euersæ.* ΜΕΡ. *Cæterũm, Menippe, non vidisti mulierẽ hãc viuã: qđ si fecisses, forsan diceres tu quoq; vitio dãdum nõ esse*

Pro tali muliere diu tolerare labores.

Alioqui si quis flores etiã are factos marcidosq; cõtẽpleꝛ, postea quã coloris decus abiecerint deformes nimirum videãtur: at ijdẽ donec florent, colorẽq; obtinẽt, sunt speciosissimi. ΜΕ. *Proinde illud iã demiror, Mercuri, si Græci nõ intellexerũt sese pro re vsq; adeò momẽtanea, quæq; tam facilè emarcescere, elaborare.* ΜΕΡ. *Haud mihi vacat tecũ philosophari, quare delecto loco vbicunq; velis, prosterne tẽmet ac recumbe: mihi iam aliæ sunt traducendæ vmbræ.*

GILBER-

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

a VBI NAM formoſi ſunt.] *Forma bonum fragile eſt, & fugaciſſimum: nam cito pede labitur, & velut roſa æreſcens perit.* *b* Hyacinthi.] *Hyacinthi fabula eſt in Dialogo Mercurij & Apollinis.*

IOANNIS SAMBVCI ANNOTATIONES.

Irridet formoſos: quorum eximia pulchritudo ac ſpecies poſt mortem nulla eſt.

Forma nihil prodeſt, folijs leuiorq; caducis:
Perdidit hæc multos, millęve damna dedit.
Hanc etiam propter ceciderunt mœnia Troiæ:
Ob formam vt placeant deſine velle tuam.

VBI NAM formoſi.] ἐρώτησις ἀφ' ἑαυτῶν καλῶν: ἢ ἀξίωσις. Quin tu iſthuc.] ἀφόρμησις. Illic &.] ἀπόλυσις. Atqui hæc ſunt.] *Irriſio.*

Forma bonum fragile eſt: quantumq; accedit ad annos,
Fit minor, & ſpacio carpitur ipſa ſuo.

Et huius ſcilicet.] *Obiectio.* Cæterúm.] ὁμοίωσις. Proinde illud demiror.] θαύμασις παρασιωπητική. Haud mihi vacat.] *Præciſione concludit.*

ΜΕΝΙΠΠΟΥ ΚΑΙ Χείρωνος. — MENIPPI ET Chironis.

Eraſmo Roterodamo interprete.

MENIPPVS.

ΗΚουσα, ὦ Χείρων, ὡς θεὸς ὤν, ἐπιθυμήσαντος ἀποθανεῖν. Χε. ἀληθῆ ταῦτ' ἤκουσας, ὦ Μένιππε; EQuidem inaudiui a Chiron, te, deus quum eſſes, tamen optaſſe mortem. CHIRON. *Vera nimirum ſunt iſta quæ audiuiſti Menippe;*

πε. καὶ τέθνηκα, ὡς ὁρᾷς, ἀθάνατος ἂν δυνάμενος. Μέν. τίς δέ σε ἵμερος τοῦ θανάτου ἔσχεν, ἀνδράσου ζῆν ποθοῦσι καὶ δεδοικόσι; Χείρ. ἐρῶ πρὸς σὲ οὐκ ἀσαφῶς ὄντα. οὐκ ὤμην ἔτι ἡδὺ ἀπολαύειν τῆς ἀθανασίας. Μέν. οὐχ ἡδὺ ὤμην, ζῶντα ὁρᾶν τὸ φῶς; Χείρ. οὐκ, ὦ Μένιππε. τὸ γὰρ ἡδὺ ἴσως ποικίλον τι, καὶ οὐχ ἁπλοῦν ἡγοῦμαι εἶναι. ἐγὼ δὲ ζῶν ἀεὶ, καὶ ἀπολαύων τῶν ὁμοίων, ἡλίου, φωτὸς, τροφῆς αἷ ὧραι δὲ αἱ αὐταὶ, καὶ τὰ γιγνόμενα ἅπαντα, ἑξῆς ἕκαστον, ὥσπερ ἀκολουθοῦντα, θάτερον θατέρῳ. ἐνεπλήσθην γοῦν αὐτῶν. ἐγὼ γὰρ ἐν ᾧ αὐ ᾧ ἀεί, ἀπὸ καὶ ἐν ᾧ μεταχεῖν ὅλως, τὸ τερπνὸν ὤμην. Μέν. εὖ λέγεις, ὦ Χείρων. τὰ ἐν Ἅιδου δὲ πῶς φέρει, ἀφ' οὗ πεπλόμενος αὐτὰ ἧκεις; Χείρ.

pe: planéque mortuus sum, sicuti vides, quum mihi licuerit immortalem esse. MEN. At quaenam te mortis cupido tenebat, rei videlicet quā vulgus hominum horreat: CHIR. Dicam apud te, virum neutiquam stultum atque imperitum. Iam mihi desierat esse iucundum, immortalitate frui. MEN. Quid? an iniucundum erat te viuere, lucemque tueri? CHIR. Erat inquam, Menippe. nam quod iucundum vocant, id ego neutiquam simplex, sed varium quiddam esse arbitror. Verùm quum ego semper viuerem, atque ijsdem perpetuò rebus viterer, sole, luce, cibo, tum horae eaedem recurrerent, reliqua item omnia quaecunque contingunt in vita reciproco quodam orbe redirent, atque alijs alia per vices succederent: [b] satietas videlicet eorum me cœpit. Neque enim in eo voluptas est sita si perpetuò fruaris ijsdem, sed omnino in permutando posita est. MENIPPVS. Probè loqueris, Chiron: cæterùm haec quae apud inferos agitur vita, quinam tibi procedit, posteaquam ad hanc tanquam ad potiorem te contuliſti? CHIR.

Χέ. οὐκ ἀηδῶς, ὦ Μῴππε, ἡ γὰρ ἰσοτιμία, πάνυ δημοτικὸν, καὶ τὸ πρᾶγμα οὐδὲν ἔχει τὸ διάφορον, ἐν φωτὶ εἶναι, ἢ ἐν σκότῳ. ἄλλως τε οὐδὲ διψῆν, ὥσπερ ἄνω, οὔτε πεινῆν δεῖ, ἀλλ' ἀνεπιδεεῖς τούτων ἁπάντων ἐσμέν. Μέ. ὅρα, ὦ Χείρων, μὴ πιεπίπλης σεαυτῷ, καὶ ἐς τὸ αὐτό σοι ὁ λόγος περιεχῇ. Χέ. πῶς τοῦτο φῄς. Μῴ. ὅτι εἰ τῶν ἐν τῷ βίῳ τὸ ὅμοιον ἀεὶ, καὶ ταὐτὸν ἐγγίνοιτό σοι προσκορὲς, καὶ ἐνταῦθα ὅμοια ὄντα, προσκορῆ ὁμοίως ἂν γένοιο, καὶ δεήσει μεταβολῆς γε ζητῆσαί τινος καὶ ἐντεῦθεν ἐς ἄλλον βίον, ὅπερ οἶμαι ἀδύνατον. Χέ. τί οὖν ἂν πάθοι τις, ὦ Μῴππε; Μέ. ὅπερ οἶμαι, καὶ φασὶ, σωφρονοῦντα ὄντα ἀρίστου καὶ ἀγαπᾶν τοῖς παροῦσι, καὶ μηδὲν αὐτῶν ἀφόρητον οἴεσθαι.

CHIR. *Haud insuauiter, Menippe: siquidem æqualitas ipsa quiddam habet admodum populare. Nihil autem interest, vtrum in luce quis agat, an in tenebris: præterea neque sitiendum est nobis, quemadmodum apud superos, neque esuriendum, sed eiusmodi rerum omnium egentia vacamus.* MEN. *Vide Chiron ne temet ipse inuoluas, néve eôdem tibi recidat oratio.* CHIR. *Quamobrem isthuc ais?* MEN. *Nempe si illud tibi fastidio fuit, quòd in vita semper ijsdem similibusq; rebus vtendum erat: quum hic itidem similia sint omnia, eundem admodum parient fastidium, ac deintegrò tibi quærenda erit vitæ commutatio, atque hinc quópiam aliam in vitam demigrãdum: id quod* c *arbitror fieri non posse.* CHIR. *Quid igitur faciundum, Menippe?* MEN. *Illud nimirum, vti sapiens quum sis, quemadmodum opinor, & vulgò prædicant,* d *præsentibus rebus sis contentus, boniq; consulas quod ad est: neque quicquam in his esse putes, quod ferri non queat.*

GILBER-

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

ARGVMENTVM.

HVius Menippi & Chironis facetissimi Dialogi argumentum & Chiron interrogatus à Menippo, quamobrem, cùm ei immortali esse liceret, mori maluerit, respondet, perpetuum rerum tenorem & similia omnia suo tempore vicissim recurrentia vitæ satietatem sibi peperisse. Eadem sunt omnia semper, inquit, Lucret. lib. 3. Altera pars Dialogi est præsentibus esse acquiescendum, iuxta illud τὸ παρὸν δεῖ ποιεῖν siue δεῖ πρᾶξαι: *id est*, Quod adest, æqui bonique facere oportet, quo vtitur Plato in Gorgia. Ne nos alienarum rerum cupiditate macieremus, inquit Erasmus noster, sed quæcunque contigit, sors eam velut optimam amplectamur. Magna enim felicitatis pars est, vt sua cuique fortuna placeat.

a CHIRON.] *Chiron Centaurus, Saturni & Phylliræ filius, dimidia sui parte equus, reliqua homo. Fabulantur enim poëtæ, Saturnum, cùm Phylliram Oceani filiam adamaret, eiusque frueretur concubitu, Opis vxoris interuentu turbatum, subitò in equum se conuertisse: Phylliram autem ex eo grauidam effectam, foetum peperisse, cuius anterior pars hominem, posterior equum referret, eumq; Chironem nominasse. qui vbi primùm adoleuit, in syluas se contulit, ibiq; herbarum vires edoctus, in præstantissimum medicum euasit. Senex tandem effectus, (senem enim Theocritus in Thalysia dixit) atque vitæ longioris pertæsus, à superis impetrauit, vt immortalitatem, (vtroque enim parente immortali natus erat) sibi morte liceret commutare.* *b* Satietas.] *Aristoteles 2. Rhetoricarum præceptionum lib. scribit, quod semper idem statui perpetuique habitus, parit satietatem: varietatemque & vicissitudinem iucundam esse. Fit enim, inquit iuxta naturam transmutatio. Vnde illud dictum est, vicissitudo rerum omnium iucunda. Id quod repetit lib. Moralium Eudem. 7. Euripide,*

Euripides in Oreste, μεταβολὴ πάντων γλυκὺ: id est, *Mutátio iucunda rerum est omnium. Eôdem alluſit Virg. in Palæmone:*

Alternis dictis, amant alterna Camœnæ.

Mimus: Nil iucundum, niſi quod commendat varietas. Item: *Bonarum rerum conſuetudo peßima eſt. Ea rerum natura, inquit Eraſmus noſter, eiuſmodi ſenſus humani faſtidium, vt nihil eſſe poßit tam ſuaue, quod non abeat in nauſeam, ſi paulò diutiùs vtare: nihil tam egregium, quod idem diu placere poſſit. Iuuenalis:*

—voluptates commendat rarior vſus.

Terent. in Eunucho:

Tædet harum quotidianarum formarum.

In Phormione:

At enim tædet audire eam millies.

Cic. ad Atticum lib. 2: Prorſus vitæ tædet, ita ſunt omnia omnium miſeriarum pleniſſima. Varietas, inquit Eraſmus, tantam in omni re vim habet, vt commendatione nouitatis interdum & peßima pro optimis placeant. c Arbitror fieri non poſſe.] *Sibylla apud Maronem, ad inferos viam Aeneæ non negat quidem, ſed deterret à difficultate ridus, quam componit cùm deſcenſus facilitate: obliquè notans temerarium Perithoi & Theſei conatum, qui ab inferis redire non valuerunt. Nam ab inferis reditus via, vt anguſta, ità infrequens eſt, & rarum videt viatorem, vt quoque noſter Lucianus in Diogenis & Alexandri dialogo ſcripſit: neque enim fas eſt reuerti quenquam, qui ſemel paludem tranſmiſerit,* &c. d Præſentibus rebus ſis contentus.] *Menippus hic nos cum Chirone admonet, vt quemcunque ſtatum ſors dederit, in eo lætè tranquilleq; viuamus. iuxta illud* ἐπὶ τοῖς παροῦσι τὸν βίον διάγειν, *Quæ præſtò ſint, in hiſce vitam nectito.*

IOAN-

IOANNIS SAMBVCI ANNOTATIONES.

Exosus Chiron præsentis munera vitæ,
Tetras exoptat posse videre domos.
Esse isthic etiam fastidia multa docetur:
Vtere præsenti non meliora sciens.

EQVIDEM inaudiui.] ἀφήγησις ψιλή. Vera ista.] *Assseueratio.* Atquæ'nam te.] *Inuestigatio causæ.* Dicam apud te] ὑπόχεσις. Iam mihi desierat.] διήγησις. Quid?an iniucundum.] *Interpellatio.* Erat inquam.] *Ratio primæ sententiæ.* Verùm cùm ego.] *Continuat narrationem commemorando ea quæ fastidium satietatemq; viuendi adferre solent.* Neque enim in eo.] *Ratio ex loco communi.* Cæterùm hæc.] *Secunda interrogatio.* Haud insuauiter.] *Responsio & ratio.* Siquidem æqualitas.] *Occupatio.* Vide Chiron.] *Hortatio.* Nempe.] *Ratio à minori.* At de integro.] *Consilium eius quod fieri non potest.* Quid igitur.] *Petit aliud consilium.* Præsentibus sis contentus.] γνώμη ἀποτρεπτική.

ΜΕΝΙΠΠΟΥ ΚΑΙ ΦΙ. λωνίδου, ἢ Νεκυομαντία.

MENIPPVS, SEV Necyomantia.

Thoma Moro interprete.

ARGVMENTVM.

VIdetur hoc Dialogo Lucianus illud maximè commendatum voluisse, quod in fine Menippus ait à Tiresia in aurem sibi dictum fuisse, priuatorum videlicet hominum vitam optimam atq; tutissimam esse: quod idem Græci noto illo prouerbio dictitant, τῷ λαθὶ βιώσας. Nam diuitias, potentiam, gloriam, & cętera quę mundus appetit, vana omnia & incerta esse: pręcipuè autem diuitum atque magnorum hominum vt vitam ipsam periculosam, & pompis solennibus, item tragicis quoque fabulis similem esse, ita miseros plerunque sortiri exitus. quod eo decreto videtur intelligere vel-

le, quod apud inferos contra diuites factum fuisse dicit, quo & corpora illorum supplicijs destinantur, & animi in asinos migrare iubentur: quod & ipsum nimirum eam significationem habet, quòd diuitum animi plerunque inertes, & omnis doctrinæ expertes esse soleant. Inscribitur autem Necyomantia: quasi dicas, ab inferis seu mortuis petitum responsum. quo vel maximè appareret eum Dialogi scopum habendum esse, qui responso isto Tiresiæ proponitur. Semper enim ex titulis alter nobiliorem dialogi personam, alter argumenti quasi quandam ὕλην indicat, Platonico more, quem maximè in hoc Lucianus imitatus est. Constat autem perpetua quadam narratione, qua & causam & modum sui ad inferos descensus, & præterea occasionem qua edictum illud de diuitibus audierit, commemorat. In hac præcipui quidem loci sunt & maximè illustres, de incerta doctrina Philosophorum, de Magorum superstitione & potestate, de inferorum locis, supplicijs, & æqualitate: & postrema illa collatio vitæ humanæ cum pompa solenni, & cũ fabulis Tragicorum. Occasio & exordium dialogi ab habitu & percunctatione Menippi sumuntur.

MENIPPVS, PHILONIDES.

MENIPPVS.

Χαῖρε μέλαθρον, πρόπυλά θ' ἑστίας ἐμῆς, ὡς ἄσμενός σ' ἐσεῖδον, ἐς φάος μολών. Φι. ἆ Μένιππος οὗτός ἐστιν, ὁ κύων; ἢ μανῶ ἄρα, ἢ μὴ ἐγὼ παραβλέπω Μενίππους ὅλους. τί δ' ὠφῶ βούλεται τὸ ἁλικόπολον τὸ σχῆμα; πῖλος καὶ λύρα,

Alue atriũ, domusq; vestibulum meæ. Vt te lubens aspicio, luci redditus. PHI. *Nũnam hic Menippus est, canis ille? Nõ hercle alius, nisi ego fortè ad Menippos omneis hallucinor. At quid sibi vult habit9 hui9 insolẽtia? clauа, lyra,*

λύρα, καὶ λεοντῆς πρόσιτέον δ' ὅμως αὐτῷ. χαῖρε, ὦ Μένιππε. καὶ πόθεν ἡμῖν ἀφῖξαι; πολλὰ γὰρ χρόνον οὐ πέφηνας ἐν τῇ πόλει. Με. Ἥκω νεκρῶν κομιθμῶνα, καὶ σκότου τύλας Λιπὼν, ἵν' Ἅιδης χωρὶς ὤκισται θεῶν. Φι. Ἡράκλεις, ἐλελίθα Μένιππον ἡμᾶς ἀποθανὼν, καὶτ' ἐξ ὑπαρχῆς ἀναβιβιῶσκει; Με. οὐκ, ἀπ' ἔτ' ἔμπνουν Ἅιδης μ' ἐδέξατο. Φι. τίς δ' ἡ ἀτία σοι τῆς καινῆς ἢ παραδόξου ταύτης ἀφορμίας; Με. νεότης μ' ἐπῆρε, καὶ θράσος τὸ νεῶν πλέον. Φι. παῦσαι μανίαν πραγῳδῶν, καὶ λέγε διότι σοι ἁπλῶς, καταβὰς ἀφ' ἱαμβείων. τίς ἡ σολή; τί σοι κάτω πορείας ἐδείκνυ; ἄπλως γὰρ οὐκ ἡδέά τις, οὐδὲ ἀσπάσιος ὁδός. Με. ὦ φιλότης, χαίρω μὲ κατάγαγε εἰς Ἅιδαο, ψυχὴ χρησόμενον Θηβαίου Τειρεσίαο. Φι. οὕτως, ἀπ' ἠπαραπαίεις. οὐ γὰρ ἂν ἄλλως ἐμέτρεις ἐρραψῳδεῖς

lyra, leonis exuuiæ? Adeundus tamē est. Salue, Menippe. Vnde nobis aduenisti? diu est quòd in vrbe te non vidimus. MEN. *Adsum reuersus mortuorum è latibulis,*

Fortibusq; tristium tenebrarum nigris:

Manes vbi inferi manent superis procul.

PHI. *O Hercules: clam nobis Menippus vita functus est, reuixitq; denuò?* MEN. *Non, sed me adhuc viuum recepit tartarus.*

PHIL. *Quænam causa tibi fuit nouæ huius atque incredibilis viæ?* MEN.

Iuuenta me incitauit, atque audacia,

Quàm pro iuuenta, haud paululùm impotentior.

PHI *Siste, ô beate tragica, & ab Iambis descendens, sic potius simpliciter eloquere, quænam hæc vestis? quæ causa tibi itineris inferni fuit, quum alioqui neq; iucunda, neq; delectabilis sit via?* MEN.

Res dilecte grauis me infernas egit ad vmbras,

Consulerem manes vt vatis Tiresiai.

PHIL. *Atqui deliras: alioqui non hoc pacto caneres*

πρὸς ἄνδρας φίλους. Μέ. μὴ θαυμάσῃς, ὦ ἑταῖρε, νεωστὶ γὰρ Εὐριπίδῃ καὶ Ὁμήρῳ συγγενόμενος, οὐκ οἶδ' ὅπως ἀνεπλήσθην τῶν ἐπῶν, καὶ αὐτόματά μοι τὰ μέτρα ἐπὶ τὸ στόμα ἔρχεται. ἀτὰρ ἐπί μοι πῶς τὰ ὑπὲρ γῆς ἔχει, καὶ τί ποιοῦσιν ἐν τῇ πόλει; Φι. καινὸν οὐδέν, ἀλλ' οἷα καὶ πρὸ τοῦ, ἁρπάζουσιν, ἐπιορκοῦσι, τοκογλυφοῦσιν, ὀβολοστατοῦσιν. Μέν. ἄθλιοι, καὶ λιμοδαίμονες. οὐ γὰρ ἴσασιν, οἷα ἐναγχος κεκήρυκται παρὰ τοῖς κάτω, καὶ οἷα κεχειροτόνηται τὰ ψηφίσματα καθ' ὑμῶν τῶν πλουσίων, ἃ μὰ τὸν Κέρβερον, οὐδεμίᾳ μηχανῇ τοῦ διαφυγεῖν αὐτούς. Φι. τί φής; δέδοκταί τι νεώτερον τοῖς κάτω περὶ τῶν ἐνθάδε; Μέ. νὴ Δία καὶ πολλά, ἀλλ' ὁ θεμις ἐπενεγκεῖν αὐτὰ πρὸς ἅπαντας, οὐ δὲ τὰ ἀπόῤῥητα ἐξαγορεύειν, μὴ καί τις ἡμᾶς γράψηται γραφὴν ἀσεβείας ἐπὶ τοῦ Ῥαδαμάνθυος. Φι. μηδαμῶς, ὦ Μένιππε, πρὸς τοῦ Διὸς,

apud amicos consarcinatis versibus. MEN. Ne mireris, amice, nuper enim cum Euripide atque Homero versatus, nescio quo pacto versibus sic impletus sum, vt numeri mihi in os sua sponte confluant. Verùm dic mihi quo pacto res humanæ hic se habent in terris? & quidnam in vrbe agitur. PHIL. Nihil noui: sed quemadmodum prius actitabant, rapiunt, peierant, fœnerantur, vsuras colligunt. MEN. [a] O miseri, atq; infelices. Nesciunt enim qualia de nostris rebus nuper apud inferos decreta sunt, qualesque forte iacti sunt in diuites istos calculi, quos per Cerberum nullo pacto poterunt effugere. PHIL. Quid ais? Nouine aliquid apud inferos nostris de rebus decretum est? MEN. Per Ioue, & quidem multa: verùm prodere non licet, neq; arcana quæ sunt reuelare, ne quis forte nos apud Rhadamanthũ impietatis accuset. PHIL. Nequaquã, Menippe, per Ioue: ne amico sermone hunc inuideas.

Nam

μὴ φθονήσῃς τ λόγων φίλῳ ἀνδρί. πῶς γὰρ ἀδότα σιωπᾷν ἐρεῖς, τάτ' ἄμα, καὶ πῶς μεμνημένον. Με. χαλεπὸν μὲν ἐπιτάττεις τὸ πίταγμα, καὶ οὐ πάντη ἀσφαλὲς, πλὴν ἀμὰ σῦ γε ἕνεκα ζημιτέον. ἔδοξε δὴ, τοὺς πλουσίους τούτους, καὶ πολυχρημάτους, καὶ τὸ χρυσίον καττάκλειστον ὥσπερ τὴν Δανάλω φυλάττουσας. Φι. μὴ πρότερον εἴπῃς, ὦ γαθὲ, τὰ δὲ δογμένα, πρὶν ἐκεῖνα διελθεῖν, ἃ μάλιστ' ἂν κδέως ἀκούσαμί σου. ἤτις αἰτία σοι τῆς καθόδου ἐγένετο; τίς δ' ὁ τ πορείας ἡγεμὼν; εἶθ' ἑξῆς, ἅτε εἰδὼς, ἅτε ἤκουσας παρ' αὐτοῖς. ἀνὸς γὰρ δὴ, φιλόκαλον ὄντα σὲ, μηδὲν τῶν ἀξίων θέας ἢ ἀκοῆς παραλιπεῖν. Μέν. πουργικτέον καὶ ταῦτά σοι. τί γὰρ ἄν καὶ πάθοι τις, ὁπότε φίλῳ ἀνὴρ βιάζοιτο; καὶ δὴ πρῶτά σοί δίδωμι τὴν γνώμην τὴν ἐμὴν, καὶ ὅθεν ὡρμήθην πρὸς τὴν καττάβασιν. ἐγὼ γὰρ ἄχρι μὲν ἐμπαισίων ἦν, ἀκούων Ὁμήρου τε καὶ Ησιόδου, πολέμους τε καὶ στάσεις διηγουμένων,

Nam apud hominem tacendi gnarum, & initiatũ præterea sacris, edisseres. Me. *Dura profectò iubes, & neutiquam tuta: verùm tui gratia tamen audendum est. Decretum est ergo, diuites istos ac pecuniosos aurũ tanquam Danaën seruãtes abstrusum.* Phi. *Ne prius, ô beate, quæ sunt decreta dixeris, quàm ea percurras omnia quæ abte audire libentissimè velim: quæ videlicet descensus causa fuerit, quis itineris dux: deinde ex ordine & quæ illic videris, & quæ audieris omnia. Verisimile est enim te, quum res pulchras videndi curiosus sis, eorum quæ visu aut auditu digna videbantur, nihil omnino prætermisisse.* Me. *Parendum etiam in his tibi est. Nam quid facias vrgente amico?* [b] *Ac primùm sanè tibi expediam quæ res animũ meum ad hũc descensum impulerit. Ego igitur quum adhuc puer essem,* [c] *audireq; Homerũ atq; Hesiodum seditiones ac bella canentes, non semideorum modò,*

οὐ μόνον τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν ἤδη τῶν θεῶν, ἔτι δὲ καὶ μοιχείας αὐτῶν, καὶ βίας καὶ ἁρπαγὰς καὶ δίκας, καὶ πατέρων ἐξελάσεις, καὶ ἀδελφῶν γάμους, πάντα ταῦτα ἡγούμην εἶναι καλὰ, καὶ οὐ παρέργως ἐκείνοις ἐσπούδαζον. ἐπεὶ δὲ εἰς ἄνδρας τελεῖν ἠρξάμην, πάλιν αὖ ἐνταῦθα ἤκουον τῶν νόμων, τἀναντία τοῖς ποιηταῖς κελευόντων, μήτε μοιχεύειν, μήτε στασιάζειν, μήτε ἁρπάζειν. ἐν μεγάλῃ οὖν καθειστήκειν ἀμφιβολίᾳ, οὐκ εἰδὼς ὅ, τι χρησαίμην ἐμαυτῷ. οὔτε γὰρ τοὺς θεοὺς ἄν ποτε ἡγοίμην μοιχεύσαι, καὶ στασιάσαι πρὸς ἀλλήλους, εἰ μὴ ὡς περὶ καλῶν τούτων ἐνόμισαν· οὔτ' ἄν τοὺς νομοθέτας τἀναντία τούτοις παραινεῖν, εἰ μὴ λυσιτελεῖν ὑπελάμβανον. ἐπεὶ δὲ διηπόρουν, ἔδοξέ μοι ἐλθόντα παρὰ τοὺς καλουμένους τούτους φιλοσόφους, ἐγχειρίσαι τι ἐμαυτὸν, καὶ δι' αὐτῶν χρῆσθαί μοι ὅ, τι βούλοιντο, καί τινα ὁδὸν

sed ipsorum etiam deorum adulteria quoque, violentias, rapinas, supplicia, patrum expulsiones, & fratrum & sororum nuptias: haec mehercle omnia bona pulchraq; putabam, & studiosè erga ea afficiebar. Postquam verò in virilem iam ætatem peruenirem, hic leges rursus iubentes audio poëtis apprimè contraria: neque videlicet adulteria committere, neque seditiones mouere, neque rapinas exercere. Hic igitur hæsitabundus cõstiti, incertus omnino quo me pacto gererem. Neque enim deos vnquam putaui mœchaturos, aut seditiones inuicem fuisse moturos, nisi de his rebus perinde ac bonis iudicassent. Neque rursus legumlatores his aduersa iussuros, nisi id conducere existimarent. Quoniam igitur in dubio eram, visum est mihi philosophos istos adire, atque his me in manus dedere, rogareq; vti me vtcunque liberet vterentur,

vitaq;

λὸν ἁπλῶ καὶ βεβαίαν ὑπο-
δεῖξαι τοῦ βίου. ταῦτα μὲν
δὴ φρονῶν, προσῆμεν αὐτοῖς.
ἐλελήθειμεν δ' ἐμαυτὸν εἰς αὐ-
τό, φασι, τὸ πῦρ ἐκ τοῦ κα-
πνοῦ βιαζόμενον. παρὰ γὰρ
δὴ τούτοις μάλιστα εὕρισκον
ἐφισκοπῶν τὴν ἄγνοιαν, καὶ
τὴν ἀπορίαν πλέονα. ὥστε
μοι τάχιστα χρυσοῦν ἀπέδει-
ξαν οὗτοι τὸν τῶν ἰδιωτῶν
βίον, ἀμέλει ὁ μὲν αὐτῶν
παρήνει τὸ πᾶν ἥδεσθαι, καὶ
μόνον τοῦτο ἐκ παντὸς με-
τιέναι, τοῦτο γὰρ εἶναι τὸ εὖ-
δαιμον. ὁ δέ τις ἔμπαλιν,
πονεῖν τὰ πάντα, καὶ μοχθεῖν,
καὶ τὸ σῶμα καταναγκάζειν,
ὑπνῶντα καὶ ἀχμῶντα. καὶ
πᾶσι δισαρεστοῦντα, καὶ λοι-
δορούμενον, σιωπῆς ἐπιῤῥα-
ψῳδῶν τὰ πάνδημα ἐκεῖνα
τοῦ Ησιόδου περὶ ἀρετῆς ἔ-
πη, καὶ τὸν ἱδρῶτα, καὶ τὴν ἐ-
πὶ τὸ ἄκρον ἀνάβασιν. ἄλ-
λον δὲ καταφρονεῖν χρημάτων
παρεκελεύετο, καὶ ἀδιάφορον
οἴεσθαι τὴν κτῆσιν αὐτῶν.
ἄλλος δέ τις αὖ πάλιν, ἀγαθὸν
εἶναι

vitæq; viam aliquam ſimplicem ac certam oſtenderent. Hæc igitur mecum reputans, adeos venio, imprudens profectò, [d] quòd me ex fumo (vt aiunt) in flammam conïcerem. Apud enim hos maximè diligenter obſeruans, ſummam reperi ignorantiam, omniaque magis incerta, adeò vt præ his illicò mihi vel idiotarum vita iam aurea videretur. [e] Alius etenim ſoli me iuſsit voluptati ſtudere, atque ad eum ſcopum vniuerſum vitæ curſum dirigere: in eo ipſam ſitam eſſe felicitatem. Alius rurſus omnino laborare corpusque ſui, vigiliis ac ſqualore ſubigere, miſerè ſemper affectum, contumeliisque obnoxium aſsiduè, Heſiodi ſedulò inculcans celebria illa de virtute carmina, & ſudorem videlicet, & accliuem in verticem montis aſcenſum. Alius contemnere iubet pecunias, earumq; poſſeſſionem indifferentem putare. Alius contrà bonas ipſas

εἶναι καὶ τὸν πλοῦτον αὐτὸν ἀπεφαίνετο. περὶ μὲν γὰρ τοῦ κόσμου τί χρὴ καὶ λέγειν; ὃς γε ἰδέας καὶ ἀσώματα, καὶ ἄτομους καὶ κενὰ, καὶ διστόν τινα ὄχλον ὀνομάτων ὅσημέραι παρ' αὐτοῦ ἤκουον ἐναντίων, καὶ τὸ πάντων ἀνοητότατον ἀποφαίνετο; ὅτι περὶ τῶν ἐναντιωτάτων ἕκαστος αὐτῶν λέγων, σφόδρα νικῶντας καὶ πιθανοὺς λόγους ἐποιεῖτο, ὥστε μήτε τῷ θερμὸν τὸ αὐτὸ πρᾶγμα λέγοντι, μήτε τῷ ψυχρὸν, ἀντιλέγειν ἔχειν· καὶ ταῦτα, ἀδύτα σαφῶς ὡς οὐκ ἄν ποτε θερμόν τι εἴη καὶ ψυχρὸν ἐν ταυτῷ χρόνῳ. ἀτεχνῶς δὲ ἔπασχον τοῖς μυσάττουσι τὰ τοιαῦτα ὅμοιον, ἄρτι μὲν ἐπινεύων, ἄρτι δὲ ἀνανεύων ἔμπαλιν. ἔτι δὲ πολλῷ τούτου ἀνιαρότερον, τὰς γὰρ αὐτὰς τούτους εὕρισκον ἐπιλήσμονας, ἐναντιώτατα τοῖς αὐτῶν λόγοις ἐπιτηδεύοντας. τὸν γοῦν καταφρονεῖν πανταχοῦ μάλιστα, εἶδον ἀπὸ ξ

etiam diuitias esse pronunciat. De mundo verò quid dicam? de quo ideas, incorporeas substantias, atomos, & inane, ac talem quandam pugnantium inuicem nominum turbam indies audiebam: & quod absurdorum omnium maximè fuit absurdum, de contrarijs vnusquisque quum diceret, inuincibiles admodum rationes ac persuasibiles afferebat: vt nec ei qui calidum, nec ei qui frigidum idem prorsus esse contenderent, contrà quicquam hisce re potuerim: atque id, quum tamen manifestè cognoscerem, fieri nunquam posse vt eadem res calida simul frigidaque sit. Prorsum igitur tale quiddam mihi accidebat, quale solet dormitantibus, vt interdum capite annuerem, interdum contrà abnuerem. Præterea quod multò erat istis absurdius, vitam eorum diligenter obseruans, comperi eam cum ipsorum verbis præceptisq; summopere pugnare. Eos enim quispernendam censebant pecuniam, auidissimè conspexi colli-

ἁπρίξ ἐχομένους αὐτῶν, καὶ περὶ τόκων διαφερομένους, καὶ ἐπὶ μισθῷ παιδεύοντας, καὶ πάντα ἕνεκα τούτων ὑπομένοντας. τὰς τε πρὸ δόξαν ἀποβαλλομένους, αὐτῆς ἕνεκα πάντα ἐπιτηδεύοντας, ἰδιωτῶν τε αὖ σχεδὸν ἅπαντας διὰ τυχορροῦντας, ἰδίᾳ δὲ μόνῃ ταύτῃ προσηρτημένους. σφαλεὶς οὖν καὶ ταύτης τῆς ἐλπίδος, ἔτι μᾶλλον ἐδυσχέραινον, πρῖμα παραμυθούμενός μαυτὸν, ὅτι μετὰ πολλῶν, καὶ σοφῶν, καὶ σφόδρα ἐπὶ συνέσει διαβεβοημένων ἀνόητός τε εἰμι, καὶ τἀληθὲς ἔτι ἀγνοῶν περιέρχομαι, διὰ μοι πολὺ διαγρυπνοῦντι τούτων ἕνεκα, ἔδοξέ τις Βαβυλῶνα ἐλθόντα, διατριβῆς τινος τῶν μάγων τῶν Ζωροάστρου μαθητῶν, καὶ διαδόχων. ἤκουον δ' αὐτὸς ἐπῳδάς τε καὶ τελετὰς τισιν ἀνοίγειν τε τοὺς Ἅιδου πύλας, καὶ διάγειν ὅν ἂν βούλωνται ἀσφαλῶς, καὶ ἐπίσω αὖθις ἀναπέμπειν. ἄκουσον

xi colligendis diuitijs inhiare, de fœnore litigantes, pro mercede docentes: omnia denique nummorum gratia tolerantes. Ii verò qui gloriam verbis aſpernabantur, omnem vitæ ſuæ rationem in gloriam referebant. Voluptatem rurſus omnes fermè palàm inceſſebant, clanculùm verò ad eam ſolam libenter confluebant. Ergo hac quoque ſpe fruſtratus, magis adhuc ægrè moleſtéque tuli. Aliquantulum tamen inde memet conſolabar, quòd vnà cum multis & ſapientibus & celeberrimis viris ipſe inſipiénsque eſſem, atq; verè adhuc ignarus oberrarem. f Peruigilanti mihi tandem, atq; hiſce de rebus mecũ cogitanti, venit in mentem, vt Babylonem profectus, magorũ aliquem ex Zoroaſtri diſcipulis ac ſucceſſoribus conuenirem. Audieram ſiquidem eos inferni portas carnib. quibuſdam ac myſterijs aperire, & quem libuerit, illuc tutò deducere, ac rurſus inde reducere.

ἄριστον οὖν ἡγέμην ἂν ποιεῖν παρά τινος τούτων διαπραξάμενος τὴν κατάβασιν, ἐλθοῦσα παρὰ Τειρεσίαν τὸν Βοιώτιον, μαθεῖν παρ' αὐτῆς, ὅστις μάντεως καὶ σοφοῦ, τίς ἄρα ὁ ἄριστος βίος, καὶ ὃν ἅπαντες ἕλοιντο, εἰ φρονοῖεν. καὶ δὴ ἀναπηδήσας, ὡς εἶχον τάχους, ἔτεινον εὐθὺ Βαβυλῶνος. ἐλθὼν δὲ συγγίνομαί τινι τῶν Χαλδαίων σοφῷ ἀνδρὶ, καὶ θαυμασίῳ τὴν τέχνην, πολιῷ μὲν τὴν κόμην, γένειον δὲ μάλα εὐμενὲς κεκαρμένῳ, τὄνομα δὲ ἦν αὐτῷ Μιθροβαρζάνης. ἀνηθεὶς δὲ καὶ κατοικτίσας, μόλις ἔτυχον παρ' αὐτοῦ, ἐφ' ὅτῳ βούλοιτο μισθῷ καθηγήσασθαί μοι τῆς ὁδοῦ. παραλαβὼν δέ με ὁ ἀνὴρ, πρῶτα μὲν ἡμέρας ἐννέα καὶ εἴκοσιν ἅμα τῇ σελήνῃ ἀρξάμενος, ἦλθε, κατάγων ἐπὶ τὸν Εὐφράτην, ἕωθεν πρὸς ἀνατέλλοντα τὸν ἥλιον, ῥῆσίν τινα μακρὰν ἐπιλέγων, ἣς οὐ σφόδρα κατήκουον. ὥσπερ γὰρ οἱ φαῦλοι

Optimè ergo me facturum putaui, si cum horum quopiã de descensu paciscẽs [h]Tiresiam Bœotium consulerẽ, ab eoq́ perdiscerem (quippe qui vates fuerit & sapiens) quæ vita sit optima, quámque sapientissimus quisque potissimùm elegerit. Ac statim quidem exiliens quàm poteram celerrimé Babylonem versus rectà contendi. Quò quum venio, diuersor apud Chaldæorum quendã hominem certè sapientem, atque artẽ mirabilem, comaquidem canum, admodúmque promissa barba venerabilem. Nomen autem illi fuit Mithrobarzanes. Orans igitur obsecransq́ vix exoraui, vt quauis mercede vellet, in illam me viam deduceret. Ac tandem homo me suscipiens, primùm quidem dies nouem ac viginti cùm Luna simul incipiens abluit ad Euphratem, manè Solem orientem versus perducens, ac sermonem quempiam longum musitans, quẽ nõ admodum exaudiebam. Nam (quod in certamine

λοι τῶν ἐν ζοῖς ἀγῶσι κηρύκων, ἐπίπροχόν τι καὶ ἀσφαλὲς ἐφθέγγετο. πολλὰ δὲ ἐπ' ἐώχετό τινας ἐπικαλεῖσθαι δαίμονας. μετὰ γοῦν τὴν ἐπῳδὴν, πρὶς ἄν μου πρὸς τὸ πρόσωπον ἀπτλύσας, ἐπανίει πάλιν, ὐδίνα τῶν ἀπαντώντων προσβλέπων. καὶ σιτία μὲν ἡμῖν, τὰ ἀπρόδρυα. ποτὸν δὲ, γάλα, καὶ μελίκρατον, καὶ τὸ ζοῦ Χοάσπου ὕδωρ. ὐννὴ δὲ ἐπάθειρ ἐπὶ τῆς πόας. ἐπεὶ δὲ ἄλις ἔχει τῆς παρασκευῆς, περὶ μέσας νύκτας, ἐπὶ τὸν Τίγριτα ποταμὸν ἀγαγὼν, ἐκάθηρε μὲ, καὶ ἀπέμαξε, καὶ περιήγνισε δαδὶ καὶ σκίλλῃ, καὶ ἄλλοις πλείοσιν, ἅμα καὶ πρὸς ἐπῳδῇ ἐκείνῃ ὑποβυθορύζας. ἔπτα ὅλον με καθαμαγεύσας, καὶ περιελθὼν, ἵνα μὴ βλαπτοίμην ὑπὸ τῶν φαντασμάτων, ἐπανάγει ἐς τὴν οἰκίαν, ὡς ἔχον, ἀναποδίζοντα. καὶ τὸ λοιπὸν, ἀμφὶ πλῶν ἔχομεν. αὐτὸς μὲν οὖν μαγικήν τιν'

certamine præcones inepti solent) volubile quiddam atque incertum proferebat, nisi quòd quosdam visus est inuocare dæmones. Post illam igitur incantationem ter mihi in vultum spuens, deducit rursus, oculos nusquam in obuium quemquam deflectens. Et cibus quidem nobis glandes erant, potus autem lac atque mulsum, & Choaspi lympha. lectus verò in herba sub dio fuit. Ac postquam iam præparati satis hac diæta sumus, medio noctis silentio ad Tigridem me fluuium ducens, purgauit simul, atque absterst, i facéque lustrauit ac squilla, tum pluribus itidem alijs: & magicum simul illud carmen submurmurans, deinde totum me iam incantans, ac ne à spectris læderer, circumiens, reducit domum, ita vt eram, reciprocantem. Ac reliqua noctis parte nauigationi nos præparauimus. Ipse igitur magicam quandam

τιν' ἐσθῆτα ποικίλην, τὰ πολλὰ ὁμοιωθέντα τῇ Μηδικῇ. ἐμὲ δὲ τοιούτοις φίρων, ἐνισκιάσας τῷ πίλῳ, καὶ τῇ λεοντῇ, καὶ πρὸς ἔτι τῇ λύρᾳ. καὶ παρεκελεύσατο, εἰ τίς με ἐρωτᾷ τὸ ὄνομα, Μένιππον μὲν μὴ λέγειν, Ἡρακλέα δέ, ἢ Ὀδυσσέα, ἢ Ὀρφέα. Φιλ. ὡς δὴ τί ταῦτα, ὦ Μένιππε; ὁ γὰρ σαφέστατα τὴν αἰτίαν ὅτι τὸ σχῆμα, ὅτι τῶν ὀνομάτων. Μεν. καὶ μὴν πρόδηλόν γε τοῦτο, καὶ ὁ πανταπασιν ἀπόρρητον. ἐπεὶ γὰρ οὗτοι πρὸ ἡμῶν ἐξῆλθον, εἰς Ἅιδου καταπεπλεύκασιν, ἐνόμιζε, ἐμοὶ ἀπεικάσας αὐτοῖς, ῥᾳδίως ἂν τὸν τοῦ Αἰακοῦ φρουρὸν λαθεῖν, καὶ ἀκωλύτως παρελθεῖν, ἅτε σαφεστέρου, πραγματικῶς μάλα παραπεμπόμενον ὑπὸ τοῦ σχήματος. ἤδη δὲ σαφὴς ὑπέφαινεν ἡμέρα, καὶ κατελθόντες ἐπὶ τὸν ποταμὸν, περὶ ἀναγωγὴν ἐγινόμεθα. παρεσκεύαστο δὴ αὐτοῖς καὶ σκάφος, καὶ ἱερεῖα, καὶ μελίκρατα καὶ ἄλλα ὅσα πρὸς τὴν τελετὴν χρήσιμα. ἐμβαλόμενοι οὖν ἅπαντα

quandam veſtem induit, Medorum veſti vt plurimùm ſimilem: ac me quidem his, quæ vides ornauit, claua videlicet, ac leonis exuuijs, atque inſuper lyra. Iuſſit prætereà vt nomen ſi quis me roget, Menippum quidem ne dicerem, ſed Herculem, Vlyſſem, aut Orpheum. PHIL. Quid ita, ô Menippe? neque enim cauſam aut habitus, aut nominis intelligo. MEN. Atqui perſpicuum id quidem eſt, ac neutiquam arcanum. Nam hi qui ante nos ad inferos olim viui deſcenderant, putauit ſi me his aſſimilaret, fore vt facilius Aeaci cuſtodiam fallerem, atque nullo prohibente tranſirem, vtpotè notior tragico admodum illo cultu emiſſus. Iam igitur dies apparuit, quum nos ad flumen ingreſſi, in receſſum incumbimus. Parata ſiquidem ab illo fuerant, cymba, ſacrificia, mulſa, & in id myſterium denique quicunque opus erant. Hæc poſtquam ergo quæ prompta

ἅπαντα τὰ παρεσκευασμένα, ἔτω δὴ κἀὐτοὶ βαίνομεν ἀχνύμενοι, θαλερὸν δακρυ χέοντες. καὶ μέχρι μέν τινος ἐπιφερόμεθα ἐν ὄχεσι, ἔπειτα δ' ἐσπλεύσαντες εἰς τὸ ἕλος, καὶ τῷ πλοίῳ εἰς ὃν ὁ Εὐφράτης ἀφανίζεται. παραπεμφθέντες δὲ καὶ τούτῳ, ἀφικνούμεθα εἰς τι χωρίον ἔρημον, καὶ ὑλῶδες καὶ ἀνήλιον, εἰς ὃ ἀπέβαινον (ἡγεῖτο γὰρ ὁ Μιθροβαρζάνης) βόθρον τε ὀρυξάμενοι, καὶ τὰ μῆλα ἐσφάξαμεν, καὶ τὸ αἷμα περὶ τὸν βόθρον ἐσπείσαμεν. ὁ δὲ μάγος ἐν δεξιᾷ μὲν ἔτω δᾷδα λαμπομένην ἔχων, ὑπερμεγάλῃ δὲ τῇ φωνῇ, παμμίγερι δή, ὡς οἷός τε ἦν, ἀνακραγὼν, δαίμονάς τε ὁμοῦ πάντας ἐπεβοᾶτο, καὶ Ποινὰς, καὶ Ἐρινύας, καὶ νυχίαν Ἑκάτην, καὶ ἀπειλὴν Περσεφόνειαν, παραμιγνὺς ἅμα βαρβαρικά τινα καὶ ἄσημα ὀνόματα, καὶ πολυσύλλαβα. ὡς δὲ πάντα ἐκεῖνα ἐσαλεύετο, καὶ ἀπὸ τῆς ἐπῳδῆς τὸ δᾷδιον ἀνερρήγνυτο. καὶ ἡ ὑλακὴ τοῦ Κερβέρου πόρρωθεν ἠκούετο, καὶ τὸ πρᾶγμα ἤδη κάτοφθον

ptacerant, impoſuimus, tum nos quoque

Ingredimur triſtes lacrymisq́ implemur obortis.

Atq́ aliquantiſper quidem in fluuio ferimur: deinde in ſyluam delati ſumus, ac lacum quendam, in quẽ Euphrates conditur. Tum hoc quoque tranſmiſſo, in regionẽ quandam peruenimus ſolam, ſyluoſam, atq́ opacam: in quam deſcendentes) præibat enim Mithrobarzanes) & puteũ effodimus, & oues iugulamus, & foueã ſanguine conſpergimus. At magus interim accenſam facem tenẽs, haud ampliùs iam ſummiſſo murmure, ſed voce quàm poterat maxima clamitans, dæmones ſimul omnes conuocat, Pœnas, Erinnyes,[k] Hecatem nocturnam, excelſamq́ Proſerpinam: ſimulq́ polyſyllaba quædã nomina barbara, atq́ ignota commiſcet. Statim ergo tremere omnia, & rimas ex carmine ſolùm ducere, ac porrò Cerberi latratus audiri: & iam res planè triſtis ac

mœſta

κάτηφες ἦν, καὶ σκυθρωπόν. Ἐδεδίεσαν δ' ὑπὲρ τῶν ἄνακτα Ἀϊδωνεύς. Καταφανὴς γὰρ ἤδη τὰ πλῆσα, καὶ ἡ λίμνη, καὶ ὁ Πυριφλεγέθων, καὶ τὰ Πλούτωνος τὰ βασίλεια. Καταθόμενοι δ' ὅμως διὰ τὸ χάσμα, τὸ μὴ Ῥαδάμανθυν ἐνόμῳ, τεθνεῶτα μικρῷ δεῖν ὑπὸ τοῦ δέους. ὁ δὲ Κέρβερος ὑλάκησε μὲν οἱ, καὶ παρεκίνησε ταχὺ δὲ μου κρούσαντος τὴν λύραν, παραχρῆμα ἐκοιμήθη ὑπὸ τοῦ μέλους. ἐπεὶ δὲ πρὸς τὴν λίμνην ἤλθομεν, μικρᾶς μὲν ἐδεήθημεν. ἦν γὰρ ἤδη πλήρης τὸ πορθμεῖον, καὶ οἰμωγῆς ἀνάπλεον. φαντασίαι δὲ πάντων ἐπέπλεον, ὁ μὲν τὸ σκέλος, ὁ δὲ τὴν κεφαλήν, ὁ δ' ἄλλο τι οὐντετριμμένος, ἐμοὶ δοκεῖν ἔκ τινος πολέμου παρόντος. ὅμως δὲ οἶδ' ὁ βέλτιστος Χάρων, ὡς εἶδε τὴν λεοντῆν, οἰηθείς με τὸν Ἡρακλέα εἶναι, ἐσεδέξατό με, καὶ διεπόρθμευσέ τε ἄσμενος, καὶ ἀφθάσι διεσήμαινε τὴν ἀπαπόν. ἐπεὶ δὲ ἐξήμεν ἐν τῷ σκότῳ, προῆει μὲν ὁ Μίθρο-

mœsta fuit, Vmbrarum at timuit rex imis sedibus Orcus. Ac protinus quidem inferorũ patebant plerasq; lacus Pyriphlegethon, ac Plutonis regia. Tum per illum descendẽtes hiatũ, Rhadamanthum propemodum metu reperimus extinctum. Ac Cerberus primùm quidem latrabat, commouitq; sese: at quum ego lyram celerrimè correptã pulsassem, cantu statim sopitus obdormit. deinde posteaquam ad lacum venimus, tranare ferè nõ licuit. Iam enim onustum erat nauigium, & eiulatu certè plenũ. Vulnerati quippe in eo nauigabant omnes, hic femur, ille caput, alius alio quopiam membro luxatus: vsqueadeò, vt mihi certè ex bello quopiam adesse viderentur. At optimus Charon quum leonis videret exuuias, esse me ratus Herculem, recepit, tránsque vexit libens: tum exeuntibus quoque nobis monstrauit semitam. Sed quoniam iam eramus in tenebris, præcedit quidem Mithro-

Μιθροβαρζάνης, ἐπόμενος δὲ ἐγὼ διατόπιν ἐχόμην αὐτῷ, ἕως πρὸς λειμῶνά τινα μέγιστον ἀφικνούμεθα, ἔνθα ἀσφοδέλῳ διαπέφυκεν. ἔνθα δὴ περιπέτονται ἡμᾶς τριζοῦσαι τῶν νεκρῶν σκιαί. κατ' ὀλίγον δὲ προϊόντες, παρεγγυώμεθα πρὸς τὸ τοῦ Μίνω δικαστήριον. ἐτύγχανε δὲ ὁ μὲν ἐπί θρόνου τινὸς ὑψηλοῦ καθήμενος, παρειστήκεσαν δὲ αὐτῷ Ποιναὶ καὶ Ἀλάστορες, καὶ Ἐρινύες. ἐτέρωθεν δὲ προσήκοντο πολλοί τινες ἁλυσεσι μακραῖς δεδεμένοι, ἐλέγοντο δὲ εἶναι μοιχοὶ καὶ πορνοβοσκοί, καὶ τελῶναι καὶ λόλακες καὶ συκοφάνται, καὶ τοιοῦτος ὅμιλος τῶν πάντα λυκώντων ἐν τῷ βίῳ. χωρὶς δέ τι οἱ πλούσιοι καὶ τοκογλύφοι προσήεσαν, ὠχροὶ καὶ προγάστορες καὶ ποδαγροί, ἕλκος ἕκαστος αὐτῶν, καὶ λόρακα ἑκατάλαντον ἐπικείμενος. ἐφεστῶτες οὖν ἡμεῖς, ἑωρῶμέν τι τὰ γιγνόμενα, καὶ ἠκούομεν τῶν ἀπολογουμένων. διατηγόρων δὲ αὐτῶν διαπρὸ τινων

Mithrobarzanes, ego autem à tergo continuus illi comes adhæreo, quoad in pratum quoddam venimus maximum, [l] asphodelo consitum, vbi circunfusæ vndique mortuorum stridulæ nos sequuntur vmbræ. Tum paulò procedentes longiùs, ad ipsum Minois tribunal accessimus. Erat ipse quidem in solio fortè quodam sublimi sedens: astabant autem illi Pœnæ, Tortores, mali Genij, Furiæ. Ex altera parte plurimi quidam adducti sunt ex ordine, longa fune vincti. dicebantur autem adulteri, lenones, mœchi, homicidæ, adulatores, sycophantæ, ac talis hominum turba quiduis in vita patrantium. Seorsum autem diuites ac fœneratores prodibāt, pallidi, ventricosi, ac podagrici, quorum quisque trabe vinctus erat, ferri ponderis duorum talentorum impositio. Nos igitur astantes, & quæ fiunt omnia conspicimus, & quæ dicuntur auscultamus. [m] Accusant aūt noui quidam

τινὸν ἢ παράδοξοι ῥήτορες. ΦΙΛ. τίνες οὗτοι, πρὸς Διός; μὴ γὰρ ὀνόματος καὶ τοῦτό σε ἀπέχει. ΜΕΝΙΠ. οἶσθά που τοὺς τοὺς τὰς πρὸς τὸν ἥλιον ἀντιλουμένας σκιὰς ἀπὸ τῶν σωμάτων; ΦΙΛ. πάνυ μὲν οὖν. ΜΕΝΙΠ. αὗται τοίνυν, ἐπειδὰν ἀποθάνωμεν, κατηγοροῦσί τε καὶ καταμαρτυροῦσι, καὶ διηγοῦνται τὰ πεπραγμένα ἡμῖν παρὰ τὸν βίον. καὶ σφόδρα τινὲς αὐτῶν ἀξιόπιστοι δοκοῦσιν, ἅτε ἀεὶ συνοῦσαι, καὶ μηδέποτε ἀφιστάμεναι τῶν σωμάτων. ὁ δὲ δὴ Μίνως ἐπιμελῶς ἐξετάζων, ἀπέπεμπεν ἕκαστον εἰς τὸν ἀσεβῶν χῶρον, δίκην ὑφέξοντα κατ' ἀξίαν τῆς τόλμης. καὶ μάλιστα ἐκείνων ἔπλεω, τῶν ἐπὶ πλούτοις τε καὶ ἀρχαῖς τετυφωμένων, καὶ μονονουχὶ καὶ προσκυνεῖσθαι προσδοκώντων, πολύ τε ὀλιγοχρόνιον ἀπολαύσαντας αὐτῶν, καὶ τὴν ὑπεροψίαν μυσαττόμενος, καὶ ὅτι μὲν ἐμέμνηντο θνητοί τε ὄντες αὐτοί, καὶ θνητῶν ἀγαθῶν τετυχηκότες.

quidam atque admirabiles rhetores. PHIL. Quinam ergo hi per Iouem sunt? Ac ne isthuc quidem te pigeat dicere. MENIP. Vmbrásne vnquam istas nosti, quas opposita Soli reddunt corpora? PHIL. Quid ni? MENIP. Hæ nos igitur quum primùm functi vita sumus, accusant, testantur, atque redarguunt quicquid in vita peccauimus. Et sanè quædam ex his dignæ admodum fide videntur, vtpotè nobiscum versatæ semper, nostrisq; nusquam digressæ corporibus. Minos igitur curiosè quemlibet examinans, impiorum relegabat in cœtum, pœnas ibi scelerib[illegible]us suis dignas luiturum. In hos præcipuè tamen incenditur, quos opes, dum viuerent, ac dignitates inflauerant, quiq; adorari sese ferè expectabant: nimirum breui [n] perituram eorum superbiam, fastúmque detestatus, quippe qui non meminissent, mortales ipsi quum sint, sese bona quoque mortalia consequutos.

At

οἱ δ' ἀφαλυσάμενοι τὰ λαμπρὰ ἐκεῖνα πάντα, πλοῦτους λέγω καὶ γένη καὶ δυναστείας, γυμνοὶ κατὼ νεφαυκότες παρεσήκεσαν, ὥσπερ τινα ὄνειρον ἀναπιμπαζόμενοι τὴν παρ' ἡμῖν εὐδαιμονίαν. ὥστε ἔγωγε ταῦθ' ὁρῶν ὑπερήχαιρον· καὶ εἴ τινα γνωείσαιμι αὐτῶν, προσιὼν ἂν ἡσυχῇ πως, ὑπεμίμνησκον. οἱ δ' ὧν παρὰ τὸν βίον, καὶ ἡλίκον ἐφύσατο, ὠίκα πομποὶ μὲν ἔωθεν ἐπὶ τῶν πυλώνων παρεσήκεσαν, τὴν πρόοδον αὐτῦ περιμένοντες, ὠθούμενοί τε, καὶ ἀφικλεόμενοι πρὸς τὸ οἰκεῖν. ὁ δὲ μόλις ἄν ποτε ἀνατείλας αὐτοῖς, πορφυρῆς τις, περίχρυσος ἢ διαποίκιλος, εὐδαίμονας ὥητο καὶ μακαρίους ἀφαίνειν τοὺς προσιόντας, ἢν τὸ σῶθ' ἢ τὴν δεξίαν προτείνων, δόη καταφιλεῖν. ἐκεῖνοι μὲν δὴ ὧν ὠιῶν ἀκούοντες. ὡς δὲ Μίνωι μία τις καὶ πρὸς χάριν ἐδικάσθη δίκη. τὸν γὰρ τοι Σικελιώτην Διονύσιον, πολλὰ καὶ ἀνόσια ὑπό τε Δίωνος κατηγορηθέντα, καὶ

At nunc ſplendida illa exuti omnia, diuitias inquam, genus, munia, nudi ac vultu demiſſo ſteterunt, tanquam ſomnium quoddam humanam hanc felicitatem recogitantes: adeò vt hæc dum conſpicarer, nimiùm quàm delectatus fuerim. Et ſi quem eorum fortè agnoueram, acceſſi, atque in aurem ſi lenier admonui qualis in vita fuerat, quantopere fuerat inflatus tum, quum plurimi mane fores eius obſidentes; pulſi interim excluſiſq; à famulis, illius expectabant egreſſum: at ipſe vix tandem illis exoriens puniceus, aureus, aut verſicolor, felices ac beatos ſe facturum ſalutantes putabat, ſi pectus dextrámve porrigens permitteret oſculandam. Illi verò audientes iſta, moleſtè ferebant. At Minos quiddam etiam iudicauit in gratiam. quippe ᵒ*Dionyſiũ Siciliæ tyrannum multis & atrocibus criminibus, & à Dione accuſatum,*

καὶ ὑπὸ τοῦ σοφοῦ Διογμαρτυρηθέντα, παρελθὼν Ἀρίστιππος ὁ Κυρηναῖος (ἄγνοοι δ' αὐτὸν ἐν τιμῇ, καὶ δοκιμώτατα μέγιστον ἐν ζοῖς κάτω) μικρὸν δεῖν τῆ Χιμαίρᾳ προσδεθέντα, παρέλυσε τῆς Διαβολῆς, λέγων ποσοῖς αὐτῶν τῶν παιδευομένων πρὸς ἀργύριον χρῆσθαι δεῖν ξιόν. ἀφεσάντος δ' ὅμως τοῦ δικαστηρίου, πρὸς τὸ διοπτεῖον ἀφικνούμεθα. ἔνθα δὴ, ὦ φίλε, πολλὰ καὶ ἐλεεινὰ μὲν ἀκοῦσαί τε καὶ ἰδεῖν. μαστίγων τε γὰρ ἅμα ψόφος ἠκούετο, καὶ στεναγμοὶ τῶν ἐπὶ τοῖς πυρὸς ὀπλομένων, καὶ συρίγματα καὶ λύσσαι καὶ προχοαί. καὶ ἡ Χίμαιρα ἐσπάρασε, καὶ ὁ Κέρβερος ἐλάκησε. ἐκολάζοντό τε ἅμα πάντες, βασιλεῖς, δῆλοι, σατράπαι, πένητες, πλούσιοι, πλούσιοι, καὶ μετεμέλετο πᾶσι τῶν τε πολυμένων. ἐνίους δὲ αὐτῶν καὶ ἐγνωρίζομεν ἰδόντες, ὁπόσοι ἦσαν· τῶν ἔναγχος τελευτηκότων. οἱ δὲ ἐνεκαλύπτοντο, καὶ ἀπεστρέφοντο. εἴ ποι καὶ πεσοβλέποιεν, μάλα δυσκατα-

& graui Stoicorum teſtimonio conuictum Cyrenæus Ariſtippus interueniēs (nam illum valde ſuſpiciunt inferi, eiusque plurimùm ibi valet auctoritas) fermè iam Chimæræ alligatum, abſoluit à pœna, aſſerens illum eruditorum nonnullos olim iuuiſſe pecunia. Tum nos à tribunali diſcedentes, ad ſupplicij locum peruenimus: vbi, ô amice, & multa & miſeranda audire, ſimul ac ſpectare licuit. Nam ſimul & flagrorum ſonus auditur, & eiulatus hominum in igne flagrantium tum rota, & tormenta, catenæ: Cerberus lacerat, & Chimæra dilaniat, cruciantúrq; pariter omnes, captiui, reges, præfecti, pauperes, mendici, diuites: & iam ſcelerum omnes pœnitebat. Et quoſdam quidem eorum dum intuemur, agnouimus videlicet qui nuper è vita deceſſerant. At hi ſe pudentes tum occulebant, nóſtroq; ſubitrahebant aſpectui: aut ſi nos aliquando reſpiciebāt,

id ſcē-

πεσ

πῆς τι καὶ λολακευτικόν· καὶ ταῦτα, πῶς οἴει, βαρεῖς ὄντες, καὶ ὑπερόπλαι παρὰ τὸν βίον. Τοῖς μὲν οὖν πένησιν ἡμιτέλεια τῶν κακῶν ἐδόκει, καὶ ἀναπαυόμενοι πάλιν ἐκολάζοντο. καὶ μὴν καὶ κἀκεῖνα ἔφθασαν τὰ μυθώδη τὸν Ἠξίονα, καὶ τὸν Σίσυφον, καὶ τὸν Φρύγα Τάνταλον χαλεπῶς ἔχοντα. καὶ τὸν γηγενῆ Τιτυὸν, Ἡράκλεες ὅσον ὦ, ἐπεὶ γὰρ τόπον ἐπέχων ἄρδην. διελθόντες δὲ καὶ τούτους, ἐς τὸ ἡμίθειον ἐβαδίσαμεν, τὸ Ἀχερούσιον. ἐνειστήκεσαν γοῦν, αὐτόθι τοὺς ἡμιθέους τε καὶ τὰς ἡρωίνας, καὶ τῶν ἄλλων ὁμιλον τῶν ἡρώων, κατὰ ἔθνη καὶ φῦλα διῃρημένους, τοὺς μὲν παλαιούς τινας, καὶ ἐρρωτιῶντας, ἢ ὡς φησὶν Ὅμηρος, ἀμενηνούς, τοὺς δὲ νεαλεῖς, καὶ σωφρονοῦντας, καὶ μάλιστα τοὺς Αἰγυπτίων αὐτούς, διὰ τὸ πολυαρκὲς τῆς γαυλείας. τὸ μὲν οὖν δυσχινώτερον ἕκαστον, ἐπάνω ἦν ῥᾴδιον. ἅπαντες γὰρ ἀτυχῶς ἀπήλλοις γίνονται ὅμοιοι, τῶν ὀστῶν γεγυμνωμένων,

id ſeruiliter admodum abiecteq; faciebant. atq; hi quidem quàm olim putas onero ſi faſtuoſique in vita? At paulatim malorum dimidium remittebatur, & quum interquieuiſſent, denuò repetebantur ad pœnam. Sed illa quoque quæ fabulis feruntur, aſpexi, Ixionem, Siſyphum, Phrygiumq; grauiter affectum Tantalum: genitumq; terra Tityum, dij boni, quantum? Integrum ſtratus agrum occupabat, Hos tandem prætereuntes, in campum venimus Acheruſium, vbi ſemideos heroidasque reperimus: atque aliam ſimul mortuorum turbam in gentes tribúsque diſpoſitam, alios quidem veiulos quoſdam ac marcidos, atque (vt Homerus ait) euanidos, alios verò iuueniles & integros, & hoc potiſſimùm ob illam condiendi efficaciam Aegyptios. Verùm dignoſcere quemlibet haud procliue fuit: adeò mutatis oſſibus omnes erant inuicem ſimillimi;

πλὴν μόγις καὶ ἀπὸ πολλοῦ ἀναβιωρδύντου αὐτὸς ἐγινώσκομεν ἕκαστος δ' ἐπ' ἀλλήλοις ἀμαυροὶ καὶ ἄσημοι, καὶ ὀλίγον ἔτι τῶν παρ' ἡμῖν καλῶν φυλάττοντες ἀμύδρα πολλῶν ἐν ταὐτῷ σκελετῶν λειψάνων. καὶ πάντων ὁμοίων, φοβερόν τι καὶ διάκενον ἀνδρικότων, καὶ γυμνὸς τὸς ὀδόντας προφαινόντων. ἠπόρουν πρὸς ἐμαυτὸν, ᾧ τινι διακείναιμι τὸν θρασίτιον ἀπὸ τοῦ καλοῦ Νηρέως, ἢ τὸν μειράκιον ἀπὸ τοῦ Φαιάκων βασιλέως, ἢ Πυρρίαν τὸν μάγειρον ἀπὸ τοῦ Ἀγαμέμνονος. ὀλίγα γὰρ ἔτι τῶν παλαιῶν γνωρισμάτων αὐτοῖς παρέμενεν, ἀπ' ὁμοίας τὰς ὁσᾶν ἄδηλα καὶ ἀνεπίγραφα, καὶ οὐδ' ὀδόντες ἔτι διακείνυσθαι λευκότεροι. ὅτι γάρτοι ἐκεῖνα ὁρῶντι, ἐδόκει μοι ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος πομπῇ τινι μακρᾷ προσοικοῦσα, χορηγεῖν δὲ καὶ διατάττειν ἕκαστα ἡ τύχη, διάφορα καὶ ποικίλα τοῖς πομπεύουσι σχήματα προσάπτουσα. τὸν μὲν γὰρ λαὸν ἃ ἡ

nisi quod vix tandem eos diu intẽdentes agnouimꝰ. Quippe conferti cõsidebant obscuri atque ignobiles, nullaq; sumq; seruantes ampliùs pristinæ formæ vestigium. Cùm igitur multi simul ossei consisterent, mutuem omnino similes, qui terrificum quiddam per cauos oculorum orbes trànspicerent, dentesq; nudos ostenderent, hæsitabam certè mecum, quónam signo Therſitem à Nireo illo formoso discernerem, aut mendicum Irum à Phæacum rege, aut Pyrrhiam coquum ab Agamemnone: quippe quibus iam nihil veteris permansit indicij, sed ossa fuerunt inter se similia, incognobilia, nullis inscripta titulis, nulliq; vnquam dignoscenda. Hæc igitur spectanti mihi, persimilis hominum vita pompæ cuipiam longæ videbatur, cui præsit ac disponat quæque Fortuna, ex his qui pompam agunt, diuersos variosq; cuiq; habitus accommodans. Alium siquidem

Fortuna

καὶ ἡ τύχη, βασιλικῶς διασκεύασι, τιάραν τε ἐπιθεῖσα, καὶ δορυφόρους παραδοῦσα, καὶ τῷ διαλιθῷ στέψασα τὴν δεδλώματι. ὃν δὲ οἰκέτου σχῆμα περιέθηκε. τὸν δέ τινα καλὸν εἶναι ἐκόσμησε· τὸν δὲ ἄμορφον καὶ γελοῖον παρεσκεύασε. παντοδαπῶν γὰρ οἶμαι δεῖν γενέσθαι τὴν θέαν. πομπάκις δὲ δὴ μέσης τῆς πομπῆς μετέβαλε τὰ ἐνίων σχήματα, ἀναπεσοῦσι τὴν δεσποτικὴν ἀποπεμπύσασα, ὡς ἐτάχθησαν. ἀλλὰ μεταμφίσασα τὸν μὲν Κροῖσον, ἠνάγκασε τῷ τοῦ οἰκέτου καὶ ἀχμαλώτου σκευῇ ἀναλαβεῖν. τὸν δὲ Μαίανδριον, τινος ἐν δοῦλοις οἰκέταις πομπεύοντα, τῷ Πολυκράτους τυραννίδα μετφδύσι καὶ μέχρι μιᾶς τινος εἴασε χρῆσθαι τῷ σχήματι· ἐπειδὰν δ' ὁ τῆς πομπῆς καιρὸς παρέλθῃ, πάντα ἕκαστα ἀρχαῖς τῷ σκευῇ, καὶ ἀρχαιοπρεπῆ τὸ σχῆμα μετὰ τοῦ σώματος, ὥσπερ ἦν πρὸ τοῦ, γίγνεται. μηδὲν τοῦ πλησίον διαφέρων. νιοὶ δ' ὑπ' ἀγνωμοσύνης,

Fortuna deligens, regijs ornat insignibus, & tiaram imponens, & satellites addens, & caput diademate coronans. Alium serui rursus ornatum induit: hunc formosum effigiat, hunc deformem atque deridiculum fingit. nam omnigenum, vt opinor, debet esse spectaculū. Quin habitus quorundam plerunque in media quoque pompa demutat. neque perpetuò eodem sinit ordine cuiuſq; progredi quo prodierant, sed ornatu commutato Crœsum quidem cogit serui captiui q; vestes induere: Mæandrium autem olim inter seruos incedentem, Polycratis vicissim ornat tyrannide: & aliquantisper quidem eo cultu permittit vti. verùm vbi iam pompæ tempus præteriit, apparatum quisque restituens, & cum corpore simul exutus amictu, qualis antè fuit, effcitur, nihilo à vicino differens. Quidam tamen ob insciti

ἐπαθλᾶν ἀπαιτῇ τὸν λόαμον ἐπισᾶσα ἡ τύχη, ἄχθονταί τε, καὶ ἀγανακτοῦσιν, ὥσπερ οἰκείων τινῶν στερισκόμενοι, καὶ οὐχ ἃ πρὸς ὀλίγον ἐχρήσαντο ἀφαιδόντων. οἶμαι δὲ καὶ τῶν ἐπὶ τῆς σκηνῆς πομάκις ἑωρακέναι, τοὺς τραγικοὺς ὑποκριτὰς τοτὲ μὲν Κρέοντας, ἐνίοτε δὲ Πριάμους γιγνομένους, ἢ Ἀγαμέμνονας. καὶ ὁ αὐτὸς, ἐὰν τύχοι, μικρὸν ἔμπροσθεν μάλα σεμνῶς τὸ τοῦ Κέκροπος ἢ Ἐρεχθέως σχῆμα μιμησάμενος, μετ' ὀλίγον οἰκέτης παρῆλθεν ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ διακελευσμένος. ἤδη δὲ πέρας ἔχοντος τοῦ δράματος, ἀφελόμενος ἕκαστος αὐτῶν, τὸ χρυσόπαστον ἐκεῖνο ἐσθῆτα, καὶ τὸ προσωπεῖον ἀφεῖλεν, καὶ καταβὰς ἀπὸ τῶν ἐμβατῶν, ψυχὴς καὶ ταπεινὸς παρεισέρχεται, οὐκ ἔτ' Ἀγαμέμνων ὁ Ἀτρέως, οὐδὲ Κρέων ὁ Μενοικέως, ἀλλὰ Πῶλος Χαικλείους Σουνιεὺς ὀνομαζόμενος, ἢ Σάτυρος ὁ Θεογείτονος Μαραθώνιος.

quum suos fortuna cultus exigit, ægrè ferunt atq; indignantur, tanquam proprijs quibusdam bonis priuati: ac non potius alienis, quibus paulisper vtebantur, exuti. Quin in scena quoq; vidisse te plerũq; puto histriones istos tragicos, qui (vt fabulæ ratio poscit) modò Creontes, modò Priami fiunt, aut Agamemnones: idemque (si sors retulerit) paulò antè tam grauiter Cecropis aut Erechthei formam imitatus, paulò pòst seruus, poëta iubente, progreditur. At quum fabulæ iam finis affuerit, quisque auratas illas vestes exutus, personam deponens, & q ab altis illis crepidis descendens, pauper atque humilis obambulat, haud amplius Agamemnon ille Atreo prognatus, aut Creon Menœcei filius, sed Polus filius Charicleï Sunienſis, aut Satyrus filius Theogitonis Marathonius.

Sic

ζιαῦτα καὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματά ἐστιν, ὡς τότε μοι ὁρῶντι ἔδοξεν. ΦΙ. εἰπέ μοι, ὦ Μένιππε, οἱ τοὺς πολυτελεῖς τούτους ὑψηλοὺς τάφους ἔχοντες ὑπὲρ γῆς, καὶ στήλας καὶ εἰκόνας καὶ ἐπιγράμματα, ἆρα τιμιώτεροι παρ' αὐτοῖς εἰσι τῶν ἰδιωτῶν νεκρῶν; ΜΕΝ. λῆρεῖς, ὦ οὗτος. εἰ γὰρ ἐθέασω τὸν Μαύσωλον αὐτὸν, λέγω δὲ τὸν, Κᾶρα, ἐν τῇ τάφῳ περιβόητον, οἶδα ὅτι οὐκ ἂν ἐπαύσω γελῶν, ὅτω ταπεινῶς ἐρριμμένον παραβύσῳ τινὶ, λανθάνοντα ἐν τῷ λοιπῷ πλήθει τῶν σκιῶν, ἐμοὶ δοκεῖν. τοσοῦτον ἀπολείπων τῆς μνήμης τοῦ, παρ' ὅσον ἐβαρύνετο τηλικοῦτον ἄχθος ἐπικείμενος. ἐπειδὰν γάρ, ὦ ἑταῖρε, ὁ Αἰακὸς ἀπομετρήσῃ ἑκάστῳ τὸν τόπον, δίδωσι δὲ τὸ μέγιστον πλέθρον πολλοῖς, ἀνάγκη ἀπάντα διακεῖσθαι πρὸς τὸ μέτρον συνεσταλμένον. πολλῷ δ' ἂν, οἶμαι, μᾶλλον ἐγκεῖσθαι, ἐὰν ἐθέασω τοὺς παρ' ἡμῖν βασι-

Sic se mortalium res habent, quemadmodum mihi tum spectanti videbatur. PHI. *Dic mihi, Menippe, isti qui magnificos altosque tumulos habent super terram, & columnas, imagines, titulos, nihilone sunt apud inferos plebeijs quibuslibet umbris honoratiores?* MEN. *Nugaris tu quidem. nam si vidisses Mausolum, Carem illum dico pyramide celebrem, sat scio, nunquam ridere desiisses. ita in antrum quoddam abstrusum despectim abiectus est, in reliqua mortuorum turba delitescens. Hoc tantum commodi mihi videtur ex monumento referre, quòd imposito tanto pondere laborat magis & premitur. Nam quum Aeacus, ô amice, locum cuique metitur (dat autem cui plurimum, haud ampliùs pedem) necesse est eo iacere contentum seseque ad locî modum contrahere. At vehementiùs multò risisses opinor,*

βασιλέας καὶ σατράπας, πλουτοῦντας παρ' αὐτοῖς, καὶ ἤδη ταυτοπολοῦντας ὑπ' ἀπορίας, ἢ τὰ πρῶτα διδάσκοντας γράμματα καὶ ἀπὸ τῆς τυχούσης ὑβριζομένους, καὶ καθ' ἡμέραν πομπευομένους, ὥσπερ τῶν ἀνδραποδωδῶν τὰ ἀτιμότατα. Φίλιππον γοῦν τὸν Μακεδόνα ἐγὼ θεασάμενος, καὶ στρατεύσας ἐμαυτῷ διωβατὸς ὢν, ἐδεήθη δέ μου ἐν γωνιδίῳ τινὶ μισθῷ ἀκέσασθαι τὰ ἀπὸ τῆς ὑποδημάτων. πολλοὺς δὲ καὶ ἄλλους ὧν ἰδεῖν ἐν τοῖς τριόδοις μισταποδοῦντας, Ξέρξας λέγω καὶ Δαρεῖον, καὶ Πολυκράτη. Φιλόπαππα διηγῇ τὰ περὶ τῶν βασιλέων, καὶ μικρᾷ δεῖν ἅπαντα νῦν ὁ Σωκράτης ἔπραξε, καὶ Διογένης, καὶ εἴ τις ἄλλος ἦν τῶν σοφῶν; Μέν. ὁ μὲν Σωκράτης καὶ αὐτὸς περιέρχεται, διελέγχων ἅπαντας· συνεισὶ δ' αὐτῷ Παλαμήδης καὶ Ὀδυσσεὺς καὶ Νέστωρ, καὶ εἴ τις ἄλλος νεκρός. ἔτι μέντοι ἐπιφύονται αὐτῷ καὶ διωδήκη ἐκ τῆς φαρμακοποσίας τὰ

si reges hosce nostros satrapasq; vidisses apud eos mendicantes, & aut salsamenta vententes aut primas ipsas literas vrgente inopia profitentes: & quemadmodum contumelijs à quouis afficiantur, atque in faciem cædantur, perinde atque vilissima mancipia. Itaque Philippum Macedonem conspicatus, continere me certò non potui. ostensus est mihi in angulo quodam detritos calceos mercede resarciens. Quin alios præterea multos erat videre mendicantes in triuijs, Xerxes videlicet, Darios, ac Polycrates. PHIL. *Admiranda narras ista de regibus, penèq; incredibilia. Socrates autem quid facit, ac Diogenes, & si quis est sapientum alius?* MEN. *Socrates profectò etiam ibi obuersatur, omnesq; redarguit: t versantur autem cum illo Palamedes, Vlysses, & Nestor, & quisquis est alius inter defunctos garrulus. Inflantur autem illi etiamnum atque intumescunt exhausto veneno cru-*

τὰ σκέλη. ὁ δὲ βέλτιστος Διογένης, πρόσκεισαι μὲν Σαρδαναπάλῳ τῷ Ασσυρίῳ, καὶ Μίδᾳ τῷ Φρυγί, καὶ ἄλλοις τισὶ τῶν πολυτελῶν. ἐνίοτε δὲ οἰμωζόντων αὐτῶν, καὶ τὴν παλαιὰν τύχην ἀναμιμνῃσκόντων γελᾷ τε καὶ τέρπεται. καὶ τὰ πολλὰ ὕπτιος κατακείμενος, ἄδεα μᾶλλα πρηχέα καὶ ἀηδῆ τῇ φωνῇ, τὰς οἰμωγὰς αὐτῶν ἐπικαλύπτων, ὥστε ἀνιᾶσθαι τοὺς ἀνθρώπους καὶ δυσκόλως μὴ φέρειν, οὐ φέροντας τὸν Διογένην. Φι. ταυτὶ μὲν ἱκανῶς. τί δὲ τὸ ψήφισμα ἦν, ὅπερ ἐν ἀρχῇ ἔλεγες κεκυρῶσθαι κατὰ τῶν πλουσίων; Μεν. εὖγε ὑπέμνησας· οὐ γὰρ οἶδ' ὅπως περὶ τούτου λέγειν προθέμενος, πάμπολυ ἀπεπλανήθην τοῦ λόγου διατρίβοντος γάρ μου παρ' αὐτοῖς, πρόθυμοι οἱ πολῖται ἐκκλησίαν περὶ τῶν κοινῇ συμφερόντων. ἰδὼν δὲ πολλοὺς συνθέοντας, ἀναμίξας ἐμαυτὸν τοῖς νεκροῖς, ὡθοῦς

no crura. At optimus Diogenes Sardanapalo vicinus Assyrio, Midæque Phrygio, atque aliis item pluribus ex istorum sumptuosorum numero manet, quos quum eiulantes audit veteris fortunæ magnitudinem recogitantes, & ridet & delectatur, ac supinus cubans vt plurimùm cantat, aspera nimis atque iniucundá voce illorum eiulatus obscurans, adeò vt id ægrè ferentes, nec Diogenem ferre valentes, de mutanda sede deliberent. PHIL. De his iam satis quidem: cæterùm quódnam illud decretum est quod initiò dixeras aduersus diuites esse sancitum? MEN. Bene admones: nescio enim quo pacto quum de hac re dicere proposuissem, ab instituto sermone procul aberraui. Dum igitur tibi versabar, magistratus concionem aduocauerunt, his videlicet de rebus quæ in commune conducerent. Conspiciens ergo multos concurrere, me quoque cum illis simul immiscens,

ὠθὺς εἷς καὶ αὐτὸς ἐκ τῶν ἐκκλησιαστῶν. διεκρίθη μὲν ἔν καὶ ἄλλα, τελευταῖον δὲ τὸ περὶ τῶν πλουσίων. ἐπεὶ γὰρ αὐτῶν καταγόρευε πολλὰ καὶ δεινὰ, βία καὶ ἁρπαγὴ, καὶ ὕβρις καὶ ἀδικία, τέλος ἀνασὰς εἷς τῶν δημαγωγῶν, ἀνέγνω ψήφισμα τοιόνδε.

unus de numero eorum qui in concione aderant, efficior. Agitata sunt igitur & alia multa, postremò verò de diuitibus negocium: in quos posteaquam plurima fuissent obiecta violentia, superbia, fastus, iniuriæ: assurgens tandem ex populo primas quidem, huiusmodi decretum legit:

ΨΗΦΙΣΜΑ.

Ἐπειδὴ πολλὰ καὶ πρόσωπα οἱ πλούσιοι δρῶσι πρὸς τὸν βίον, ἁρπάζοντες καὶ βιαζόμενοι, καὶ πολλαχοῦ τῶν πενήτων καταφρονοῦντες. δεδόκται τῇ βουλῇ, καὶ τῷ δήμῳ, ἐπειδὰν ἀποθνήσκωσι, τὰ μὲν σώματα αὐτῶν κολάζεσθαι, καθάπερ καὶ τὰ τῶν ἄλλων πονηρῶν· τὰς δὲ ψυχὰς, ἀναπεμφθείσας ἄνω εἰς τὸν βίον, καταλύεσθαι εἰς τοὺς ὄνους, ἄχρις ἂν ἐν τῷ τοιούτῳ διαγάμωσι μυριάδας ἐτῶν πενήτων καὶ εἴκοσιν ὄνοι, ἐξ ὄνων γινόμενοι, καὶ ἀχθοφοροῦντες, καὶ ὑπὸ τῶν πενήτων ἐλαυνόμενοι, ζῶντες οὕτω δὲ λοιπὸν ἐξεῖναι αὐτοῖς ἀποθανεῖν. εἶπε

DECRETVM.

Quoniam, inquit, multa diuites perpetrant in vita rapientes, ac vim inferentes, inopesq; omni modo despectui habentes: Curiæ populoq; visum est, vt quum functi vita fuerint, corpora quidem eorum pœnas cum alijs sceleratorum corporibus luant, animæ verò sursum remissæ in vitam, in asinos demigrent, donec in tali rerum statu quinquies ac vicies decem annorum millia transegerint, asini semper ex asinis renati, onera ferentes, atq; à pauperibus agitati: dein vt liceat illis è vita excedere. Hanc

sententiam

τὴν γνώμην Κραναίου Σκιρίτου Νεκυσιὺς, φυλῆς Αἰβαντιάδου. Τοῦτον ἀναγνωσθέντος τοῦ ψηφίσματος, ἐπεψήφιζον μὲν αἱ ἀρχαὶ, ἀπεκεροτόνησε δὲ τὸ πλῆθος, καὶ ἐνεβεμήσατο ὁ Βριμὼ, καὶ ὑλάκτησεν ὁ Κέρβερος. οὕτω γὰρ ἐντελῆ γίγνεται, καὶ ἰσχυρὰ τὰ ἀνεγνωσμένα. ταῦτα μὲν δὴ ἦν τὰ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. ἐγὼ δὲ, οὗπερ ἀφίγμην ἕνεκα, τοῦ Τειρεσίαν προσελθὼν, ἐκέλευον αὐτὸν, τὰ πάντα διηγησάμενος, εἰ τῷ πρός με, ποῖόν τινα αἱρεῖται τὸν ἄριστον βίον. ὁ δὲ γελάσας (ἦσι δὲ τυφλόν τι γεροντίον, καὶ ὠχρὸν καὶ λεπτόφωνον) Ὦ τέκνον, φησὶ, τὴν μὲν αἰτίαν οἶδα τῆς ἀπορίας, ὅτι παρὰ τῶν σοφῶν ἐμάνθανε, οὐ τὰ αὐτὰ γιγνωσκόντων ἑαυτοῖς. ἀτὰρ ἡ θέμις λέγειν πρός σε· ἀπείρηται γὰρ ὑπὸ τοῦ Ραδαμάνθυος· μηδαμῶς, ἔφην, ὦ πάτερ, ἀλλ' εἰπὲ, καὶ μὴ περιίδῃς με τοῦ τυφλώτερον

sententiam dixit Caluarius patre Aridello, patria Micenſis, tribu Stygiana. Hac igitur lege recitata, approbauerunt principes, ſciuit plebs, adfremuit Proſerpina, allatrauit Cerberus. ſit enim rata quae inferi ſtatuunt, authenticáque fiunt. Quae igitur in concione agebantur, erant huiuſmodi. Tum ego ſtatim, cuius gratia veneram, Tireſiam adeo: atque illi reuti erat ordine narrata, ſupplicaui vt mihi diceret, quódnam optimum vitae genus putaret. Hic verò ſubridens (eſt autē ſeniculus quiſpiam caecus, pallidus, voce gracili) O fili, inquit, cauſam tuae perplexitatis ſcio à ſapientibus iſtis profectam, haudquaquam idem inuicem ijſdem de rebus ſentientibus, verùm haud fas eſt id tibi proloqui: ſi quidem quod Rhadamanthus interdixit. Nequaquam, inquam, ô patercule: ſed dic amabo, neque me contemnas, qui in vi-

tate.

τερον προϊόντα ἐν τῷ βίῳ. ὁ δὲ δή με ἀπαγαγὼν, καὶ πολὺ τῶν ἄλλων ἀποσπάσας, ἐρέμα προσθψας πρὸς τὸ οὖς, φησὶν, ὁ τῶν ἰδιωτῶν ἄριστος βίος, καὶ σωφρονέστατος, ὡς τῷ ἀφρονεστάτῳ μοι παυσάμενος τῶν μετεωρολογιῶν, καὶ τέλη καὶ ἀρχὰς ἐπισκοπῶν. καὶ λαλαπλάγας τῶν σοφῶν τούτων συλλογισμῶν, καὶ τὰ λοιπὰ λῆρον ἡγησάμενος, τὸ μόνον ἐξ ἅπαντος θηράσῃ, ὅπως τὸ προὸν ἐν θέμενος, πανταχόθεν γελῶν τὰ πολλὰ, καὶ περὶ μηδὲν ἐσπουδακώς. ὡς εἰπὼν, πάλιν ὥρμα ἐπ' Ἀσφοδελιὼν λειμῶνα. ἐγὼ δὴ (καὶ γὰρ ἤδη ἑσπέρα ἦν) ἄγε δὴ, ὦ Μιθροβάρζανες, φημὶ, τί διατρίβομεν, καὶ οὐκ ἐν ἄπνῳ ἄνθρωπος ἐς τὸν βίον; ὁ δὲ πρὸς ταῦτα, θάρρει, φησὶν, ὦ Μένιππε. τραχεῖαν γάρ σοι καὶ ἀπράγμονα ὑποδείξω ἀπρακτόν. καὶ δὴ ἀπαγαγών με πρός τι χωρίον ἀπὸ ξοφερώτερον, δείξας τῇ χειρὶ πόρρωθεν ἀμαυρόν τι καὶ λιπαρὸν, ὥσπερ

tate etiam ipso cæciar obstupefactus. *Abducens ergo me, procul ab aliis auferens, ad aures mihi inclinans:* Y Optima est, *inquit, idiotarum priuatorumq; vita, ac prudentissima quamobrem ab hac vanissima sublimium cõsideratione desistens, mitte principia semper ac fines inquirere, & vafros hosce syllogismos despuens, atq; id genus omnia nugas æstimans, hoc solum in tota vita persequere, vt præsentibus bene compositis, minimè curiosus, nulla re solicitus, quamplurimum potes hilaris vitam ridensq; traducas. Hæc quum dixisset, rursus in Asphodelorum pratum sese corripuit. Ego igitur (nam & nunc vesper erat) Age, inquam, ô Mithrobarzane, quid cũctamur, ac non hinc rursus abimus in vitam? Ad hæc ille: Confide, inquit, ô Menippe, breuem quippe facilémque tibi monstrabo semitam. Et me protinus abducens in regionem quandam magis priore tenebricosam, manu procul ostendens subobscurum, tenuéque, ac velut*

per

δι' ἀληθείας ἰσρίον φῶς, ἐκεῖνο, ἔφη, ὃ τὸ ἱερὸν ἐστὶ Τροφωνίου, ἐς ἃ κατέβαν καταβαίνουσι οἱ ἀπὸ Βοιωτίας. ταύτῃ δὴ ἄνιθι, καὶ αὐθὶς ἔσῃ ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος. ἐνθὰς δὴ τοῖς ἐρημικοῖς ἐγὼ, καὶ τί μᾶλλον ἀσπασάμενος, χαλεπῶς μόλα δὴ διὰ στομίου ἀνεπτύχθης, οὐκ οἶδ' ὅπως ἐν Λεβαδείᾳ γίγνομαι.

per rimam influens lumen: illud, inquit, [z] Trophonij templum est, atque illac ad inferos è Bœotia descenditur. hac ascendes, atque illicò eris in Græcia. Ego igitur hoc sermone gauisus, salutato mago, difficilè admodum per angustas antri fauces subrepens, nescio quo pacto in Lebadiam perueni.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

LVcianus non solùm hîc, sed in Vitarum auctione, & pluribus alijs in locis perpetuam discrepantiam philosophorum atque diuersas doctrinas notat. Itidem Seneca in Ludo demortui Claudij Cæsaris, & in eundem Beatus Rhenanus Selestadiensis. vbi quàm nihil inter veteres philosophos vspiam conueniat, videbis. Porrò hîc falsè taxat vel magorum præstigias, vel inania poëtarum figmenta, vel incertas quauis de re philosophorum inter se digladiationes. Occasio dialogi ab incessu & habitu Menippi;

a O MISERI.] *Occasio argumenti.* *b* Ac primùm sanè.] *Narratio continens causam descensus ad inferos.* *c* Audirem Homerum atque Hesiodum.] *Cum poëtæ Epici plerunq; narrent fœdas libidines, quibus magnos deos irretitos fingunt, etiam ipsum deorum imperatorem Iouem, multaq; impiè de Dijs immortalibus comminiscantur, ideo à Platone è sua republ. Homerum exterminatum puto, quòd moribus noceret.*

d Quòd me ex fumo (vt aiunt) in flammam conijcerem.] *Id est, euitans grauius malum, in alterum diuersum inciderem. Senarius extat prouerbialis* : κρεῖττόν γε φεύγων εἰς τὸ πῦρ

πῦρ φεύγον, fumum fugiens, in ignem incidi. Vtitur & Plato lib. de Rep. 8. cùm ait, populum, dum recusat ingenuis seruire, quasi vitato fumo seruitutis, in eius flammam incurrere, & seruis etiam seruire. Item Plutarch. διὰ δυσωπίας: Ineptiæ autem verecundiæ illud accidit, vt fumum fugiens infamiæ, in ignem conijcian sese. i. in aliud malus. Vide Erasmum in Adagior. prima Chil. e Alius etenim.] Philosophorum incertæ & diuersæ doctrinæ. f Peruigilanti mihi.] Sequitur nunc quomodo ad inferos descenderit. g Ex Zoroastri discipulis.] In fragmentis Berosi Chaldæi legitur, Zoroastrem Persam fuisse Cham, Noë filium, à patre maledictum, ac primũ inuenisse artes magicas, & mundi principia, syderumq; motus diligentissimè spectasse. Vnde & Zoroastres dictus est, quod velut ζῶον ἄστρον, quasi viuens astrum ab omnibus coleretur, propter doctrinam ac sapientiam. Meminerunt huius Plato, Plutarchus, Laërtius, Psellus, Iustinus, Plinius, Apuleius, & multi alij. h Tiresiam.] De Tiresia nobis dictum est in dialogo Menippi & Tiresiæ. Hom. Odyss. κ qui eum apud inferos solum sapere, aut cæteros vmbrarum vagari modo. Cic de Diu. 1. i Faceq; lustrauit.] Qui enim id faciebant, certum carmen insusurrabant, & ræda, scilla, uis, sulphure, alijsq; ci. umpurgabant quod Lucianus περιαγίζειν dicit. Idem etiam περιραίνειν Græci dicunt, & ὁ περιρραντὴς est περιφερὴς, qui circumlustrabat, & circumpurgabat, quod quia res certæ certaq; februa circumferebantur, circumferre Latini vocauerunt. Itaq; apud Maronem, circumferre vnda, est lustrari, lustratione curari & vnda purgare. Idem ter socios pura circuntulit vnda.

k Hecaten.] Hecate triformis & tergemina à poëtis vocatur, eandemque esse putant cum Proserpina. Verùm hic à Proserpina Hecaten separat Lucianus. l Asphodelo consitum.] Ex multis Luciani locis colligere licet, Asphodelum herbam esse plebeiam ac vilem, atq; hac victitare manes, apud quos nullus luxus, nulla sit ambitio. Quin etiam apud Theocr. idyllio 7. Asphodelus inter rusticanas herbas commemoratur. Proinde poëta, regum ac locupletum immoderatos luxus taxat, illorum fastibus popularium mediocritatem anteponens. Hesiodus lib. 1. operis, cui titulus ἔργα καὶ ἡμέραι ad fratrem Persam:

ἐσθ' ὅσον ἐν μαλάχῃ πηχὺ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ.

Magna sit vtilitas maluæ asphodeliq; virentis. *Vide ea quæ annotauimus in libello de Luctu.* m Accusant autem.] *Iudicia & accusatores & pœnæ defunctorum.* n Perituram eorum superbiam.] *Detestatur nimiam hominum superbiam, qualem ferunt fuisse Tarquinij, cui Superbi cognomen indictum à moribus quidam docent. Dionysius libr. 4. scribit Tarquinium à Romanis superbum cognominatum esse, quòd insolentia quadam tyrannica & moribus superbissimis praditus fuerit.* o Dionysium.] *Vide Ouid. lib. 4. de Ponto, & 5. Tristium, elegia 9. Erasmum quoq; in prouerbio: Dionysius Corinthi.* p Thersitem à Nireo.] *Deformissimus vir ad Troiam venit Iliad. 2.* q Ab altis illis.] *Actores planis:* id est, *nudis pedibus proscenium introëuntes, qu busdam excalceatis & planipedes dicuntur.* r Dic mihi.] *Obiectio.* s Nugaris tu quidem.] *Vanam esse gloriam, quam in hac vita plerique appetunt.* t Versantur cum illo Palamedes.] *Idem Lucianus in Menippo, Aeaco, Pythagora & Socrate, Menip. Cæterùm Socrates vbi Aeac. cum Nestore ac Palamede ille plerunq; nugatur.* u. Quoniam.] *Decretum contra diuites apud inferos à Caluario latum, vt diuitum animæ quæ rursus in vitam remittendæ essent, in asinos demigrarent, donec in tali rerum statu, ad multa annorum millia asini ex eiusmodi asinis renati, onera ferrent, atq; insuper à pauperibus agitarentur. Sunt autem verba Menippi, qui descenderat ad inferos, consulturus vatem Tiresiam, quam viam vt optimam eligere deberet, philosophis omnibus dissentientibus, nec eadem studia, easdemve opiniones sequi iubentibus. Is reuersus exponit Philonidæ supplicia apud inferos diuitum & improborum, eorumque miseros exitus, de ijsdemq; decretum illud vnanimi consensu curiæ infernalis latum esse affirmat.* x In asinos demigrent.] περὶ μετεμψυχώσεως. *i. de migratione animarum in varia corpora tum etiam brutorum, vide elegantissimum dialogum Luciani, qui Gallus dicitur.* y Optima.] *Summa & scopus totius argumenti* z Trophonij.] *Per Trophonij antrum Menippus hic se iocatur ab inferis redisse.*

IOAN-

IOANNIS SAMBVCI
ANNOTATIONES.

Quum breuis hæc fumo leuior sit vita caduco:
Et tamen excedat quod facit omne modum,
Quam teneat callem, medium seruare Menippus
Vtpote sit, cæcas curat adire domos.
Ergo refert primum diris quæ vidit in vmbris:
Decretum infernum, peruariosque locos.
Consilium tandem vatis, quæ vita sequenda:
Cuius responsi, quisquis es, esto memor.

SALVE atrium.] *Occasio Dialogi ab incessu & habitu Menippi.* At quid sibi vult.] ἀναγνώρισις. Saluc Menippe.] ἀσπασμός. Vnde nobis.] ἐρώτησις Adsum reuersus.] ἀπόκρισις ἀφηγηλικὴ καὶ τὰ μετρὰ ἰαμβεῖα. O' Hercules.] ἀνφώνησις θαυμαστικὴ Non, sed me.] *Responsio de genere sui discessus.* Quæ'nam causa.] αἰτιολογία. Iuuenta me.] *Redditio causæ efficientis.* Siste, ô beate.] ἀξίωσις καὶ παύσασις ἀπὸ τῶ ἰαμβείων Quæ'nam hæc vestis.] ἐρώτησις ἄλλη. Res dilecte grauis.] ἀπόκρισις *ad posterius membrum* καὶ τὰ ἑπῆ. Vt consulerem.] *A' causa finali.* Atqui deliras.] ἐπιτίμησις. Quid ais, nouine.] *Interrogatio.* Per Iouem.] *Asseueratio quantitate.* Verùm prodere.] *Occupatio* Nequaquam.] *Pollicetur tacituritatem.* Verùm tui gratia.] κατάθεσις. Decretum est.] *Narrationis principium.* Ne prius, ô beate.] *Interpellatio ordinis instituendi gratia facta.* Quæ videlicet. αἰτίησις τῦ λόγυ. Verisimile enim.] *Ratio.* Parendum etiam in his.] *Assensus ad istam petitionem.* Nam quid facias.] κατάφασις τῦ πρώτυ. Ac primùm.] *Narratio continens causam descensus ad inferos.* Ego igitur.] *Narrat quid ex poëtarum lectione hauserit.* Seditiones ac bella.] τὰ πραχθέντα καὶ μεσιμβρ. Postquã verò.] *Alterum tempus.* Hic leges.] *Quid leges de Dijs statuant.* Hic hæsitabundus.] τὸ ἐνθαῦ, ἢ μεγάλη. Neque enim Deos.] ἐπιτίμησις ἠθικὴ καὶ προσαπόδοσις. Nisi de his.] τὸ ἄπιον. Neque rursus.] ὁ λογισμὸς, καὶ τὸ δεύτερον πραχθὲν Hæc igitur mecum.] *Contulit se ad philosophos.*

Alius

Alius etenim.] μιξισμὸς vanarum ſectarum. Corpus ſiti.] ἡ ἀπάθεια. Alius iubet.] τὸ ἀδιάφορον καὶ περιγραφὰ. De mundo veró.] *Academici, eorumq́; ἄτομοι καὶ ἰδέαι.* Vt nec ei qui.] *In vtramque partem probabiles diſputationes.* Prorſum igitur.] τὸ εὐθαί. Præterea.] *Hactenus de doctrina, nunc de vita* Eos enim.] *Diſtributio, contemptores diuitiarum.* Ii veró:] οἱ σοφισταί. Ergo hac.] *Concluſio.* Aliquantulum tamen.] τὸ παραμύθιον. Peruigilanti mihi.] παρακατὰ *ad modum deſcenſus.* Venit in mentem.] ὁ λογισμὸς Vt conuenirem.] *A causa.* Eos carminib.] *Magnorum potentia & ſuperſtitio.* Optimè ergo.] *Concludit conſilium.* Si cum horum quopiam.] τὸ τελικὸν αἴτιον τῆς καταβάσεως. Ac ſtanti quidem.] *Narratio perfectionis & aduentus.* Quo cum venio.] τὸ α πραχθὲν. Coma quidem canum.] περιγραφὴ *à narratione habitus, animi & corporis.* Nomen aũt.] *A nomine* Orans igitur.] τὸ β πραχθὲν. Suſcipiens veró] τὰ τῆς μιθροβαρζάνης πραχθέντα. Primum quidem.] τὸ α, *à tempore.* Ad Euphratẽ] *A loco.* Volubile quiddã.] τὸ λαχθὲν, ἢ ἐπωδή. Poſt illam igitur] τὸ παραλειφθὲν. Cibus quidem.] ἡ σιτία αὐτῶν, Potus.] τὸ ὕδωρ. At quoſtquam.] τὸ ἄλλα πραχθέντα ὑπὸ τῆς μιθροβαρζάνης. Deinde totum.] τὸ αἴτιον τελικὸν. Nos præparauimo.] τὸ τῆς ἀμφορέως. Iuſſit præterea] ἡ παρακέλευσις. Quid ita, ô Menippe.] *Inueſtigatio cauſarũ.* Atqui perſpicuũ.] *Prodit cauſas iſtius habitus, & mutati nominis.* Nam hi qui ante] *Narratio de nauigatione.* Iam igitur dies .] ὁ χρόνος καὶ ὁ τόπος. Parata ſiquidẽ.] τὰ ὄργανα, καὶ συνέργα αἴτια. Iam egredimur.] *Profectio.*] Puteũ offendimo.] τὰ πραχθέντα. Summiſſo murmure.] τὰ λαχθέντα, ἢ ἐπωδή. Dæmones conuocat.] *Poëtica ὑποτύπωσις Orci, carminibus magicis excitati.*] Ac porró] *Secundus acceſſus ad inferos.* Vmbrarũ.] *Diſtributio.* At quum] *Conſilij habitus, euentus.* Iam enim.] *Occaſio.* Sed quoniam.] *Tertius tranſitus per inferos.* Tum pauló.] *Deſcriptio inferorum & eorum iudicij.* Nos igitur.] *Attentio.* Per Iouem] ἀξίωσις. Hę nos igitur.] *Accuſatores qui.* In hos præcipué.] *Quos pœnæ potiſſimùm maneant.* At hunc ſplendida illa.] καταγραφὴ *diuitum defunctorum.* Etſi quem eo-

 rum.]

rum.] *Menippi σαρκασμός.* At ipse vix.] *τὸ πρᾶγμα.* At Minos.] *Iudex infernalis indicat in gratiam.* Cyrenæus.] *Cyrenæus Aristippus eum absoluit à pœna, ob beneficia in doctos collata.* Tum nos.] *Transitio ad locum supplicij, ὡς τὸ κολαστήριον.* Nam simul] *ἡ ἔκθεσις τῶν δικῶν* Cerberus lacerat.] *σαρκασμός.* Et quosdam.] *ἄλλο τοῦ μεγάλου μέρος.* Id seruiliter.] *ἡ δουλοπρέπεια.* Sed illa quoque.] *ἄλλο μέρος.* Hos tandem prætereuntes.] *Transitio ad ἀνάπαυσιν.* In campum venimus.] *Campus Acherusius siue Elysius.* Alios quidem.] *Distributio.* Verum dignoscere.] *Occupatio.* Cùm igitur multi.] *Aequalitas inferorum.* Quónam signo.] *Deridet formosos, & alios dispares fortuna.* Hæc igitur.] *ὁμοίωσις.* Aliquid siquidem] *Distributio. Fortuna hominum varia & incerta.* Quin habitus.] *Amplificatio, in qua docet humanam vitam esse fabulam.* Sed ornatu.] *τὰ μὲν τῶν πομπῶν, καὶ ἡ σκηνή.* Aliquantisper quidem.] *Fortunæ humanæ non propriè nostra sunt, sed extra nos posita, fluxa & caduca.* Quin in scena.] *Illustratio à similitudine à scenicis fabulis, earumq; personis histrionibusq; ducta.* At cum fabulæ.] *τὰ μὲν τὸ δράμα.* Sic se mortalium.] *Conclusio.* Dic mihi.] *Obiectio.* Nugaris.] *ἀπόδειξις ab exemplo, vanam esse gloriam, quam plerique maximi viri in hac vita expetunt.* Hoc tantum.] *ἐπανόρθωσις γέλωτος.* Nam cum.] *αἰτιολογία.* At vehementius.] *νέα σκέψις.* Si reges.] *τὸ ἀόριστον, de regib. de satrapis.* Perinde.] *τὸ ὡρισμένον.* Quin alios] *τὰ ἄλλα τῆς ἐπαγωγῆς παραδείγματα.* Socrates autem.] *μετάβασις.* Etiam ibi.] *ἀφήγησις.* Cæterùm quódnam illud decretum.] *Tertia pars, περὶ τοῦ ψηφίσματος τῶν τριάκοντα τοῦ ἀπὸ τῆς ἀποστάσεως ἐπανόδου.* Dum igitur ibi.] *ἀφήγησις.* Concionem.] *ἡ ἐκκλησία* Conspicientes.] *οἱ ἐκκλησιασταί* Agitata sunt.] *τὰ δόγματα προσλήψει.* Quoniam.] *Decretum contra duces factiosos.* Curæ.] *ἡ ἀνάγνωσις τοῦ ψηφίσματος.* Corpori.] *Diuitum pœnæ.* Quæ igitur.] *Clausimula.* Tu ego.] *Secunda Dialogi pars suscitatoria.* Est autē.] *Tiresiæ descriptio.* Haud quaquam.] *Tergiuersatio.* O' patercule.] *Instat orando.* Optima est.] *Summa & scopus totius argumenti.* Ideo ab.] *πρόσχες.* Hoc

vii. Hoc ſolum.] *Epicureum conſilium.* Hæc quum.] *Concluſio.* Ego igitur.] *Diſceſſus ab inferis, & reditus in Græciam.* Hoc ſermone gauiſus.] *Concludit dialogum.*

ΕΡΜΟΥ, ΧΑΡΩΝΟΣ; κρίσεως ἓ Σόλωνος, ἢ ἀπιστοποῦντες.

CHARON, SIue Contemplantes.

Petro Moſellano interprete.

ARGVMENTVM.

EIuſdem fermè argumenti eſt hic Dialogus cum ſuperiore. Nam vt illic Menippus apud inferos videre atq; audire ſupplicia & miſeros exitus diuitum atq; potentum fingitur, ita hîc Charon apud ſuperos hominũ dementiam contemplatur, ſtulta illorum conſilia & actiones deridendo: quippe qui in his quæ incerta ac momentanea maximè ſunt, puta robore corporis, potẽtia, diuitijs, fortuna, gloria, & id genus alijs, omnem ſpem atq; fiduciam collocent: mortis verò, quæ omnium certiſſima, & mox conſecutura eſt, nullam rationem habeant. Id quod ipſe Charon in fine Dialogi apertis verbis indicat: & paulò ſuprà quoq;, vbi homines ſtultitiæ ſuæ admonet, & ad meliorem mentẽ reuocat. Tractantur autem hæc primò per ſpeciem, propoſitis exemplis Milonis, Cyri, Crœſi, Polycratis, & aliorum: mox & in genere, deſcriptis hominum & priuatorum & regum affectibus, ſtudijſq; poſtremò etiam confutata opinione quam multi de defunctorum honorib. habebant: & in ſummã non hominum modò res & corpora, verùm & ciuitates, & flumina, deniq; omnia morti ſubiecta eſſe oſtenduntur: quam eo faciliorem cuique eſſe, quo mundanis iſtis rebus ac opib. minus impeditus aut captus fuerit. Prior pars Dialogi etiam δραματικὴ eſt, dum Mercurius iam exoratus à Charonte, montes alios alijs imponit, & locum vnde proſpectus in omnes terras pateat, extruit.

MERCVRIVS.

Ἰγιλᾶς, ὦ Χάρων; ἦ τί τὸ πορθμεῖον ἀπολιπὼν, λίμνης ἀνεκάλυβας εἰς τὴν πρῶτην ἡμέραν, οὐ πάνυ εἰωθὼς ἐπιχωριάζειν τοῖς ἄνω πράγμασιν; Χαρ. ἐπεθύμησα, ὦ Ἑρμῆ, ἰδεῖν οἷοί εἰσι τὰ ἐν τῷ βίῳ, καὶ ἃ πράττουσιν οἱ ἄνθρωποι ἐν αὐτῷ· ἢ τίνων ἐπιθυμοῦντες, πάντων ἀπαλλάττεσθαι παρ' ἡμᾶς. οὐδεὶς γὰρ αὐτῶν ἀδακρυτὶ ἀπῆλθεν. ἀπροσδόκητον οὖν παρὰ τοῦ Ἄδου καὶ αὐτὸς, ὅσπερ καὶ ὁ Θετταλὸς ἐκεῖνος νεανίσκος, μίαν ἡμέραν λαβεῖν ἐβούλου, ἀνακάλυβα εἰς τὸ φῶς. καί μοι δοκῶ εἰς δέον ἐπιτετυχηκέναι σοι ἐξαναχθείσης γὰρ, οὐκ οἶδ' ὅτι μὴ ξυμπεσόντων, οὐ δείξεις ἑκάστα, ὡς ἂν ἄλλως ἄπαυστα. Ερ. οὐ σχολὴ σοι

Vidᵃ rides, Charon? an cur deserto n uigio in han lucem ascendisti, non ad modum assuetus superûn rebus interesse? CHA Cupido me cepit, ô Mer curi, videndi & quæ nam in vita gerantur negocia & quibus studijs homi nes teneantur: tum etian quibus bonis exuti plo rent omnes, vbi ad nos de scenderint. Neque enim ei ipsis quisquam citra lachry mas traiecit. Quare ex emplo illius Thessali adole scentis commeatu à Dite im petrato, vt vnum saltem diem à naue abesse liceret, u lucem ascendi: ac mihi vi deor in ipso planè tempore i te incidisse. ᵇ Nam peregri nus cùm sim, sat scio te no grauari, quin obambulande me ducas, singuláque de monstres, vt qui vniuersa iam habeas comperta. MERC

οὐ σχολή μοι, ὦ πορθμεῦ, ἀπέρχομαι γάρ τι διακονησόμενος τῷ ἄνω Διὶ τῶν ἀνθρωπικῶν. ὁ δὲ ὀξύθυμός τέ ἐστι, καὶ δείσας μὴ βραδύνωμαι, ἅπαν ὑπομίτρον ἐᾶσαι εἶναι, παραλούς τε ἰόφ. ἢ ὅπερ τὸν Ηφαιστον πρώην ἐποίησε, ῥίψῃ μου καὶ τὸν τιτανῶδη τοῦ ποδὸς ἀπὸ θεσπεσίου βιαίου, ὡς ἐποσκάζων χίλωτα παρέχοιμι καὶ αὐτὸς οἰνοχοῶν. Καταπιόψει οὖν με ἄπαξ πλανώμενον ὑπὲρ γῆς, καὶ τιτᾶνα ἐτᾶρ τε καὶ ξυμπλουν, καὶ συνδιάπορ τε ὧν. καὶ μὴν καλῶς ἔχει, ὦ παῖ Μαίας, ἐκεῖνόν γοῦν σε μεμνῆσθαι, ὅτι μηδεπώποτέ σε ἢ ἀντλεῖν ἐκέλευσε, ἢ πρόσωπον ἔναι· ἀλλὰ σὺ μὴ ῥιγήσας ἐπὶ τοῦ καταστρώματος ἐκτεθεὶς, ὤμους οὕτω καρτεροὺς ἔχων. ἢ εἴ τινα ἄπορον νεκρὸν εὕροις, ἐκεῖνο παρ'

Non est ocium, ô portitor. Nam abeo iam nunc, negocium quoddam quod ad mortalium statum pertinet, ab Ioue summo datum expediturus. Ille autem ad iracundiam propensior est: vt planè verear ne cunctantem me vel totum vestræ sortis esse permittat, caligini videlicet addictum: vel quemadmodum nuper Vulcanum, ita & me correpto pede, è summo deiiciat cælo: nimirum quò & ipse pocillatoris munere fungens, claudicando risus moueam. CHA. *Despicies ergo me temerè & indecorè in terra oberrantem, præsertim amicus, & nauigationis socius, tum & nostræ reip. ex parte legatus? Atqui conueniret, ô Maiæ proles, illorum te etiã num meminisse, quod te vel sentinam exhaurire, vel[c] remum agitare ne vnquam quidẽ iusserim: [d] quin tu interim, quanquam adeò robustus es humeris, in nauigij dorso porrectus stertis: aut si quam fortè ex vmbris loquacem offenderis, cum hac inter nauigandum perpetuò con-*

παρ' ὅπορ τὸν πλοῦν ἁλιεύῃ. ἐγὼ δὲ πρεσβύτης ὢν, πλοῦν ἁλιπωπίαν ἔλκων, ἱρέτλω μόνος. ἀλλὰ σὲ τοῦ πατρὸς, ὦ φίλτατον Ἑρμῆλιον, μὴ καταλίπῃς με. ἀφίγησαι δὲ τὰ ἐν τῷ βίῳ ἅπαντα, ὅς τι καὶ ἰδὼν ἐπανέλθοιμι, ὡς ἐμοὶ μὴ σὺ ἀφῇς, οὐδὲν τῶν τυφλῶν διοίσω. καθάπερ γὰρ ἐκεῖνοι σφάλλονται, διολισθάνουσιν ὑπὸ σκότῳ, ὅτῳ δὴ κἀγώ σοι πάλιν ἀμβλυώττω πρὸς τὸ φῶς. ἀλλὰ δος, ὦ Κυλλαλώνιέ μοι ἐς ἀεὶ μνημόσυνον πλοῦν χαρεῖν. ΕΡ. Τοῦτ' τὸ πρᾶγμα, πολλῶν ἄτιον καταστάσεταί μοι. ὁρῶ γοῦν ἤδη τὸν μισθὸν τῆς περιηγήσεως, οὐκ ἀκόνδυλον πάντως ἡμῖν ἐσόμενον, πονηρευτέον δ' ὅμως. τί γὰρ ἂν μὴ πάθοι τις, ἐπότε φίλος τις ὢν βιάζοιτο; πάντα μὲν οὖν σοι ἰδεῖν καθ' ἕκαστον ἀκριβῶς, ἀμήχανόν ἐστιν, ὦ πολυθρύλητε πλοῦτε· ἐπεὶ τῶν γε ἀξιολόγων γνοίης. ἔστω δέ μοι μὴ λυπηθῆναι δεῖν. φέρε, καθάπερ ἀρχαῖόν τινα

fabularis: ego verò quantùuis senex, remigium agens duplex, solus remigo. At te per patrem obsecro, ô charissime Mercuriole, ne me deseras: sed vt nouo aliquo conspecto redeam, indica quænam in vita geruntur. Quòd si tu me neglexeris, nihil planè ab ipsis cæcis differre videbor. Vt enim illi lubrico gressu per caliginem titubant, ita rursus ego ad lucem tibi hallucinabor. Quin tu hanc mihi das gratiam, ô Cyllenie, perpetuò memori futuro? MER. Hæc profectò res verberum mihi causa existet, adeò vt iam hinc commonstrationis huius mercedem non sine tuberibus nobis fore prospiciam: obsequendum tamen. Quid enim facias, vbi amicorum quispiã impellat? Principiò ergo vt omnia singulatim & exàmussim conspicias, frustra laboras, ô portitor. nã hoc multorũ annorũ fuerit negociũ:

deinde & ipsi mihi verendum, ne interim tanquã transfugam

Iupiter

ἀπὸ τοῦ Διὸς, σὲ δὲ καὶ αὐτὸν ἰωλῦσαι ἐνεργεῖν τὰ τοῦ θανάτου ἔργα, καὶ τῶν Πλούτωνος ἀρχῶν ἡμιοῦν, μὴ νεκραγωγοῦντα πολοῦ τοῦ χρόνου. καὶ ὁ τιλώνης Αἰακὸς ἀναπλήσαι, μήδ' ὀβολὸν ἐμπολῶν. ὡς ἢ τὰ λιφάναια γε γνομένων ἤδης, ἔτ' ἤδη σκεπτέον. Χά. αὐτὸς, ὦ Ἑρμῆ, ἐπινόησον τὸ βέλτιστον· ἐγὼ δὲ οὐδὲν οἶδα τὰ ὑπὲρ γῆς, ξένος ὤν. Ερ. τὸ μὲν ὅλον, ὦ Χάρων, ὑψηλὸν ἔργον καὶ ὑμῖν ἐπαχθές, ὡς ἀπ' ἐκείνου πάντ' ἤδοις. σὺ δὲ, ἐπεὶ μὴ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνελθεῖν δυνατὸν ἦν, ὅπου ἂν ἔκαμνον, ἐκ τοῦ εὐπαθοῦς γὰρ ἂν ἀκριβῶς ἔπεσον τὰ καθ' ὑμᾶς. ἐπεὶ δὲ ἀεί ποτε ἐπιβατεύεις ἀλλοίοις ἀεὶ ξυνόντα τούτων τῶν βασιλέων τοῦ Διὸς, ὥρα ἡμῖν ὑψηλόν τι ὄρος καὶ περιοπὴν ἐπεῖν. Χάρ. οἶδα, ὦ Ἑρμῆ, ἅπερ ἔωθα λέγειν πρὸς ὑμᾶς, ἐπειδὰν

Iupiter me abdicet: tibi verò quò minus mortis munia peragere possis, fuerit impedimento: neque non Ditis imperio detraxerit, cùm videlicet longo adeò tempore ne obolũ quidem lucrifecerit. Verùm ipsa rerum capita qua vi possis, iam consilium videris erit captandũ. CHA. *Ipse, ô Mercuri, quod optimum factu fuerit, videris: ego verò peregrinus cùm sim in terra, quid rerum hic agatur, nescio.* MER. *Breuiter, ô Charon, editiore alio quo loco opus erit, vt inde cuncta queas prospicere. Cæterùm si in cœlum subuolare tibi foret facultas, non laboraremus. Cùm autem te, cui semper cum mortuorum simulachris commercium fuit, Iouis regiam calcare minimè liceat: iam tempus fuerit, excelsum aliquem montem disquirere.* CHAR. *Nosti, ô Mercuri, quæ ad vos inter nauigandum dicere consueuerim:*

ἐπαλλὰρ πλέωμεν; ὁπόταν γὰρ τὸ πνεῦμα καταιγίσαν, πλαγίᾳ τῇ ὀθόνῃ ἐμπέσῃ, καὶ τὸ κῦμα ὑψηλὸν ἀρθῇ, τότε ὑμεῖς μὲν ὑπ' ἀγνοίας ἐκείνῃ τῷ ὀθόνῃ σεῖετε, ἢ ἐνδοῦναι ὀλίγον τὸ πηδὸν, ἢ σωτηρίαμεν ὅπως ἔχειν αὖτι. ἐγὼ δὲ τῷ ἡσυχίαν ὑμῖν, ἃ παρακελεύομαι βέλτιω. κατὰ γὰρ εὐδαίμονα τὰ σὺν πράξει, ὁπόταν δὲ καὶ νομίσῃς, ἀνδρικῶς ἔχειν ὧν· ἐγὼ δὲ, ὥσπερ ἐπιβάτῃ γε νόμῳ, σιωπῇ καθεδοῦμαι πάντα ποιοῦντα τοῖσι. Ερ. ὀρθῶς λέγεις, ἀνὴρ γὰρ ἔσομαί τι ποιητέον, ἐξευρήσω τῷ ἱκανὸν σκοπόν. ἆρ' ὃν ὁ Καύκασος ἐπιτήδειος, ἢ ὁ Παρνασσὸς ὑψηλότερος, ἢ ἀμφοῖν ὁ Ολυμπος ἐκδυσί; καί τοι οὐ φαῦλόν τι ἀνεμνήσθην, εἰς τὸν Ολυμπον ἀπιδὼν, συγκαμεῖν δέ τι καὶ ὑπουργῆσαι καὶ σὲ δεῖ.

Χά.

siquidem vbi procellosus ventorum flatus obliquo velo incubuerint, vt in sublime tollantur fluctus: ibi vos, quæ est vestra imperitia, iubetis vel velum trahere, vel pedem paulisper accommodare, vel etiam ipsius venti cursum sectari. at ego quietem vos agere iubeo: ipsum enim me, quod optimum sit, non ignorare. Quin ergo & tu quidem hæc imitaris, & in præsentia quum sis gubernator, quæ tibi conuenire visa fuerint, facita: ego verò, vt est nautarum conditio, tacitus sedebo, per omnia tibi iubenti obsecundans. MER. Recte admones, ô Charon. ipse enim quid facto opus sit, sciero ac speculam nobis idoneam inuenero. Num ergo Caucasus idoneus, aut hoc altior Parnassus, aut vtroque eminentior Olympus ille? Atqui Olympum mihi intuenti, non contemnendi cuiusdam consilij in mentem venit: verùm ad hanc rem tua & labore & obsequio pariter erit opus.

CHA.

Κά. πρόσπλι, ὑπαρχέσω γὰρ ὅσα λωατά. Ερ. Ομηρ & ὁ ποιητής φησι, τὸς Αλωέως υἱέας, δύο καὶ αὐτὸς ὄντας, ἔτι παῖδας, ἐθελῆσαί ποτε τὴν Οσσαν ἐκ βάθρων ἀναστάσαντας, ἐπιθεῖναι τῷ Ολύμπῳ, ἔτα τὸ Πήλιον ἐπ' αὐτῇ, ἐκ ταύτων λιπέμενα ἐξειν οἰόμενους, ἢ πρόσβασιν ἐπὶ τὸν ὐρανόν. ἐκεῖνω μὲν δὴ τὰ μειράκια (ἀταθάλω γὰρ ἦσθω) δίκας ἐτίσατων. νὼ δὲ, ὁ γὲ ἐπὶ λαικῷ τῶν θεῶν ταῦτα βεβουλόμεθα) τί ἐχὶ οἰκοδομῶμεν ἢ αὖθις κατὰ τὰ αὐτὰ, ἐπιτιθέντες ἐπάνω τὰ ὄρη, ὡς ἔχοιμεν ἀφ' ὑψηλοτέρας ἀνειβεβηκέναι τὴν σκοπήν; Χά. καὶ λωησόμεθα, ὦ Ερμῆ, δυ' ὄντες ἀναβιβάσαι ἀράμενοι τὸ Πήλιον ἢ τὴν Οσσαν; Ερ. δοκεῖ τί δὲ ἂν, ὦ Χάρων; ἢ ἀξιοῖς ἡμᾶς ἀχρηστέρους εἶναι τοῖν βρεφυλλίοιν ἐκείνοιν, καὶ ταῦτα θεὸς ὑπάρχοντας; Χάρ. οὐκ, ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα δοκεῖ μοι ἀπίθανόν τινα τὴν

CHA. *Tuũ ergo fuerit imperare, ô Mercuri: equidem pro mea virili in omnibus parere conabor.* MER. *Homerus poëta dicit, Aloëi filios, cùm & ipsi duo essent, ad hæc pueri, statuisse olim vnà cum radicibus Ossam euulsum Olympo superimponere, deinde & huic Pelion; quòd arbitrarentur hoc pacto sufficientem se gradum & ascensum in cœlum habituros. Verùm hi adolescentuli cùm impij essent, audaciæ suæ pœnas dederunt. Nos autem, qui hæc in deorum iniuriam minimè molimur, cur non & ipsi eandem viam ædificamus, montem monti agglomerando, quò videlicet exactiorem & commodiorem habeamus prospectum?* CHA. *Et duobus nobis, ô Mercuri, vires suffecerint ad loco mouendum vel Pelion, vel etiã Ossam?* MER. *Quid ni, ô Charon? an tu nos abiectiores magisq; imbecillos infantulis illis iudicas? maximè quum simus dij.* CHA. *Nequaquã, sed res ipsa incredibilem quandam*

τὴν μεγαλουργίαν ἔχειν. Ερ. ἀκότως. ἰδιώτης γὰρ ἦν, ὦ Χάρων, καὶ ἄκομψα ποιητικός. ὁ δὲ γενναῖος Ομηρος, ἐπὶ δυοῖν στίχοιν αὐτίκα ἡμῖν ἀμύθητον ἐποίησε τὸν οὐρανόν, οὕτω ῥᾳδίως συντιθεὶς τὰ ἔπη. καὶ θαυμάζω εἴ σοι ταῦτα τετράσεια ἐν λόγῳ, τὸν Ατλαντα λελαθὼς ἀλόγως, ὃς τὸν πόλον αὐτὸν, ὡς ἄρα, φέρει, ἀνέχων ἡμᾶς ἅπαντας. ἀκούεις δ' ἴσως καὶ τὸν ἐμὸν ἀδελφὸν ποθεῖ, τὸν Ηρακλέα, ὡς δεδεξοιτό ποτε αὐτὸν ἐκεῖνον Ατλαντα, καὶ ἀναπαύσει πρὸς ὀλίγον τὸν ὦμον, ἕως ἐπανέλθοι ἐπὶ τὸ φορτίον. Χά. ἀκούω καὶ ταῦτα· εἰ δ' ἀληθῆ ἐστι, σὺ ἄρα, ὦ Ερμῆ, καὶ οἱ ποιηταὶ ἀδίκως. Ερ. ἀληθέστατα, ὦ Χάρων· ἢ τίνος γὰρ ἕνεκα σοφοὶ ἄνδρες ἐψεύδοντο ἄν; ὥστε ἀναμοχλεύωμεν τὴν Οσσαν πρῶτον, ὥσπερ ἡμῖν ὑφηγεῖται τὸ ἔπος, καὶ ὁ ἀρχιτέκτων Ομηρος, αὐτὰρ ἐπ' Οσσῃ Πήλιον ἀνοσίφυλλον. ὁρᾷς, ὅπως ῥᾳδίως ἅμα, καὶ ποικ-

magnifici operis ostentatio- *nè continere videtur.* MER. *Non iniuria: rusticus enim es, & in elegantia poëtica minimè versatus. At & egregius Homerus, duobus statim versibus accessum nobis parauit in cœlum, adeò facilè congestis montibus. Porrò demiror hæc tibi prodigiosa videri, quum tamen Atlanta non ignores, qui vel solus cœlum ipsum fert, vniuersos nos sustinens. Sed & de fratre meo Hercule fortè audisti, quomodo ipse illi Atlanti in officium successerit, ipsequè se oneri, tantisper dum ille interquiesceret, supposuerit?* CHA. *Audio sanè huiusmodi: an autem vera sint, tu & poëtæ videritis.* MER. *Verissima, ô Charon: alioquin qua gratia viri illi sapientes ementirentur? Itaque quod felix faustumq; sit, primùm Ossam eruamus: quemadmodum carmen præscribit, & ipse architectus Homerus: at super Ossam, Pelion arboribus densum. Vides quàm citra negotium pariter, & quàm*

poëticè

ρειῆτικῶς ἐξεργασάμεθα; φέρε δῆτα, ἀναβὰς ἴδω ἐγὼ τοῦτα ἱκανὰ, ἢ ἐποικοδομῆσαι ἔτι δεήσει. παπαῖ, κάτω ἔτι ἐς μὲν τὴν ὑπωρείαν τὸ ὄρανδε. ἀπὸ μὲν γὰρ τῶν ἑῴων μόγις Ἰωνία καὶ Λυδία φαίνεται· ἀπὸ δὲ τῆς ἑσπέρας, ὁ μὲν Ἰταλίας καὶ Σικελίας· ἀπὸ δὲ τῶν ἀρκτῴων, τὰ ἐπὶ τάδε τοῦ Ἴστρου μόνα, καὶ ταῦθ' ὑπὸ Κρήτης ὁ πάνυ σαφῶς. μεταξὺ νυνὶ ἡμῖν, ὦ πορθμεῦ, καὶ ὁ Οἴτης, ὡς ἔοικεν, εἶτα ὁ Παρνασσὸς ἐπὶ πᾶσιν. Χά. ὅτῳ ποιῶμεν. ὅρα μόγον, μὴ λεπτότερον ἐξεργασώμεθα τὸ ἔργον, ἀφανίσαντες πέρα τοῦ πιθανοῦ, εἶτα συγκαταῤῥιφθήσεται αὐτῷ, μικρᾶς τῆς Ὁμηρικῆς οἰκοδομητικῆς παραβῶμεν, ξυντριβέντες τῶν ἱματίων. Βρ. θάῤῥει, ἀσφαλῶς γὰρ ἔξει ἅπαντα. μεταστήθι τὴν Οἴτην, ἐπικυλισθήσεται καὶ ὁ Παρνασσός. ἴδού, ἐπάνειμι αὖθις. οὐκ ἔχει. πάντα ἐρῶ. ἀνάβαινε ἤδη καὶ σύ. Χάρ. ὄρεξον, ὦ Ἑρμῆ

poëticè effecerimus? Age hac mole conscensa dispiciã, num aut hæc faciant satis, aut plura superstruere oporteat. Papæ, quid hoc? Hæremus adhuc in ipsa cæli radice. Etenim ab oriente Sole vix Ionia & Lydia conspiciuntur: ab occidente verò nõ ampliùs Italia ac Sicilia. Porrò à septentrione, ea solũ quæ Istro adiacent, apparent. Illinc autem Creta, neque hæc admodum aperiè. Quare sicuti videtur, & Oetam transponere oportet. postremò omnibus superimponendus Parnassus. CHA. Sic faciamus. At hoc solùm vide, ne plus æquo attenuando opus, ipsum tenuius fragiliusq; reddamus, ita vt tandem vnà cũ ipsa mole deturbati, Homericã illã ædificãdi rationem nimis amarã experiamur, nimirum caluarijs ex casu perfractis. MER. Bono animo es, ô Charon. res omnis in vadó erit. tu Oetã trãspone, aduolutetur & Parnassus. En iterũ conscendã. Bene habet, cũcta iam conspicio: & tu nunc ascende. CHA. Manum mihi porrige, ô Mercuri,

neque

τὴν χέρα, οὐ γὰρ ἐπὶ μικρὰν μὲ ταύτην τὴν μηχανὴν ἀναβιβάσας. Ερ. ἔγωγε καὶ ἑδέως ἐθέλοιμι, ὦ Χάρων, ἅπαντα, ὅπως ἐνὶ ἑκάτερα ἀσφαλῶς καὶ φιλοθεάμονα ἔσῃ, ἀπ' ἴχνους μὲν τῆς ἀξίας, καὶ φείδου μὲν καλὰ τῶν ὀλισθηρῶν πατέρ. τύχῃ ἀνιλήλυθας καὶ σύ, καὶ ἐπεὶπερ ἀπόκρυμνος ὁ Παρνασσός ἐστι, μίαν ἑκάτερ ἄκραν ἐπιλαβόμενοι, καθιζώμεθα. σὺ δέ μοι ἄλλη ἐμ λύκλῳ περιβλέπων, ἐπισκόπει ἅπαντα. Χά. ὁρῶ φιλῶ πολλὴν, καὶ λίμνην τινὰ μεγάλην περιῤῥέουσαν, καὶ ὄρη, καὶ ποταμὸς τὸν Κωκυτὸν καὶ Πυριφλεγέθοντ' & μείζονας καὶ ἀνθρώπους πάνυ σμικρὸς, καί τινας φωλεὰς αὐτῶν. Ερ. πόλεις ἐκεῖναί εἰσιν, ὃς φωλεὰς ἂν νομίσας. Χά. οἶδα, ὦ Ερμῆ, ὡς ἄλλο ἡμῖν πέπρακται, ἀλλὰ μάτην τὴν Παρνασσὸν αὐτῇ Κισσαλίᾳ, καὶ

neque enim paruam ac humilem molem me facis ascendere. NER. *Si singula contueri gestis, ô Charon, discrimini te committas oportet.* h *Non enim ita comparatum est, vt simul & extra periculum sis constitutus: & tamen, quæ cupis, liceat spectare. Postremò hac mea dextra nitere, ac pedetentim scandendo, ne in lubrico pedem figas caue. Nunc omni ex parte res bene se habet, quum & tu superâris. Iam verò quoniam bicipiti vertice prominet hic Parnassus, vterque altero occupato consideamus. Tu autem nunc oculis in orbem mihi ductis, intuere vniuersa.* CHA. i *Terram video amplam, ac paludem quandam ingentẽ, quæ vndique terram circumfluit. Tum montes ac fluuios & Cocyto & Phlegethonte ampliores. Ad hæc, homines admodum exiles, pariter & horum nidulos quosdam.* NER. *Vrbes illæ sunt, quos tu nidos arbitraris.* CHA. *Vides quàm nihil nobis tanto labore sit effectum? quin frustra sede mouimus Parnassum vnà cum Castalio, tum*

&

καὶ τὴν Οἰτὴν καὶ τὰ ἄλλα ὄρη μετεκινήσαμεν. Ερμ. ὅτι τί; Χά. ἐμὲ μὲν ἀκεραίως ἔγωγε ἀπὸ τοῦ ὑψηλοῦ ὁρῶ. ἐβουλόμην δὲ καὶ πόλεις καὶ ὄρη αὐτὰ μόνον, ὥσπερ ἐν γραφῇ τινι ὁρᾶν, ἀλλὰ τοὺς ἀνθρώπους αὐτοὺς, καὶ ἃ πράττουσι, καὶ οἷα λέγουσιν, ὥσπερ ὅτι μοι τὸ πρῶτον ἐν τυχὸν ἄλλο γελῶντα, καὶ ἤρετό μου, τί γελῶ. ἀκούσας γάρ τινος, ἅθλιος ὑπερβολῆς. Ερ. τί δὲ τοῦτ' ἦν; Χά. ἐπὶ δεῖπνον, οἶμαι, κληθείς ὑπό τινος τῶν φίλων, εἰς τὴν ὑστεραίαν μάλιστα ἥξω, ἔφη. καὶ μεταξὺ λέγοντος, ἀπὸ τοῦ τέγους κεραμὶς ὑπεκθεῖσα, οὐκ οἶδ' ὅτου κινήσαντος, ἀπέπληξεν αὐτόν. ἐξέλασα δέ, οὐκ ἐπιτελέσαντος τὴν ὑπόσχεσιν. ἔοικε δὲ καὶ νεῦν ὑποκαταβήσεσθαι, ὡς μᾶλλον βλέποιμι καὶ ἀκούοιμι. Ερμ. ἴσχε δὴ, καὶ τοῦτο γὰρ ἐγὼ ἰάσομαί σοι καὶ ὀξυλιγκίσαιον

& Oetam cæteros q; montes omneis. MER. Quid ita? CHA. *Equidem è sublimi exactè despicio nihil: desiderium autem erat non vrbes solùm, neque montes ipsos tanquam in tabula depictos intueri, verùm & homines ipsos, tum quæ faciant, quæq; loquantur, exaudire: haud secus ac prius cùm tu obuius mihi factus ridentem conspiceres, ac quidnam riderem percunctareris. Nam cùm ridiculũ quiddam audirem, mirum in modum delectabar.* MERC. *Quódnam hoc erat.* CHA. *Cùm quidam ab amicorum quopiam ad cœnam, opinor, vocatus esset, in posterum (inquit) diem veniam, maximé. atque interim dum hæc diceret, tegula quædam nescio quo deturbante à tecto in caput huic irruens, ipsum necauit. Risi ergo hominem, vt qui promissa minimè præstaret. Sed & nunc quò magis audiam, magisq; videam, descendendum mihi censeo.* MERC. *Quietus es. nam & huic malo remedium inuenero, atque incantatione qua-*

διηκέστερον ἐν βραχεῖ ἀφαιρῶ, παρ' Ὁμήρου τινὰ καὶ πρὸς τοῦτο ἐπῳδὴν λαβών. ἐπειδὰν εἴπω τὰ ἔπη, μέμνησο μηκέτι ἀμβλυώττειν, ἀλλὰ σαφῶς πάντα ὁρᾶν. Χά. λέγε μόνον. Ερ. Ἀχλὺν δ' αὖτοι ἀπ' ὀφθαλμῶν εἷλον, ἣ πρίν ἐπῆεν, Ὄφρ' εὖ γινώσκῃς ἠμὲν θεὸν, ἠδ' ἠμὲν ἄνδρα. Χά. τί ὄφελος; Ερ. ἤδη ὁρᾷς. Χά. ὑπερφυῶς γε. τυφλὸς ὁ λυγκεὺς ἐκεῖνος, ὡς πρὸς ἐμέ, ὥστε σὺ τὸ ἐπὶ τούτῳ πεδιάσαι με, καὶ ἀρκεῖν ἐρωτῶν γε. ἀλλὰ βάλε καλὰ τὸν Ὁμηρον λαβὼν ἔρωμαί σε, ὡς μάθῃς ὁπόσον σὺ τοῦ ἀμείνω ὄντα με τῶν Ὁμήρου; Ερ. καὶ πόθεν σὺ ἔχεις τί τῶν ἐκείνου ἐπαῖσαι, ναύτης ἀεὶ καὶ πρόσκωπος ὤν; Χά. ὁρᾷς; ὀνειδισικὸν τοῦτο ἐς τὴν τέχνην. ἐγὼ δ' ὁπότε διηπόρουν αὐτὸν ἀρθανόντα, ὡσπερὰ ραψῳδοῦντος ἀκούσας, ἔνιον ἔτι μέμνημαι· καί

ne quadam ab Homero acceptâ, videndi aciem acutissimam tibi vel breui reddidero. Ac posteaquam carmina ipsa pronunciâro, memoris non amplius hallucinari, verùm apertè cuncta contueri. CHA. Dic solum. MER.

Dimouit nubem, visum quæ texerat antè,

Vt tandem agnoscas qui sint hominésve, deíve.

CHA. Quid est? MERC. An non iam vides? CHA. Maximè, cæcus sanè Lynceus ille, si mecum comparetur. Itaque deinceps hoc primùm me velim doceas, mihique percuncta ti respondeas. Sed heus tu, vin' & ipsum me in Homericis versibus tecum agere; quò videlicet intelligas, néque ipsum me ab Homeri elegantia abhorrere? MERC. Vnde tu quæso illius aliquid scire posses, nauta cùm sis, & cum remis rem habeas? CHA. Videt, opprobria sunt hæc in artem. At ego cùm illum vita iam functum traijcerem, multa ex ordine cauentẽ audiui, quorũ nonnulla adhuc in memoria hærent. Porrò tem-

ὁ χειμὼν ὑμᾶς ὁ μικρὸς τότε λαβών. ἐπεὶ γὰρ ἤρξατο ἅδειν ὁ κάνυ ἀοιδήν τινα ὡδὴν τοῖς πλέουσιν, ὡς ὁ Ποσειδὼν σωφρονίσειε τὰς νηφέλας, καὶ ἐτάραξε πόντον, ὥσπερ τῷ ῥώμῃ τινὰ ἐμβαλὼν τῷ τριαίνῃ, καὶ πάσας τὰς θύελλας ὀρόθυνε, καὶ ἅμα πολὺ ὑπὸ τῶν κητῶν τὸν θάλασσαν ἀνὸ τὸ ἐπὶ τῶν, χεῖμὼν ἄφνω καὶ γνόφος ἐπέσχεν, ὀλίγου δεῖν πρεπέπτωκεν ἡμῖν τὸν ναῦν, ὅτι περ καὶ ναυτιάσας ἐκεῖνος, ἀπέμιξε τὰ ῥαψῳδιῶν τὰς πομπὰς αὐτῇ Σκύλλῃ καὶ Χαρύβδει καὶ Κύκλωπι. Ερ. ὁ χάλιπὸν ἦν ἴσως, ἐκ τοσούτου ἐμέτου ὀλίγα γὰρ διαφυλάττειν. Χά. ἀπὶ γάρ μοι. Τίς γὰρ ὅδ' ὦν μάχιμος ἀνὴρ, ὑψηλὸς τε μέγας τε, Ἐξοχος ἀνθρώπων ἐπιφαλὼ, καὶ εὐρέας ὤμους. Ερ. Μίλων οὗτος, ὁ ἐκ Κρότωνος ἀθλητής. ἐπικροτοῦσι δ' αὐτῷ οἱ Ἕλληνες, ὅτι τὸν ταῦρον ἀράμενος, φέρει διὰ τοῦ σταδίου μέσου.

rò tempestas non mediocris tum nobis incubuit. Etenim posteaquam cantilenam quandam nauigantibus non admodum prosperam neque salutarem fuisset auspicatus, [n] carminum vi impulsu Neptunus, & nubes conuocauit, atque tridente velut vnco quodam hamo iniecto, cùm fluctuum procellas excitauit, tum alijs multis turbis vniuersum miscebat mare, adeò vt parùm abfuerit quin tempestas quæ vnà cum densa caligine imminebat, nauem nobis subuertisset. Tum ergo & ille nauseabundus, bonam carminum partẽ Scyllæ & Charybdi euomuit: sed & Cyclopi. MER. Non ergo difficile fuit, ex tanto vomitu paucula alia quæ reseruare. CHA. At dic mihi,

Crassus & ille quis est,
vir magnus, conspicuusq;,
Vertice sublimi, atq; humeris latissimus amplis?

MER. [o] Milo Crotoniata hic est athleta. Applaudunt autẽ ei Græci, quòd taurũ sublatum solus per mediũ ferat stadium.

CHA.

Χά. καὶ πόσῳ δικαιότερον ἄρ' ἐμὲ, ὦ Ἑρμῆ, ἐπαινοῖεν, ὃς αὐτόν σοι τὸν Μίλωνα μετ' ὀλίγον ξυναβὼν, ἐνθήσομαι εἰς τὸ σκαφίδιον, ὁπόταν ἥκῃ πρὸς ἡμᾶς, ἀπὸ τοῦ ἀμαχωτάτου τῶν ἀνταγωνιστῶν καταπαλαισθεὶς τῷ θανάτῳ, μηδὲν ξυνιεὶς ὅπως αὐτὸν ἐπόσκιλίσῃ; λάθρα οἰμώξεται ἡμῖν δηλαδὴ, μεμνημένος τῶν στεφάνων τούτων, καὶ τοῦ ταύρου. νυνὶ δὲ μέγα φρονεῖ, θαυμαζόμενος ἐπὶ τῇ ταύρου φορᾷ. τί οὖν οἰκτῶμεν ἄρα ἐλπίσαν αὐτὸν καὶ τεθνήξεσθαί ποτε; Ερ. πόθεν ἐπᾶν θανάτου νυνὶ μεμνημένον ἂν ἐν ἀκμῇ τοσαύτῃ; Μά. ἆρα τοῦτον, ὃν ἐς μακρὰν γέλωτα ἡμῖν παρέξοντα, ὁπότ' ἂν πλέῃ, μὴ δ' ἐλπίδα, ὄχ ὅπως ταῦρον ἔτι ἄραθαι δυνάμενον. σὺ δέ μοι ἐκεῖνο εἰπὲ, τίς τ' ἂρ ὅδ' ἄλλος, ὁ σεμνὸς ἀνήρ; ὄχ ἕλλην,

CHAR. *At quantò iustiori causa, ô Mercuri, ipsum me laudibus veherent, qui paulò pòst ipsum tibi Milonem, quantus est, correptum in nauiculam imponam? nempe vbi à morte inuictissimo aduersario luctâ superatus ad nos venerit, quando nec ipse planè intelliget qua cruris implicandi ratione sit deiectus: tum profectò nobis plorabit, recordatus & harum coronarum, & huius applausus. Nunc autem quia propterea quòd taurum gestârit, est admirationi, grandia sapit, ac mirificè sibi placet. Quid ergo de ipso arbitrabimur? Num quòd mortem etiam aliquando sibi immineret speret?* MER. *Quid? ille mortis recordaretur in tanto flore?* CHAR. *Missum hunc face, ô Mercuri, risum nobis haūd ita multò pòst exhibiturum, quando videlicet nobiscum nauigans, ne culicem quidem amplius, nedum taurum ferre poterit. Sed illud tu mihi dicas velis, quis alius ille vir grauis, ac seueritate quadam verendus, nec tamen Græcus,*

λω, ὡς ἔοικεν ἀφ' ἑτέρου τοῦ σοφοῦ. Ερμ. Κῦρος, ὦ Χάρων, ὁ Καμβύσου, ὃς τὴν ἀρχὴν παρὰ Μήδων ἐκτήσατο, νικῶν Περσῶν πρῶτος ἐποίησεν ἑαυτόν, καὶ Ασσυρίων ἐναγχος οὗτος ἐκράτησε, καὶ Βαβυλῶνα παρεσκεύασε, καὶ νῦν ἐπασείοντι ἐπὶ Λυδίαν ἔοικεν, ὡς καθελὼν τὸν Κροῖσον, ἄρχοι ἁπάντων. Χά. ὁ Κροῖσος δὲ πῇ ποτε μαχεῖται; Ερμ. ἐκεῖσε ἀπόβλεψον εἰς τὴν μεγάλην ἀκρόπολιν, τὴν τριπλοῦν τάχος, Σάρδεις ἐκεῖναι. νῦν τὸν Κροῖσον αὐτὸν ὁρᾷς, ἕδραν ἐπὶ λιθίνης χρυσοῦς καθήμενον, Σόλωνι τῷ Αθηναίῳ διαλεγόμενον; βούλει ἀκούσωμεν αὐτῶν, ὅ, τι καὶ λέγουσι; Χάρ. πάνυ μὲν οὖν. Κροῖσ. ὦ ξένε Αθηναῖε, ἔδου γάρ μου τὸν πλοῦτον, καὶ τοὺς θησαυρούς, καὶ ὅσος ἄσημος χρυσός ἐστιν ἡμῖν, καὶ τὴν ἄλλην σκευοθήκην, ἐπίμοι, τίνα ἡγῇ τῶν πάντων ἀνθρώπων εὐδαιμονέστατον εἶναι; Χάρ. Τί ἆρα ὁ Σόλων ἐρεῖ; Ερμ.

eus, quantum ex peregrino habitu cõiici poteſt? MER. Cyrus, ô Charon, Cambyſis filius, qui imperium quod olim Medi obtinebant, ad Perſas tranſtulit, atque idem Aſſyrios nuper deuicit, & Babylonem expugnauit. ad hoc exercitum in Lydiam traducere iam parat, hoc iam in animo deſtinans, vt Cræſo ſuperato imperium habeat in omneis. CHA. At Cræſus vbi tandem ille? MER. Illorſum oculos deflecte in magnam illam arcem, quæ triplici muro eſt ſepta, Sardeis illæ. Annon Cræſum ipſum vides in aureo ſedentem ſolio, ac cum Solone illo Athenienſe diſſerentem? Vis auſcultemus, qua de re verba faciant? CHA. Volo, ô Mercuri. CROESVS O' hoſpes Athenienſis, quia iam diuitias noſtras vidiſti, theſauros ſcilicet, & quantũ nobis auri ſit rudis, tum & aliam ſupellectilem preciosam: dic mihi, quénam omnium hominum felicisſimum arbitraris? CHAR. Quid tandem dicet Solon?

Ερμ. θάῤῥει, οὐδὲν ἀγεννὲς, ὦ Χάρων. Σόλ. ὦ Κροῖσε, ὀλίγοι μὲν οἱ εὐδαίμονες· ἐγὼ δὲ ὧν οἶδα, Κλεόβιν καὶ Βίτωνα ἡγοῦμαι εὐδαιμονεστάτους γενέσθαι, τοὺς ἱερείας παῖδας. Χάρ. Ἀργεῖον φησὶν οὗτος, τὸν ἅμα πρώην ἀποθανόντας, ἐπειδὴ τὴν μητέρα ἐπεδείκνυτον, εἰλκυσθαι ἐπὶ τῶν ἀφύκτων. ἄγει πρὸς τὸ ἱερόν. Κροῖσ. ἔσω, εἰ τοίνυν τὰ πρῶτα ἐκεῖνοι τῆς εὐδαιμονίας· ὁ δεύτερος δὲ τίς ἂν εἴη; Σολ. Τέλος ὁ Ἀθηναῖος, ὃς καὶ τὸν βίον, καὶ ἀποθανὼν ὑπὲρ τῆς πατρίδος. Κροῖσ. ἐγὼ δὲ διάβαρμα, εἰ δοκῶ καὶ εὐδαίμων εἶναι; Σόλ. οὐδέπω οἶδα, Κροῖσε, ἢν μὴ πρὸς τὸ τέλος ἀφίκῃ τοῦ βίου. Ὁ γὰρ θάνατος ἀεὶ βέβαιος ἔλεγχος τοῦ βίου τῶν, ᾧ τὸ ἄχρι πρὸς τὸ τέρμα εὐδαιμόνως δεδιῶναι. Χάρ. διάπλασα, ὦ Σόλων, ὅτι ἡμῶν οὐκ ἐπελέλησαι, ἀλλὰ τὸ πορθμεῖον αὐτὸ ἀξιοῖς γνῶναι τοῖς περὶ τῶν τοιούτων μείζοσιν. ἀλλὰ τίνας ἐκείνους

MERC. Otioſos es animo, nihil, ô Charon, vel ingeneroſum, vel contemnendum. SOL. Felices quidem admodum pauci: verùm ex his quos ego noui, Cleobin & Bitonem ſacerdotis filios, arbitror felicisſimos extitiſſe. CHAR. Argiuæ ſacerdotis hic dicit: quinuper poſtquam matrem vehiculo inſidentem ad ſacrarium vſque, ipſi iugum ſubeuntes, adduxiſſent, è viuis ſtatim exceſſerunt. CROES. Eſto, habeant illi felicitatis primas: at quis tenebit ſecundas? SOL. Tellus Athenienſis, qui præterquàm quòd benè vixit, mortem etiam pro patria abire non recuſauit. CROES. Ego verò, ô ſcelus, non tibi videor felix eſſe? SOL. Nondum, ô Cræſe, ſtatui, quod necdum ad vitæ metam perueneris. rectiſsimus enim eius rei index ac certiſsimus mors ipſa exiſtit, & vita ad finem vſque feliciter perducta. CHA. Optimè facis, ô Solon, quòd noſtri non es oblitus, quoniam cymbam ipſam his de rebus iudicare cenſes. Sed quinam illi, quos

ἐκείνους ὁ Κροῖσος ἐκπέμπει, ἢ τί καὶ ἐπὶ τῶν ὤμων φέρουσι; Ερμ. πλίνθους ὦ Πυθίῳ χρυσᾶς ἀνατίθησι, μισθὸν τῶν χρησμῶν. ὑφ' ὧν καὶ ἀπόλλεται μικρὸν ὕστερον. φιλόμαντις δὲ ἀνὴρ ἐκ τόπους. Χάρ. ἐκεῖνο γάρ ὅτιν ὁ χρυσὸς, τὸ λαμπρὸν, ὃ ἀφαλοῦται τὸ ὑπωχρον μετ' ἐρυθήματος; νυνὶ γὰρ πρῶτον ἔλαμψε, ἀκούων ἀεί. Ερμ. ἐκεῖνο, ὦ Χάρων, τὸ ἀοίδιμον ὄνομα, καὶ πεμάχηζον. Χάρ. καὶ μὰ οὐχ ὁρῶ ὅ, τι ἀγαθὸν αὐτῷ πρόσεστιν, εἰ μὴ ἄρα τὸ τοῦνομα, ὅτι βαρυόνται οἱ φέροντες αὐτό. Ερμ. ἴσθα γὰρ οἷ-σθα, ὅσοι πόλεμοι διὰ τοῦτο, καὶ ἐπιβουλαὶ καὶ νῆσοι, καὶ ἐπιορκίαι καὶ φόνοι καὶ λῃσμαὶ, καὶ πλοῦς μακρὸς, καὶ ἐμπορίαι καὶ δουλεῖαι; Χάρ. διὰ τοῦτο, ὦ Ερμῆ, τὸ μὴ πολὺ τοῦ χαλκοῦ διαφέρον; οἶδα γὰρ τὸν χαλκὸν, ὀβολὸν, ὡς οἶσθα, παρὰ τῶν καταπλεόντων ἑκάστου ἐκλέγων. Ερμ.

quos Crœsus emittit, aut quid humeris gestat? MER. *Aureos Pythio lateres dicat, oraculi eius mercedem, cuius beneficio paulò pòst peribit. Est enim vir ille plus æquo vatibus deditus, adeò vt omninò ex ipsis pendeat.* CHAR. *Et illud est aurum splendidum scilicet, quodque suppalidum refulget rubore? nunc enim, quæ antè iam sæpè de eo audierim, ipsum primùm video.* MERC. *Hoc celebre illud est nomen, cuius gratiâ tantoperè pugnatur.* CHA. *Atqui non video quonam precio commendetur: nisi hoc fortè ad rem pertinet, quòd qui ferunt, eo grauantur.* MERC. *Non enim nosti quot huius gratiâ bella, quot insidiæ, quot latrocinia, quot periuria, quot cædes, quot vincula, quámque longinqua nauigatio, quot mercaturæ, quot seruitutes.*

CHAR. *Propter hócne, ô Mercuri, quòd parum ipsi æri præstat? Nam æs noui, vt qui à singulis vectoribus (quod & tu ipse non ignoras) obolum cum delectu accipiam.*

Ερμ. ναί. ἀλλ' ὁ χαλκὸς μὲν πολύς, ὥστε ἀάνυ σπανίζεται ὑπ' αὐτῶν. ζῦτον δὲ ὀλίγον ἐκ πολλοῦ ζοῦ βάθους οἱ μεταλλεύοντες ἀνορύττουσι, πολλὰ μὲν ἐκ τῆς γῆς καὶ οὗτος, ὥσπερ ὁ μόλιβδος, καὶ τἆλλα. Χάρ. θαυμάζω τινὰ λίαν τῶν ἀνθρώπων τὴν ἀβελτερίαν, εἰ τοσοῦτον ἔρωτα ἐρῶσιν ὠχροῦ καὶ βαρέως χρώματος. Ερμ. ἀλλ' ὁ Σόλων γε ἐκεῖνος, ὦ Χάρων, ἐρᾷν αὐτὸ φαίνεται, ὡς ὁρᾷς. καταγελᾷ γοῦν τοῦ Κροίσου, καὶ τῆς μεγαλαυχίας ζοῦ βαρβάρου. καί μοι δοκεῖ, ἐρωτᾷ τι βούλεσθαι αὐτόν. ἐπακούσωμεν δή. Σόλ. ἐπί μοι, ὦ Κροῖσε, οἷα γάρ τι δεῖσθαι τῶν πλούτων τούτων τὸν Πύθιον; Κροῖ. νὴ Δί', ὁ γὰρ ὅσιον αὐτῷ ἐν Δελφοῖς ἀνάθημα οὐδὲν ζοιοῦτον. Σολ. ἐκοιμῶ μακάριον οἷα τὸν θεὸν ἀφφάνειν, εἰ κλέπτοντός ἐν ζοῖς ἄλλοις καὶ πλίνθους χρυσᾶς; Κροῖ. πῶς γὰρ

MER. *Est ita vt dicis, ô Charon: verùm æs: quia magna est eius copia, non est in precio: aurum verò, & huius quidem parum, hi qui terræ venas scrutantur, ex immenso profundo effodiunt attamen ex terra proenit, quemadmodum & plumbum, & reliqua metalla.* CHA. *Insignem quandam hominum stultitiam narras, qui tanto amore prosequuntur rem tum pallidam, tum etiam grauem.* MER. *At Solon ille aurum minimè mirari videtur, vt & planè vides. Nam cùm Crœsum ipsum, tum verò maximè hominis barbari iactantiam deridet, adeò vt videatur etiam mihi hac ipsa de re Græsum velle percunctari. Quamobrem auscultemus.* SOL. *Dic mihi, ô Crœse, putásne s latera rum horum indigere Apollinem?* CROES *Per Iouem nullum enim ipsi est donarium Delphis suspensum tam magnificum.* SOL. *Arbitraris ergo te Deum beatum reddere, si inter alia multos tuo beneficio & aureos lateres possideat?* CROES. *Quid mi?*

γῆ ὦ; Σόλ. πολλώ μοι λέγεις, ὦ Χροῖσε, πενίαν ἐν τῷ οὐρανῷ, εἰς ἐκ Λυδίας μεταπέμψεσθαι τὸ χρυσίον θέλοντας, ἵν' ἐπιθυμήσωσι, Κροῖ. ποῦ γὰρ τοσοῦτον ἂν γένοιτο χρυσὸς, ὅσον παρ' ἡμῖν. Σόλ. ἔπειτα μοι, σίδηρον δὲ, φύεται ἐν Λυδίᾳ; Κροῖσ. οὐ πάνυ τι. Σόλ. τοῦ βελτίονος ἄρα ἐνδεεῖς ἐστε Κροῖσε, πῶς ἀμείνων ὁ σίδηρος τοῦ χρυσίου; Σόλ. ἵν' ἀκμαιότερα μηδὲν ἀγανακτῶν, μάθοις ἄν. Κροῖσ. ἐρώτα, ὦ Σόλων. Σόλ. πότερον ἀμείνους οἱ σώζοντάς τινας, ἢ οἱ σωζόμενοι πρὸς αὐτῶν; Κροῖσ. οἱ σώζοντες δηλαδή. Σόλ. ἆρ' οὖν ἂν Κῦρος, ὡς λογοποιοῦσί τινες, ἐπὶ Λυδοῖς, χρυσᾶς μαχαίρας σὺν ποιήσῃ τοῖς σφετέροις, ἢ ὁ σίδηρος ἀναγκαῖος τότε; Κροῖ. ὁ σίδηρος δηλαδή. Σόλ. καὶ εἰ μὴ τοῦτον παρασκευάσαιο, οἴχοιτο ἂν οἱ ὁ χρυσὸς εἰς Πέρσας ἀχμάλωτος. Κροῖ. ἀφίημί, ὦ ἄνθρωπε.

Σόλ.

ni? SOL. *Magnam mihi paupertatem in cœlo narras, ô Crœse, si deos, cùm fortè desiderent, aurum ex Lydia aduehere oportebit.* CROES. *Vbi enim alibi auri proueniret tantũ, quantum apud nos?* SOL. *Rursus illud mihi dicito: ferrum in Lydia nascitur?* CROE. *Non temerè.* SOL. *Potioris ergo rei indigni estis* CROES. *Quinam? ferrũ præstantius auro?* SOL. *Si citra stomachum respondere velis, facilè quidem intellexeris.* CROES. *Interroga tu modò, ô Solõ.* SOL. *Viri præstantiores? an qui seruant ac defendunt, an qui seruantur & defenduntur?* CROES. *Qui seruãt profectò.* SOL. *Quid ergo? Si (quemadmodum quidam narrant futurum) Lydos Cyrus adortus fuerit, aureósne gladios militi tuo facies, an ferro tum erit opus?* CREOS. *Ferro sanè, ferro.* SOL. *Et si huius copiam non apparaueris, futurum vt egregrium illud aurum captiuum ad Persas abeat.* CROES. *Bona verba, ô homo.*

Ἡλ. μὴ γένοιτο μὴν οὕτω ταῦτα, φάναι δ' οὖν ἐμὲ γε τὸν σίδηρον ὁμολογῶν. Κροῖσ. ἀκοιῶ γὰρ ὦ θεῶν κελεύεις σιδηρᾶς πλίνθους ἀναπτίθεσθαί με, τὸν δὲ χρυσὸν ὀπίσω αὖθις ἀνακαλεῖν; Σὺν δὲ σιδήρου ἐκείνος χαλεπώτατα. ἀλλ' εἴτε χαλκὸν, εἴτε χρυσὸν ἀναθῇς ἄλλοις μέλλοντι λῆμα καὶ Ἑρμαῖον ἴσχειν ἀνατεθεικώς, φωκεῦσιν ἢ Βοιωτοῖς, ἢ Δελφοῖς αὐτοῖς ἤ τινι τυράννῳ λῃστῇ. τὸ δὲ θεῷ ὀλίγον μέλει τῶν σῶν χρυσοποιῶν. Κροῖ. ἀεί σὺ μὲ ὦ πλούτῳ προσπολεμεῖς, καὶ φθονεῖς. Ἑρμ. οὐ φέρει ὁ Λυδὸς, ὦ Χάρων, τὴν παῤῥησίαν, καὶ τὴν ἀλήθειαν τῶν λόγων, ἀλλὰ ξένον αὐτῷ δοκεῖ τὸ πρᾶγμα, ὡς ἄνθρωπος ὀχ ὁπωσοῦν, τὸ δὲ πρεσβύτερον ἐλευθέρως λέγων· μεμνήσεται δ' οἶμαι μικρὸν ὕστερον ὧν Σόλωνος, ὅτε αὐτὸν δίκην ἀπόντα, ἐπὶ τὴν πυρὰν ἀνεχθῆναι.

ΣΟΛ. Dij meliora velint, quàm vt hæc hoc modo fiãt. Verùm tu hac via videris ferrum auro nobilius fateri. ΚΡΟΕΣ. Ferreos ergo lateres Deo me consecrare iubes, aurum autem reuocare? ΣΟΛ. Neque ferro illé indigueris, sed siue æs, siue aurum dicãris, aliis fanè futuram prædam ac possessionem suspenderis, & id quidem aut Phocensibus, aut Bœotijs, aut Delphis ipsis, aut etiam prædoni alicui tyranno. deus autem aurifices tuos planè nihil moratur. ΚΡΟΕΣ Semper tu quidem diuitias mihi inuides, & oppugnas. ΜΕΡ. Non fert delicatus hic Lydus, ô Charon, verborum & libertatem, & veritatem: quin ei peregrina quædam res & noua videtur, hominem obscuro loco natum, ac pauperem, ea quæ vrgeant, intrepidè dicere. Atqui haud ita multò pòst Solonis recordabitur: nimirum quando eum à Cyro captum, in constructum rogum oportebit conscendere.

Nam

ἅπασα γὰρ τῆς Κλωθοῦς τῷ ὠῷ ἀναγινωσκούσης, τὰ ἑκάστῳ ἐπικεκλωσμένα, ἐν οἷς καὶ ταῦτ' ἐγέγραπτο, Κροῖσον μὲν ἁλῶναι ὑπὸ Κύρου, Κῦρον δὲ αὐτὸν ὑπ' ἐκείνης τῆς Μασσαγέτιδος ἀναιρεθῆναι, ὁρᾷς τὴν Σκυθίδα, τὴν ἐπὶ ζεύγους ἵππου ζεύλευκοῦ ἐλαύνουσαν; Χάρ. νὴ Δία. Ερμ. Τόμυρις ἐκείνη ἐστί, καὶ τὴν κεφαλὴν γε ἀρτιμοῦσα ζεῦ Κύρου ἤδη, εἰς ἀσκὸν ἐμβαλεῖ πλήρη αἵματος. ὁρᾷς δὲ καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ, τὸν νεανίσκον; Καμβύσης ἐκεῖνός ἐστιν. οὕτως βασιλεύσει μετὰ τὸν πατέρα, καὶ μυρία σφαλεὶς ἐν τε Λιβύῃ καὶ Αἰθιοπίᾳ, τὸ τελευταῖον μανεὶς ἀφανεῖται, ἀφανίσας τὸν Απιν. Χάρ. ὦ πολοῦ γέλωτος. ἀπὸ νεῶ τίς ἂν αὐτοὺς προσβλέψειεν οὕτως ὑπερφρονοῦντας τῶν ἄλλων; ἢ τίς ἂν πιστεύσειεν, ὡς μετ' ὀλίγον οὕτως μὲν ἀχμάλωτος ἔσται, οὕτως δὲ τὴν κεφαλὴν ἕξει ἐν ἀσκῷ αἵματος; ἐκεῖνος

Nam quæ cuique Parcarum fuso sint decreta, ipsam Clotho nuper legentem audiui, in quibus & hæc erant scripta: Crœsum quidem à Cyro captiuum duci, ipsum autem Cyrum à Massageti de illa necari. Vidén' Scythicam illam fœminam candido vehentem equo? CHAR. *Per Iouem.* MERC. *Tomyris est, quæ sua ipsius manu Cyri caput detruncatum in vtrem cruore refertum intrudet. Sed & filium Cyri vides adolescentem? Cambyses ille est. Is patre defuncto in imperium succedet. Ac vbi mille modis errârit & in Lydia, & in Aethiopia, tandem insania correptus, occiso à se Api, migrabit è vita.* CHAR. *O risum inexhaustum. Sed numquis vel aspicere sustineat ipsos, adeò sibi præ cæteris placentes? aut etiam cui credibile videri poterit, illum scilicet paulò pòst fore captiuum, hûc autem caput in vtre sanguine pleno habiturum?*

ἐκεῖνος δέ τίς ἐστιν, ὦ Ἑρμῆ, ὁ πλὴν πορφυρᾶν ἐφεστάλα ἐμπεπορπημένος, ὁ τὸ διάδημα, ᾧ τὸν δακτύλιον ὁ μάγειρος ἀναδίδωσι, τὸν ἰχθῦν ἀναπεμὼν ὑπὸ ἀμφιῤῥύτῃ; βασιλεύς δέ τις οὐχὶ ἔμοιγε δοκεῖ εἶναι. Ερμ. εὖγε παροδεῖς, ὦ Χάρων. ἀπὸ Πολυκράτην ὁρᾷς τὸν Σαμίων τύραννον, πανευδαίμονα οἰόμενον εἶναι. ἀτὰρ καὶ οὗτος αὐτὸς ὑπὸ ζοῦ παρεστὼς οἰκέτου Μαιανδρίου παραδοθεὶς Ὀροίτῃ τῷ Σατράπῃ, ἀνασκολοπισθήσεται, ἄθλιος ἐκπεσὼν τῆς εὐδαιμονίας ἐν ἀκαρεῖ τοῦ χρόνου. καὶ ταῦτα γάρ τοι Κλωθοῦς ἐπήκουσα. Χάρ. εὖγε, ὦ Κλωθοῖ, γυναικῶς καὶ αὐτός. ὦ βελτίστη, καὶ τὰς λιφαλὰς ἀπότεμνε, καὶ ἀνασκολόπιζε, ὡς ἂν πᾶσιν ἄνθρωποι ὄντος. ἐν τοσούτῳ δὲ ἐπαιρέσθων, ὡς ἂν ἀφ' ὑψηλοτέρας ἀλγεινότερον διαπεσούμενοι. ἐγὼ δ' ἡδέσομαι, ὅτι γνωσθέντας αὖθις ἕκαστον γυμνὸν ἐν ᾧ σκαφιδίῳ, μήτε πορφυρίδα,

At quinam is est, ô Mercuri, cui pallam purpuream fibula nectit, quem corona adornat, cuiq; coccus piscis ventre dissecto annulum exhibet? in gente mari septa regis se nomine iactat? MERC. *Belle, ô Charon, quod interim occinis: cæterùm Polycratem Samiorum tyrannum vides, qui ipse se modis omnibus felicem putat: verùm & hic tandem ab assistente famulo Mæandrio Oroetæ satrapæ prodicus, in crucem suffigetur. Miser sanè, qui vel temporis momento ex vniuersa felicitate exciderit. Nam & hæc nuper ex Clotho audiui.* CHAR. *Præclarè, ô Clotho, ita & ipsos in crucē suffige, & eorum capita generosè detruncа, quò se homines tandem agnoscant, sed & tuo beneficio in sublime adeò ferantur, nimirum vt postea quantò altiori ruina, tantò grauiori dolore decidant. Porrò quod ad me attinet, quemcunque horum nudum in nauigio agnouero, eum maximè ridebo, quando neq; purpuram*

neq;

δία, μήτε τιάραν ἢ κλίνην χρυσῆν κομίζοντας. ΕΡ. καὶ τὰ μὲν τούτων οὕτω ἔξει. τὴν δὲ πληθύν, ὦ Χάρων ὁρᾷς, τοὺς πλέοντας αὐτῶν, τοὺς πολεμοῦντας, τοὺς δικαζομένους, τοὺς γεωργοῦντας, τοὺς δανείζοντας, τοὺς προσαιτοῦντας; ΧΑ. ὁρῶ ποικίλην τινὰ τυρβὴν, καὶ μικτὸν ταραχῆς τὸν βίον, καὶ τὰς πόλεις γε αὐτῶν ἐοικυίας ζωῖς σμήνεσιν, ἐν οἷς ἅπας μὲν ἴδιόν τι κέντρον ἔχει, καὶ τὸν πλησίον λυπεῖ. ὀλίγοι δέ τινες αὐτῶν, ὥσπερ σφῆκες, ἄγουσι καὶ φέρουσι τὸν ἀπὸ δείσεως. ὁ δὲ πεπτερωμένος αὐτοὺς ἐκταράττουσι οὗτος ὄχλος, τίνες εἰσίν; ΕΡ. ἐλπίδες, ὦ Χάρων, καὶ δείματα, καὶ ἄνοιαι, καὶ ἡδοναὶ, καὶ φιλαργυρίαι, καὶ ὀργαὶ, καὶ μίσος, καὶ τὰ τοιαῦτα. τούτων δὲ ἡ ἄγνοια μὲν κάτω ξυναναμέμικται αὐτοῖς, καὶ ξυμπολιτεύεταί γε καὶ Δίκα, καὶ τὸ μῖσος, καὶ ὀργὴ, καὶ

neq; regium capitis tegmen, deniq; neq; solium secum adferat aureum. MER. Et horum quidem fortuna sic se habebit. Sed & vastam quandam multitudinem vides, atque ex hac alios nauiganteis, alios bella gerenteis, alios in foro litiganteis, alios terram aratro proscindenteis, alios fœneranteis, postremò alios mendicanteis? CHA. Turbam quandam video variam ac promiscuã, & vitam perturbationũ plenam. Ad hæc ciuitates conspicio apum examinibus similes, in quibus proprium quendam peculiarémque singuli habent aculeum, quo sibi vicinos pungunt. Quidam autem ex ipsis velut crabrones, agúntque ferúntque imbecilliorem, ac viribus inferiorem. At agmen illud quod ex improuiso ipsos circumuolitat qnínãsunt? MER. Spes, ô Charon, & metus, & amentia, tum voluptas, auaritia, irã, odium, atque id genus alia. Ex his autem ignorantia infimæ turbæ est permista. Atque in eadem cum ipsis rep. degit irã, odium,

soluta naui mari se semel commiserit: verùm necessarium est, in pelago fluctuum arbitrio iactari & circumferri, nauseantem vt plurimùm, & metu perculsum, capiteque marinis fluctibus grauatum. Aequum verò fuerat, sub initium priusquàm vela ventis permisisset, conscensa specula explorare si mare esset nauigabile, & secundus flaret ventus Corinthum nauigare volentibus. Et per Iouem quidem gubernator quispiam optimus summo cũ iudicio illi deligendus fuerat: praterea nauis satis firma conquirenda, quæ tantis fluctibus & cursui par esse potuisset. HERM. *Est quidem, Luciane, quod dicis, nõ improbandum. Verùm enimuerò hoc satis certò scio, quòd si etiam per circulum omnes ad vnum accesseris, non tamen alios iuuenies neque duces meliores, neque gubernatores maiori peritia præditos quàm Stoicos. Atque si animus tibi est aliquando Corinthum perueniendi, illos sequendos esse putabis, per Chrysippi & Zenonis vestigia incedendo.* X *alioqui*

ſi ἀδωάτον. Λυκ. ὁρᾷς ζῦ
το, ὡς λοιπὸν, ὦ Ερμότιμε, ἔοι
κεν· ἔστι γὰρ ἂν αὐτὸ καὶ ὁ
τῷ Πλάτωνι ξυνοδοιπορῶν,
καὶ ὁ Επικούρῳ ἑπόμενος· καὶ οἱ
ἄλλοι μὲ ἀπιθάνως με εἰς τὴν
Κόρινθον, ἃ μὴ μετ' ἐκεί
νων. ὥστε, ἢ πᾶσι πιστεύειν
καὶ, ὅπερ γελοιότατον, ἢ ἀπι
στεῖν ὁμοίως· μακρῷ γὰρ ἀσφα
λέστατον τὸ τοιοῦτον, ἄχρις ἂν
εὑρωμεν τὰληθῆ ὑποσχόμε
νον, ἐπεὶ φέρε, ἐγὼ μαθόντος σοῦ
ἥκω, ἀγνοῶν ἔτι ὁπότερος ἐξ ἁπάν
των ὄντως ὁ ἀληθῶν ἑλοίμην
τὰ ὑμέτερα, εἰ πιστεύσας, ἀν
δρὶ φίλῳ· ἀτὰρ μόναις ἐμοὶ δοκεῖ
τὰς τῶν Στωϊκῶν, καὶ μίαν ὁδὸν
ἀδοιπορήσαντι ταύτην, ἔπειτα
θεῶν τις ἀναβιώσας ποιήσειε
Πλάτωνα καὶ Πυθαγόραν, καὶ
Ἀριστοτέλη, καὶ τὰς ἄλλας, οἱ δὲ
περιστάντες ἐρωτῷεν με, καὶ νῦ

Δί'

fruſtra hanc viam tentabis.

LVC. *Annón ſentis, ô Hermotime commune quiddam te dixiſſe? hauddubiè enim hoc ipſum dixerit & quiſque qui communem cum Platone viam ingreditur, & qui Epicurum ducem ſequitur, inſuper & alij, me videlicet Corinthum nunquam venturum, niſi cum illorum aliquo itineri memet accingam: ita vt neceſſarium mihi eſſe videam, aut omnibus ſine diſcrimine credere, quod abſurdiſſimum eſt: aut omnibus inxtà diffidere, quòd quidem multò tutiſſimum eſſe opinor, donec vera pollicentem inuenerimus.*

Y *Age verò, ſi quemadmodum nunc ignarus ſum, etiamnum certum non habens, quinam ex omnium philoſophantium ordine & numero verum diceret, veſtræ ſectæ me addicerem, habita tibi fide viro amico & familiari, attamen Stoicæ ſaltem philoſophiæ perito, tantúmque vnicam illam viam ingreſſo: poſtea verò deorum aliquis ab inferis in vitam reuocaret Platonem & Ariſtotelem, præterea etiam alios omnis generis philoſophos: illi autem circumſiſtentes interrogarent, & per*

Iouem

Δι' ἃς δικασηρίου ἀγαγοιῶ τοῦ, ὕβρεως ἕνας & δικά= ζοιντο λέγοντος. ὦ βέλτιστε Λυ= κῖνε, τί ποθὼν, ἢ τίνι ποτὲ πισεύσας, Χρύσιππον καὶ Ζή= νωνα προτίμησας ἡμῶν, πρε= σβυτέρων ὄντων παραπολύ, χθὲς καὶ πρώην γνωρίμους, μή= τε λόγου μεταδόντες ἡμῖν, μήτε παραθεὶς ὅλως, ὧν φαμὲν, ἃ ταῦτα λέγοις, τί ἂν ἀπρεπὲς ποιοῖμεν αὐτοῖς, ἢ ἐξαρκέσαι μοι, ἂν εἴπω, ὅτι Ερμοτίμῳ ἐπείσθην, φίλῳ ἀνδρί; ἀπὸ φαῦλον ἄν, οἶδ' ὅτι, ἡμᾶς, ὦ Λυ κῖνε, ἔχειν ἡμῖν, τὸν Ερμότιμον ἕτον, ὅστις ποτέ ἐστιν, ἀδ' ἐπι= στῆναι & ἡμᾶς· ὥστε οὐκ ἐχρῆν ἀ= πάντων καταγνῶναι, ἀδ' ἑρμήνεως ἡμῶν καταδιαι= τᾶν, ἀνδρὶ πισεύσαντα μίαν ὁδὸν ἐν φιλοσοφίᾳ, καὶ ἀδ' ταύτην ἴσως ἀκριβῶς κατανοήσαντι. οἱ δὲ γε νομο= θέται, ὦ Λυκῖνε, οὐκ ἔτω πε= πάνυσι τοῖς δικασταῖς ποιεῖν, ἀδ' ζῆν ἑτέρου μὲν ἀκούειν, τὸν

Iouem quoque in ius pertractum contumeliæ accusarent, dicentes: Quid verò passus es, optime Luciane, aut à quo persuasus Chrysippum & Zenonem nobis, qui multò antè fuerimus, proposueris, homines heri & paulò antè natos, cùm nos neque sermonis participes feceris, neque prorsus quæ loquamur tentaris? Quòd si hæc ab illis dicerentur, quid. nam illis responderem? An satis mihi fore existimas, si dixero me ab Hermotimo viro familiari ita persuasum esse? Atqui dicerent, sat scio: Nos verò, Luciane, quis ille sit Hermotimus, iuxtà cum imperitis ignoramus, sed neque ille nos nouit: quare æquum non fuit, omnibus in totum repudiatis nos indicta causa condemnare, fidem dantem viro vnicam tantùm in philosophia viam, sed neq; illam fortassè exactè satis perspectã habeti.

Z Sedenim legum conditores, ô Luciane, ad hãc modũ nõ imperant faciendum iudicibus, nimirum vt altero tantũ audito,

τὸν δ' ἕτερον οὐκ ἐᾶν λέγειν ὑπὲρ αὐτοῦ, ἃ οἴεται ξυμφέρειν, ἀλλ' ὁμοίως ἀμφοῖν ἀκροᾶσθαι, ὡς ῥᾷον ἀντεξετάζοντας τοὺς λόγους, εὐσκοπώτερον τὰ ληθῆ τε καὶ ψευδῆ, καὶ μὴ ἄνω ποσὶν οἷς φασιν διδόασιν ὁ νόμος ἐς ἕτερον διδασκαλεῖον ζητοῦντα, ἅπερ ἐκεῖνοι ἐρῶσιν αὐτός. εἰ τάχ' ἄν τις αὐτῶν καὶ προσερροιτό μοι, ἐπί μοι, λέγων, ὦ Λουκῖνε, εἴ τις Αἰθίοψ μηδεπώποτε ἄλλους ἀνθρώπους ἰδὼν, οἷοι ἡμεῖς ἐσμὲν, διὰ τὸ μὴ ἀποδεδημηκέναι τὸ παράπαν, ἔν τινι συνόδῳ τῶν Αἰθιόπων διατριβούσῃ, καὶ λέγοι μηδαμόθι τῆς γῆς ἀνθρώπους εἶναι λευκοὺς ἢ ξανθούς, μὴ δ' ἄπό τι, εἰ μέλανας, ἆρα πιστεύοιτ' ἂν ὑπ' αὐτῶν; εἰ δέ τις ἂν πρὸς αὐτὸν τῶν πρεσβυτέρων Αἰθιόπων, σὺ δὲ δὴ πόθεν ταῦτα, ὦ θρασύτατε, οἶσθα; ὁ γὲ

alteri facultas pro se loquendi ea, quæ ex vsu suo esse intellexerit, non concedatur: verùm vtrunque iuxtà audiendum esse præscribunt, quò faciliùs diuersis sermonibus inter se examinatis & perpensis, quæ vera, quæ falsa sint, inuenire queant. Quod nisi sic factitatum fuerit, permittit lex appellandi libertatem, vt in aliud iudicium ea transferantur, quæ illos loqui par est. α *Ai si quispiam fortasse illorum me interrogaret, dic mihi, inquiens, ô Luciane, si quis Aethiops, qui nunquam alios homines conspexisset, quales nos sumus, propterea quòd nunquam peregrè extra patriam profectus sit, in quadam corona & conuentu Aethiopum pertinaciter affirmaret, dicerétque nusquam genium homines albos aut flauos reperiri, neque vllum alterius coloris quàm nigros: nunquid alijs fidem suis dictis faceret? Diceret autem ad illum quispiam ex senioribus Aethiopibus. Tu verò vnde hæc cognita & explorata affirmas, audaciſsime? neque*

οὐ γὰρ ἀπελήμυσας παρ' ἡμῶν οὐδαμόσε, οὐδὲ νὴ Δία τὰ παρὰ τοῖς ἄλλοις οἴδας ἑκοῖά ἐστι, φαίλω ἄρ' ἔγωγε δίκαια ἐρωτῆσαι τὸν παρόντα; ἢ πῶς, ὦ Ερμότιμε, συμβουλεύεις; Ερ. οὕτω δικαιότατα γὰρ ἐκπλῆξαι δοκεῖ μοι. Λυ. καὶ γὰρ ἐμοιγε, ὦ Ερμότιμε, ἀλλὰ τὸ μετὰ τοῦτο οὐκ ἔτ' οἶδα ἂ ὁμοίως καὶ σοὶ δόξει· ἐμοὶ μὲν γὰρ καὶ τοῦδε πάνυ δοκεῖ. Ερ. τὸ ποῖον; Λυ. ἐπάξει δηλαδὴ ὁ ἀνὴρ, καὶ φήσει πρός με ὡδί πως, ἀναλαγὸν τοιοῦτόν τινα κεῖσθαι τὸν ἡμέτερον, ὦ Λυκῖνε, τὰ Στωϊκῶν μόνα ἀληθῆ, καθάπερ ὁ σὸς φίλος οὗτος, ὁ Ερμότιμος, ἀπελήλυθε μηδαμόσε, μήτε εἰς Πλάτωνος, μήτε παρὰ τὸν Επίκουρον, μὴ δὲ ὅλως πρός ἄλλον τινά. ἃ τοίνυν λέγοι,

neque enim vnquam à nobis ſuſcepta ad exteros populos profectione peregrinatus es, neque per Iouem qualia apud exteras nationes ſint, vnquam perueſtigâſti, aut præſens oculorum teſtimonio didiciſti. An verò hunc ſenem non rectè & grauiter ſentire prædicarem? Aut quid tu conſilij in medium adfers, Hermotime? HER. *Imò verò tuæ ſententiæ aſſentior: iuſtiſſimè enim mihi videtur eius temeritas ita poſſe compeſci.* LVC. *Et quidem mihi, ô Hermotime. Cæterùm quod poſthac dicturus ſum, quomodo tibi mecum conueniat, ſcire non poſſum: mihi quidem & illud iam valde perſuaſum eſt.* HERMOT. *Qualénam illud eſt?* LVCIAN. *Nempe vir ille probabili inductione inferet dicturus: ß Ergo abſurdè propoſitus eſt nobis quiſpiam, Luciane, qui ſalutem Stoicorum placita calluerit: quemadmodum amicus ille tuus Hermotimus, cùm nunquam peregrè profectus, neq; ad Platonis Academiâ ſe contulerit, neque apud Epicurum diuerterit, neque omninò cum alio quoquam familiaritatem contraxerit. Itaq; ſi dixe-*

ροι, μηδὲν οὕτω καλὸν εἶναι, μηδ' ἀληθὲς παρὰ ταῖς πολλοῖς, οἷα τὰ τῶν Στωϊκῶν ἐστί, καὶ ἃ ἐκεῖνοι φασίν, οὐκ ἂν εὐλόγως θρασὺς ἔναι δόξαι σοι, περὶ πάντων ἀφραινόμενος, καὶ ταῦτα, εἰ μὴ ἄλλως, οὐ λιπόπολιν ἐξ Αἰθιοπίας τὸν ἕτερον πόδα πεπαιδευμένον; τί βούλει, ἀποκείνωμαι αὐτῷ; τὰ ἀληθέστατον ἐκεῖνο λῆρος ἡμᾶς τὰς μὲν Στωϊκῶν καὶ πάνυ ἐκμανθάνομεν, ὡς ἂν κατὰ ταῦτα φιλοσοφῶν ἀξιῶντες. οὐκ ἀγνοοῦμεν δὲ καὶ τὰ ὑπὸ τῶν ἄλλων λεγόμενα· ὀφεῖ διδάσκαλον καὶ κἀκεῖνα μεταξὺ καὶ διέξιμεν πρὸς ἡμᾶς. καὶ ἀναπεπταμένα αὐτὰ, προσθεὶς αὐτός. ἢ νομίζεις ἐντεῦθα σιωπήσεσθαι ὑμῖν τὸς ἀμφὶ τὸν Πλάτωνα καὶ Πυθαγόραν καὶ Ἐπίκουρον, καὶ τὰς ἄλλους, οὐχὶ δὲ ἀναγελάσαντας ἂν εἰπεῖν πρὸς ἐμέ· οἷα ποιεῖ, ὦ Λυκῖνε, ἑταῖρός σου ὁ Ἑρμότιμος; ἀξιοῖ

rir nihil ita pulchrum aut ita verum inueniri apud omnes reliquos, qualia Stoicorum sunt, & quæ ab illis asseruntur: annon iure optimo temerarius & audax tibi videri debeat, de omnibus definiendi & pronunciandi authoritatem sibi sumens, maximè verò cùm tantùm vnius sectæ peritus sit, neque vnquam ex Aethiopia vel alterum pedem protulerit? Quid verò existimas illi respondendum esse? Num verissimum illud, nos videlicet Stoicis addictos, illorum philosophiam perdiscere, iuxta quam dignum putemus philosophari? & neque tamen nobis obscura sunt ea quæ dicuntur ab aliis: siquidem præceptor noster, & illa inter differendum proponit, refellens subuertensque illa satis argutè. Num verò existimas hoc responso audito tacituros esse Platonicos & Epicureos, tũ etiam alios? Annõn in risum soluti iure optimo ad me dicerent: Qualiana facit familiaris tuus Hermotimus, ô Luciane,

qui

ἀξιοῖ ταῖς ἀντιδίκοις περὶ ἡμῶν πιστεύειν, καὶ οἴεται ταῦτα ἅπαντα τὰ ἡμέτερα, ἀποῖα ἂν ἐκεῖνοι φῶσιν, ἃ οὐκ ἀδότως, ἃ λυπούμενοι τὰ ἀληθῆ. οὐκοῦν εἴ τινα καὶ τῶν ἀθλητῶν ἴδοι ἀσκούμενον πρὸ τοῦ ἀγῶνος, παλαίοντα εἰς τὸν ἀέρα, ἢ πυγμὴν κενὴν πληγήν τινα καταφέροντα, τὸν ἀνταγωνιστὴν δοκῶν παίοντα, ἰδὼν ἀνακηρύξει αὐτὸν ἀγωνοθέτης ὢν, ὡς ἄμαχόν τινα; ἢ ἐκεῖνα μὲν οἴεται ῥᾴδια ἔναι, καὶ ἀσφαλῆ τὰ πανυπόμενα, οὐδενὸς ἀνταιρομένου αὐτῷ, τῷ δὲ νίκην τοιαύτην κεῖσθαι, ὁπόταν καταχρήσηται τὸν ἀντίπαλον αὐτὸν, καὶ κρατήσῃ, ὃ δ' ἀπαγορεύσῃ, ἄλλως δὲ οὔ; μὴ τοίνυν μηδὲ Ἑρμότιμον, ἀφ' ὧν ἂν οἱ διδάσκαλοι αὐτοῦ σκιαμαχῶσι πρὸς ἡμᾶς ἀπόντας, οὕτω

qui dignatur aduersarijs de rebus nostris fidem habere, prorsus existimans eiusmodi esse omnia nostratia, qualia ipsi falsò confingunt & dictitant, quorum aut ipsi imperiti sunt, aut ipsam veritatem de industria celantes obfuscant improbi? A Aut igitur si viderit aliquem ex athletis exercentem se priusquam in arenam descenderit, calcitrantem in aëra, aut pugnis inanem quampiam plagam inferentem, quasi caederet aduersarium, illud ideo statim proclamabit præfectus certaminis esse inuincibilem? Aut non potius existimabit perfacile & tutum esse, ita pueriliter & iuueniliter Thrasonem gloriarum plenum agere, nullo aduersario illi repugnante: ipsam autem victoriam tunc primùm decernendam esse, quando aduersarium fortiter deiectum prostrauerit, & superior certando euaserit, altero lassitudine confecto, alioqui verò nequaquam? Proinde neque Hermotimus ab his quibus præceptores sui aduersum nos absentes in vmbra dimicant atque digladiantur,

illos

οἴεσθε κρατεῖν αὐτοὺς, ἢ τὰ ἐκείνοις τοιαῦτα εἶναι, ὡς ἀναπείσεσθαι ῥᾳδίως· ἐπεὶ τὸ τοιοῦτον ὅμοιον ἂν εἶναι τοῖς τῶν παιδίων οἰκοδομήμασιν, ἃ διαστρωσάσαντες ἐκεῖνοι ἀθρόως, αὐθις ἀναπίπτουσιν. ἢ καὶ νὴ Δία τοῖς τοξεύειν μελετῶσιν, οἱ μάρφη τινὰ σωθήσαντες, ἐπὶ κοντοῦ πήξαντες, οὐ πόρρω προθέντες, σκάλλονται ἀφιέντες, καὶ ἢν τύχωσί ποτε, καὶ διαπείρωσι τὰ κάρφη, ἀνίστανται αὐθις, ὡς τι μέγα ποιήσαντες, ἢ διιξελήλυθεν αὐτοῖς τὸ βέλος διὰ τῶν φρυγάνων. ἀλλ' οὐ Πέρσαι γε οὕτω ποιοῦσιν, οὐδὲ Σκύθαι ὅσοι τοξόται, ἀλλὰ πρῶτον μὲν αὐτοὶ κινούμενοι ἐφ' ἵππων, ὡς τὸ πολὺ τοξεύουσιν· ἔπειτα καὶ τὰ τοξευόμενα κινεῖσθαι ἀξιοῦσιν, οὐκ ἑστῶτα, οὐδὲ πεπαυμένους τὸ βέλος· εἶτ' ἐμπίπτει, ἀλλὰ διαδράσαντα, ὡς ἔνι μάλιστα,

illos victores esse putet: an ea quæ à nobis asseruntur, tam sine negocio posse refelli aut subuerti: quoniam illud persimile esset puerorum ædiculis, quas illi vt infirmas parare solent, ita protinus subuertunt ac diruunt. Aut per Iouem etiam his qui exercitio sagittandi sunt occupati, qui stipulis quibuspiam colligatis, & super contum fixis, nec ita procul positis, emisso telo iaculantur: ac si quando fortè fortuna collimantes scopum tetigerint, stipulasq; præfixas iaculo penetrauerint, illicò exclamant quasi re magna peracta, si telum per sarmenta euolârit. Cæterùm nequaquam ad hunc modum Persæ facere consueuerunt, sed neque Scythæ, quotquot illorum arcu & arte iaculandi præcellunt: verùm initiò ipsi equis insidentes, obequitando emittunt iaculum: deinde etiam ea ipsa faciunt mobilia, ad quæ arcu collimant, & non stabilia, aut sagittam expectantia donec inciderit, sed complurimùm fugientia, nempe feras,

πισα. θηρία γέ τοι ὡς τὸ πολὺ κατατοξεύσει, καὶ ὀρνίθων ἔνιοι τυγχάνουσιν. ἢν δέ ποτε καὶ ἐπὶ σκοπὸν δέῃ παραβλῶπα τῇ τόνῳ τῆς πλαγῆς, ξύλον ἀντίτυπον, ἢ ἀσπίδα βουβείνῳ πρόβλημα διηλαύνουσι, καὶ οὕτω πιστεύουσι καὶ διὰ ὅπλων σφίσι χωρῆσαι τοὺς ὀϊστούς. ἀπὸ τοίνυν, ὦ Λυκῖνε, παρ' ἡμῶν Ἑρμοτίμῳ, ὅτι οἱ διδάσκαλοι αὐτοῦ φρύγανα πρόβλημα κατατοξεύουσιν, ἔπειτα φασὶν ἀνδρῶν ὡπλισμένων κρατηκέναι. καὶ εἰκόνας ὑμῶν γραψάμενοι, πυκτεύουσι πρὸς ἐκείνας, καὶ κρατήσαντες, ὡς τὸ εἰκὸς, κρατεῖν ἡμῶν οἴονται. ἀλλὰ φαίημεν ἂν ἔγωγε πρὸς αὐτοὺς τὰ τοῦ Ἀχιλλέως ἐκεῖνα, ἃ φησι περὶ τοῦ Ἕκτορος,

ὃ γὰρ ἐμοῖς κόρυθος λύσει μεγάθυμος ἀγαυὸς
οἱ μίτρωτον.

ταῦτα μὲν οἱ ξύμπαντες, ἐν ᾧ μέρει ἕκαστος. ὁ Πλάτων δ' ἄν

ras, & maximè volueres feriunt. Quòd si nonnunquam scopus quoque feriendus est, emissi teli firmitate & impetu lignum transuersim obiectum, aut scutum bouinis coriis confectum præponentes, transfigunt: ac tunc quidem bonam spem habent fore vt eorum tela etiam per arma, vbi vsus veris, penetrent. Quapropter, ô Luciane, dic nostris verbis Hermotimo, præceptores eius sarmentorum seu stipularum fasciculos propositos telis petere: deinde ambitioiè gloriari homines armatos se deuicisse: insuper aduersus imagines nostras depictas pugilum more depugnare: quibus etiam, vt par est, superatos, nos prostratos esse existiment. Atqui vnusquisq; nostrûm ad illos dicere posse mus, quod ab Achille dictum est de Hectore:

Ille meam haudquaquam galeam, cristasq; comantes
Aspicere audebit——. Hæc quidem vno ore dicturi sunt omnes singulatim autem alius alia. Plato haud

ἆρ' ἄρ μοι δοκῇ καὶ διηγήσασθαί τι τῶν ἐν Σικελίας, ὃς ἄρ' ἐδῶς τὰ πλεῖστα. ὧν γὰρ Συρακουσίῳ Γέλωνι φασὶ δυσῳδὲς εἶναι τὸ σῶμα, καὶ τοῦτο ἐπιπολὺ διαλαθεῖν αὐτὸν, οὐδενὸς τολμῶντος ἐλέγχειν τύραννον ἄνδρα, μέχρι δή τινα γυναῖκα ξένην, σωφρονισθεῖσαν ὑπ' αὐτοῦ, τολμῆσαι καὶ εἰπεῖν ὅπως ἔχοι. τὸν δὲ παρὰ τὴν γυναῖκα ἐλθόντα τῇ ἑαυτοῦ ὀργίζεσθαι, ὅτι οὐκ ἐμήνυσεν πρὸς αὐτὸν, ἀδεᾶ μᾶλλον τὴν δυσωδίαν. τῇ δὲ παραστῆσθαι συγγνώμην ἔχειν αὐτῇ· ὑπὲρ γὰρ τοῦ μὴ πειρᾶσθαι ἄλλου ἀνδρὸς, μηδὲ ὁμιλῆσαι πλησίον, οἰηθῆναι ἅπασι τοῖς ἀνδράσι τοιοῦτό τι ἀποπνεῖν τοῦ σώματος. καὶ Ἑρμότιμος τοιγαροῦν, ἅτε μόνοις τοῖς Στωϊκοῖς ξυνὼν, φαίη ἄν ὁ Πλάτων,

haud dubiè mihi videtur aliquid narraturus eorum quæ facta comperit in Sicilia, quorum non pauca habet comperta. Siquidem perhibent Geloni Syracusiorum tyranno os fuisse putridum, infectumque graueolentia: id quod per multum temporis illum latuit, cùm nemo auderet ob hoc ipsum reprehendere, virum præpotentem tyrannide, donec illi mulier peregrina adducta, rem vt se haberet, sumpta audacia exposuisset. Qua re ille inflammatus iracundia, vxorem suam accessit, grauiter cum ea expostulans, quòd illi non palàm fecisset fœtidi oris graueolentiam, cùm eius vitiosa animæ probè fuisset conscia. Illa verò orauit sibi habendam esse veniam, propterea quòd nunquam antea vllum alium virum sit expérta, neque cum quoquam tam propè congressa, ita vt pro certo putârit in vniuersum omnes viros non aliam animam ore exhalare. Itaque Hermotimus, quia cum solitis Stoicis commercium habuit, proculdubiò diceret Platonem,

τῶν, εἰκότως ἀγνοεῖ ὁποῖα τῶν ἄλλων τὰ σώματά ἐστιν. ὅμοια δ' ἂν καὶ Χρύσιππος ἔφησε, ἢ ἔτι πλείω ταύτων, εἰ περ λιπὼν αὐτὸν ἄκριτον, ἐπὶ τὰ Πλάτωνος ὡρμήσαμεν. ποιησάσης τινὸς τῶν μόνῳ Πλάτωνι ὁμιλησάντων. ἵνα τῷ λόγῳ ξυνελών φημι, ἄχρις ἂν ἄδηλον ᾖ, τίς ἀληθὴς ὅτι προαίρεσις ἐν φιλοσοφίᾳ, μηδεμίαν ἀρέσθαι· ὕβρεως γὰρ ἐς τὰς ἄλλας τὸ διοῦτον.

Ηρ. ὦ Λυκῖνε, πρὸς τῆς Εὐσεβείας Πλάτωνα μὲν καὶ Ἀριστοτέλη καὶ Ἐπίκουρον, καὶ τοὺς ἄλλους ἀπρεμεῖν ἐάσωμεν· οὐ γὰρ καλ' ἐμὲ, ἀντα-γωνίζεσθαι αὐτοῖς. νῦν δὲ, ἐγώ τε καὶ σὺ, ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν ἐξετάσωμεν, εἰ τοσοῦτόν ἐστι τὸ φιλοσοφίας πρᾶγμα, οἷον ἐγὼ φημι αὐτὸ εἶναι. Αἰθίοπας δὲ, ἢ τὴν Γήλωνος γυναῖκα, τί ἔδει καλεῖν ἐκ Συρακουσῶν ἐπὶ τὸν λόγον;

to, non iniuriâ nescius est qualiánam aliorum sunt ora. Non dissimilia fortassè & Chrysippus diceret, & his etiam multò plura, si illo indemnato & indicta causa relicto ad Platonis Academiam à quodam eius assecla persuasus me reciperem. Iam, vt tandem paucissimis verbis totius rei summam complectar, ita statuo, dum quidem incertum fuerit quænam vera sit secta philosophandi, nullam esse eligendam, propterea quòd non careat contumelia, si hac electa, aliam neglexerit. HERM. Per societatem domesticam, Luciane, age Platonem quidem & Aristotelem, quinetiam Epicurum & alios missos faciamus. Neque enim ex dignitate mea est, vt aduersus illos ego confligam. Cæterùm nos duo, ego inquam & tu, accuratè discutiamus, num res philosophica tale quiddam sit, cuiusmodi ego esse affirmo. Aethiopas autem, aut Gelonis vxorculam, quorsùmmam opus erat ex Syracusis vsque ad nostrum colloquium accersere?

Λυ.

LVC.

Λυ. Ἀπ' ἐκεῖνοι μὲν ἀπίτωσαν ἐκ τοσούτων, ἃ σοι δοκοῦσι περιττοὶ εἶναι πρὸς τὸν λόγον· σὺ δὲ λέγε ἤδη, θαυμαστόν γάρ τι ἐρεῖν ἔοικας. Ερ. Δοκεῖ μοι, ὦ Λυκῖνε, καὶ πάνυ δυνατὸν εἶναι, μόνον τὰ τῶν Στωϊκῶν ἐκμαθόντα, εἶτα δίκην τὰληθὲς ἀπὸ τούτων λαβεῖν μὴ τὰ τῶν ἄλλων ἐπιξηλωθῆ τις ἐκμανθάνων ἕκαστα. οὗτοι δὲ σκόπει, μή τις λέγῃ πρὸς σὲ μόνον τοῦτο, ὡς οὐ δύο δυάδες τὸν τέτταρα ἀριθμὸν ἀποτελοῦσιν, ἆρα δοκεῖ περιττὸν σε ποιεῖσθαι τῶν ἄλλων, ὅσοι ἀριθμητικοί, μή τις ἄρα εἴη τῶν ἰδιωτῶν, ἢ ἐκεῖνα λέγων αὐτὰς εἶναι, ἢ αὐτίκα ἀδεὴς ἂν ὅτι ἀνὴρ ἀληθῆ λέγοι; Λυ. αὐτίκα, ὦ Ερμότιμε. Ερ. τί οὖν ὄφελός σοι δοκεῖ, ἐντυγχάνειν τινὰ μόνον τοῖς Στωϊκοῖς

LVC. *Sanè illos quidem missos faciamus, quandoquidem tibi ad noſtram diſceptationem parùm vtiles & ſuperuacanei viſi ſunt. Tu verò dic modò: appares enim ſimilis quiddam admirandi dicturo.* HERM. *Mihi equidem prorſus videtur, Luciane, omnibus modis fieri poſſe, eum qui tātummodo Stoicorum dogmata perdidicerit, ex illis ad vnguem cognitis verum noſſe, tametſi aliorū detrectis poſthabitis nequaquam ſingula perdiſcendo exeuſſerit. Conſidera verò tecum, ad hunc modum ratione inita, ſi quis hoc tantum ad te dixerit, duabus dyadibus numerum quaternarium abſoluí. Ergo tibi iam circumeundum eſt, & viritim exquirendum ab aliis omnibus, quotquot arithmeticæ non ſunt rudes, ne fortè quiſpiam inter illos ſit qui dicat, bis duobus quinque aut ſeptem conſtitui. Annón illicò tibi planum ſit eum virum vera dicere?* LVCIA. *Illicò quidem, ô Hermotime.* HERMOTIM. *Qui igitur tibi fieri poſſe non videtur, eum qui ſolùm in Stoicorum*

ιοῖς λέγουσι τἀληθῆ, πείθ-
θαί τι, αὐτοῖς, καὶ μικρὸν δεῖ-
θαι τῶν ἄλλων, ἐπόμενα ὅτι
οὐκ ἄν ποτε τὰ τέτταρα πλή-
τη γένοιντο, οὐδ' ἂν μυρίοι
Πλάτωνες ἢ Πυθαγόραι λέ-
γωσιν; Λυ. οὐδὲν πρὸς ἔ-
πος, ὦ Ερμότιμε· τὰ γὰρ ὁμο-
λογούμενα τοῖς ἀμφισβητουμέ-
νοις ἀκάρεσι, πάνυ διαφέρον-
τα αὐτῶν. ἢ τί ἂν φαίης εἶναι
πρᾶγμα τινὶ ἐν τυγχάνειν, λέγοντι
τὰς δύο δυάδας συντιθέ-
σας, τὸν πέντε, ἢ ἑπτὰ καὶ ἕνδεκα ἀριθ-
μὸν ἀποτελεῖν; Ερ. οὐκ ἔγω-
γε, ἢ μαίνοιτ' ἄν, ὁ μὴ τέτταρα
ξυμβαίνειν λέγων. Λυ.
τί δαί, ἐντετύχηκας πώποτε,
καὶ πρὸς Χαείτων περὶ ἀ-
ληθοῦς, Στωϊκῷ τινι, καὶ Ε-
πικουρείῳ, μὴ διαφερομένοις
περὶ ἀρχῆς ἢ τέλους; Ερ. ἔλα-
χιστα. Λυ. ὅρα τοίνυν, μή πως
μοι παραλογίσῃ, ὦ γενναῖε, καὶ
ταῦτα,

corum scholam inciderit veritatem dicentium, illorumque sermonibus planè persuasum, aliorum non ampliùs egere ductu & auspicijs, cum certus iam factus sit, nunquam fore vt quatuor quinque fiant, non si infiniti Platones aut Pythagoræ diuersum affirmauerint? LVC. Nihil aduersum, quod aiunt, dicis, ô Hermotime, cũ ea quæ omnibus iamdudum sunt certa & persuasa, reb. dubijs & incertis assimulare non dubites, longè latéque inter sese disidentia. Quid autem respõdes? essene aliquem quo cum tu sermonem sociaris, contendentem duas dyadas coniunctas, aut septenarium aut vndenarium numerum constituere? HERMOT. Haudquaquã ego, nisi fortasse per insaniã deliraret, negans ex his non nisi quatuor excrescere. LVCIAN. Quid autem? incidistine aliquando (& per Gratias verum dici volo) in Stoicum aliquem & Epicureum de rerum principijs, & bonorum fine inter se non disidentes? HER. Nunquam. LVCI. Proinde etiam atque etiam vide, ne tuis falsis & euanidis rationibus me fraudulenter

 decipias,

τᾶτα, φίλον ὄντα ζητοῦντων ἢ ἡμῶν, οἵτινές ἀληθύσειν ἐν φιλοσοφίᾳ, σὺ τοῦτο προαρπάσας, ἔδωκας φέρων τοῖς Στωϊκοῖς, λέγων, ὡς οὗτοί εἰσιν οἱ τὰ δίς δύο, τέσσαρα τιθέντες, ὅπερ ἄδηλον ἢ οὕτως ἔχει. φαῖεν γὰρ ἂν οἱ Ἐπικούρειοι ἢ Πλατωνικοί, σφᾶς μὲν οὕτω ξυντιθέναι, ὑμᾶς δὲ ἴσως ἕτερα λέγειν αὐτά. ἃ οὐ δοκοῦσί σοι τοῦτο ποιεῖν, ὁπόταν ὑμᾶς μὲν μόνον τὸ καλὸν, ἀγαθὸν ἡγεῖσθαι εἶναι, οἱ Ἐπικούρειοι δὲ τὸ ἡδύ; καὶ ὅταν ὑμεῖς λέγητε σώματα εἶναι ἅπαντα, ὁ Πλάτων δὲ νομίζει καὶ ἀσώματόν τι ἐν τοῖς οὖσιν εἶναι; ἀπ' ὀπίσω ἔφευ, πολυνικτικῶς πάνυ τὸ ἀμφισβητούμενον συναβών, ὡς ἀναμφιλόγως ἴδιον τῶν Στωϊκῶν δίδως αὐτὸ ἔχειν, καίτοι ἀντιλαμβανομένων τῶν ἄλλων,

decipias, maximè verò amicum tuum existentem. Cùm enim nos subinde quæramus quinam in philosophiæ studijs vera loquantur, tu nihil cunctatus hoc præoccupatum Stoicis attribuisti, dicens illos esse qui bis duo quatuor esse statuerint: quod quidem obscurum est nunquam se res habeat. fortasse enim dicerent Epicurei aut Platonici vestram hanc esse compositionem: nos autem quinque aut septem illa esse dicimus.[k] An non videntur hoc ipsum tibi egregiè præstare, cùm vobis hoc solum quod honestum est, bonum esse putantibus, Epicurei voluptatem summum bonum esse statuant? Et cùm vos pertinacissimè contendatis omnia esse corporea, Plato tamen eius opinionis est, vt censeat in rerum natura nonnihil quoque esse incorporeum. Et quod primo loco dixi, nimiùm auidè illud quod in dubio versatur, tanquam minimè dubitanter proprium illud Stoicis habendum tradidisti. Iam cùm alij hoc sibi vendicent,

ἄνδρ, καὶ τινὰ τούτων ἐξελθόντα, ἔνθα δὴ πείσεως μάλιστα, οἶμαι, δεῖ. ἂν μὲν δὴ πρόδηλον γένηται τοῦτο, ὡς Στωϊκῶν δεῖ μόνων, τὰ δὶς δύο, τέτταρα ἡγεῖσθαι, ὥρα γιγνώσκειν τοῖς ἄλλοις. ἄχει δ' ἂν αὐτὸ τοῦτο γένει διαμάχωνται, πάντων ὁμοίως ἀκουστέον, καὶ δόξαν ὅτι πρὸς χάριν δικάζειν δόξομεν. Ερ. ἔμοιγε δοκεῖς, ὦ Λυκῖνε, ξυνιέναι, πῶς βούλομαι εἰπεῖν. Λυκ. οὐκοῦν σαφέστερον χὴ λέγειν, ἐξηγητοῦ τι, ἀλλὰ μὴ τοιοῦτον φήσεις. Ερ. ἴσως τοιοῦτόν τι λέγω. θῶμεν γάρ τινας δύο ἐσεληλυθέναι εἰς τὸ Ασκληπιεῖον, ἢ εἰς τοῦ Διονύσου τὸ ἱερὸν, ἔπειτα μέντοι φιάλην τινὰ τῶν ἱερῶν ἀπολωλέναι, δεῖσθαι δή που ἀμφοτέρους ἐρευνηθῆναι αὐτοὺς, ὁπότερος ὑπὸ κόλπου ἔχει τὴν φιάλην. Λυ.

cent; dicántque illud esse, sanè ibi tum summo iudicio opus esse opinor. Porrò autem si apud omnes in confesso esset, solos Stoicos verè autumare bis duo esse quatuor, alijs mea quidem sententia conticescendum est. Quamdiu verò ea de re inter ipsos contentiosè dimicantes anceps est controuersia, omnes ex æquo audiendi sunt, aut compertum habere, videri nos ad gratiam ferre iudicium. HERMOT. Non videre mihi, Luciane, intellexisse quid dicere voluerim. LVCIAN. Ergo crassius & manifestius explicandum tibi erit aliud quippiam dicturo, tantum vide ne tale aliquid dehinc adducas. HERMOTIM. Scies actutum, cuiusmodi sit quod dico. λ Ponamus enim duos aliquos in Aesculapij aut Dionysij fanum ingressos, deinde phialam quandam è rebus sacris esse sublatam atque deperditam: haud dubiè iam summopere necessarium est, vt ambos inuestigatione habita perscrutemur, vtérnam illorum phialam in sinu abditam habeat.

Λυ. ἦ μάλα. Ερ. ἔχει ἢ πάντως ὁ ἕτερος. Λυ. πῶς γὰρ οὐ, εἴ γε ἀπόλωλεν; Ερ. ἐκεῖνον ἄρα παρὰ τῷ πρόσθεν εὕρητε οὐδὲν, ὅτι τὸν ἕτερον ἀπολύσατε, πρόδηλον γὰρ ὡς ἐκ ἔχει. Λυ. πρόδηλον. Ερ. καὶ εἰ μὲν εὑρίσκομεν ἐν τῷ προτέρου κόλπῳ, ὁ ἕτερος πάντως ἔχει, καὶ οὐδὲν ἐρεύνης οὐδὲ οὕτω δεῖ. Λυ. ἔχει γάρ. Ερ. καὶ ἡμεῖς δοίημεν, εἰ εὑρίσκομεν ἤδη παρὰ τοῖς Στωϊκοῖς φιάλην, ἐκ ἔτι ἐρευνᾶν ἡμᾶς ἄλλους ἀξιώσομεν, ἔχοντες ὃ πάλαι ἐζητοῦμεν; ἢ τίνος γὰρ ἕνεκα ἔτι κάμνοιμεν ἄν; Λυ. δῆλον, εἴ γε εὑρεῖτε, καὶ εὑρόντες ἔχοιτε εἰδέναι ὡς ἐκεῖνο ὧν τὸ ἀπολωλὸς, ἢ εἰ ὅλως γνώσιμον ὑμῖν ἔσται τὸ ἀνάθημα. νυνὶ δὲ, ὦ ἑταῖρε, πρότερον μὲν δύο εἰσὶν οἱ παρελθόντες εἰς τὸν νεὼν, ὡς ἀναγκαῖον ἂν τὸν ἕτερον κἀκεῖνον τὰ φώεια ἔχειν, ἀπὸ μάλα

LVC. Maximé. HER. Ommno autem alterum habere necesse est. LVC. Et cur non, si quidem deperdita est? HER. Proinde si apud priorem amissam phialam inueneris, alterum nequaquam exuendum esse putas. iam enim palàm est illam non habere. LVC. Sanè palàm est. HER. Et si in prioris sinu reperta non fuerit, alterum habere sanè consentaneum est: neq; hic longa perscrutatione opus est. LVC. Certè enim habet. HER. Ergo nos quoque si apud Stoicos phialam iam inuentã habemus, alios perscrutandos esse superuacuum & indignum existimamus, habentes quod dudum tanto opere quærebamus: aut quamobrem inani labore nos ipsos amplius defatigaremus? LVC. Nullius profectò gratia, si reperta phiala penes vos fuerit, illáq; inuenta pro certo compertum habetis illud ipsum esse quod erat deperditum: aut planè vobis cognitum est donarium. μ Iam verò, ô amice, non saltem duo sunt qui templum ingrediuntur, vt necessarium sit alterum habere rem furto subtractam, verùm profectò

μάλα πολλοί τινες. ἔτα καὶ τὸ ἀπολόμενον αὐτὸ ἄδηλον ὅ,τι ποτ' ἐστὶν, εἴτε φιάλη τις, εἴτε σκύφος, εἴτε στέφανος. ὅσοι γοῦν ἱερεῖς, ἄλλος ἄλλο εἶναι λέγουσι, καὶ οὐδὲ περὶ τῆς ὕλης αὐτῆς ὁμολογοῦσιν· ἀλλ' οἱ μὲν χαλκοῦν, οἱ δὲ ἀργύρου, οἱ μὲν χαλκοῦ, οἱ δὲ παμπόλλου εἶναι αὐτὸ φάσκουσιν. ἀνάγκη τοίνυν ἅπαντας ἀπολύσαι τοὺς ἀναθέντας, εἰ βούλει εὑρεῖν τὸ ἀπολωλός. καὶ γὰρ ἂν παρὰ τῷ πρώτῳ εὑρὼν χρυσῆν φιάλην χρυσῶν, ἔτι καὶ τοὺς ἄλλους σοι ἀπολυτέον. ΕΡ. διὰ τί, ὦ Λυκῖνε; ΛΥΚ. ὅτι ἄδηλον ἐστὶ φιάλη τὸ ἀπολόμενον· εἰ δὲ καὶ τοῦτο πάντων ὁμολογηθείη, ἀλλ' οὔτι γε χρυσῆν ἅπαντες φασὶν εἶναι τὴν φιάλην. εἰ δὲ καὶ μάλιστα γνώσεσθον. γὰρ οἱ, ὡς φιάλην ἀπόλοιτο χρυσῆν, καὶ σὺ παρὰ τῷ πρώτῳ εὑρὼν φιάλην χρυσῶν,

profectò illorum magna est copia. Deinde non minus obscurum est, quid illud tandem sit quod deperditum est, num phiala quæpiam, num scyphus, num corona. Quotquot enim sacerdotes sunt, subinde alius aliud esse affirmat: quippe qui neque de ipsa materia vnanimiter consentiunt, verùm hi ex ære, alij ex argento factum, partim autem aureum, partim verò argenteum illud esse dictitant. Itaque planè operæprecium esse vides, detractis vestimentis omnes in templum ingressos exui, si animus est rem amissam inuenire. Quanquam enim apud primum aurea phiala tibi reperta fuerit, nihilo secus tamen & cæteri pari opera sunt exuendi. HERMOT. Quamobrem, ô Luciane? LVCIA. Propterea quòd incertum sit, num phiala illud ipsum sit quod erat amissum. Tametsi verò & hoc vno ore omnes confessi fuerant, haud tamen omnes auream fuisse phialam confirmabant. Porrò autem vt maximè inter omnes constet auream, phialam esse amis-

πλὴν; οὐδὲ οὕτω πάνυ διερευνώμενοι τοὺς ἄλλους. οὐ γὰρ δήλον σοι, εἰ αὐτὴ ἐφ' ἑαυτῆς ἡ θεός. ἢ οὐκ οἴει πολλὰς φιάλας εἶναι χρυσᾶς; Ερ. ἔγωγε. Λυ. δοκοῖ δὴ ἐπὶ πάντας ἴεναι ἐρευνῶντα, καὶ τὰ παρ' ἑκάστῳ ἐυρισθέντα πάντα εἰς μέσον καταθέντα ἐπιβλέψαι ὅ, τί ποτε αὐτῶν πρέποι ἂν θεῖον κτῆμα οἰκεῖσθαι. καὶ γὰρ αὖ τὸ πλὴν πολλὴν ἀποράν παρεχόμενον, τοῦτό ἐστιν, ὅτι ἔκδηλος τῶν ἀποδυσομένων ἔχει τι πάντως, ὁ μὲν σκύφον, ὁ δὲ φιάλην, ὁ δὲ στέφανον. καὶ ὁ μὲν ἐκ χαλκοῦ, ὁ δὲ ἐκ χρυσοῦ, ὁ δὲ ἀργύρου. εἰ δὲ ὁ ἕκαστος, τοῦτο ἱερόν ἐστιν, ὁ δ' ἕτερον ἄλλο. πᾶσα τοίνυν ἀνάγκη ἀπορεῖν, ὅν τινα ἱερόσυλον εἴπῃς, ὅπου γε καὶ ἐπάντες τὰ ὅμοια ἔχομεν, ἄδηλον ἴσως ὅσις ὁ τὰ τοῦ θεοῦ ὑφηρημένος. ἔτι γὰρ καὶ ἰδιωτικὰ

sam, tamen ne sic quidem alios perscrutandi finem facies: neque enim tibi constabit, num Dei sit illa ipsa: aut non reputas infinitas esse phialas aureas? HERM. *Sanè censeo.* LVC. *Igitur omnibus modis necessarium est, perscrutantem omnes accedere, & illis quæ apud quemque inuenerit, in medium depositis, conijcere quidnam ex eisdem diuinum donarium potissimùm sit existimandum. Etenim quod omnium maximè dubio inuoluit animum, illud est, quòd vnusquisque exutorum aliquid apud se habeat, hic scyphum, ille phialam, alius coronam, & hic quidem ex ferro fabricatam, alter autem auream, tertius argenteam. Nondum verò clarum est & perspicuum, num hæc sit res sacra, quod habetur. Quare magnam tibi impositam esse vides necessitatem dubitandi, quémnam ex tanto numero sacrilegij insimules. Vbi verò omnibus essent paria & similia, iuxtà foret incertum cognitu, quinam diuina donaria sustulissent. sunt enim harum rerum possessiones etiam priuatæ*

καὶ ἴχαιρ. τὸ δ' αἴτιον τῆς ἀγνοίας ἔμ οἶμαι, τὸ ἀνεπίγραφον εἶναι τῷ ἀφλομένῳ φιάλῃ. θῶμεν γὰρ φιάλῃ ἀφλωλέναι, ὡς ἔγωγε ἐπιγέγραπτο τοῦ θεοῦ τὸ ὄνομα, ἢ τῶ ἀναθέντος, ἦλον ἂν ἐκάμνομεν, καὶ ἐυρόντες τῷ ἐπιγεγραμμένῳ, ἐπεπαύμεθ' ἂν ἀποδυόντες, καὶ ἐνοχλοῦντες τοὺς ἄλλους· οἶμαι δέ σε, ὦ Ερμότιμε, καὶ ἀγῶνας ἤδη γυμνικοὺς ἐωρακέναι πολλάκις. Ερ. καὶ ὀρθῶς οἴει. πολλάκις γὲ, καὶ πολλαχόθι. Λυ. ἦ οὖν ποτε καὶ περὶ τοὺς ἀθλοθέτας αὐτοὺς ἐκαθέζου; Ερ. νὴ Δία, ἵναγχος Ολυμπιάσιν ἐπὶ τὰ λαιὰ τῶν Ελλανοδικῶν, Εὐανδρίδα τῷ Ηλείῳ θέαν μοι προκαλαμβάνοντος, ἐν οἷς ἑαυτῶ πολίτας. ἐπεθύμουν γὲ ἐγγύθεν ἅπαντα ὁρᾶν τὰ παρὰ τοῖς Ελλανοδίκαις γιγνόμενα. Λυ. οἶσθα, ὅν τινα τρόπον κληροῦσιν, ὅν τινα ᾧ τινι χρὴ παλαίειν, ἢ παγ-

uatæ. Cæterùm ignorantiæ causam vnam esse arbitror, quòd nullo titulo inscripta sit deperdita phiala. Ponamus enim amissam esse phialam, quæ si Dei nomine, aut eius qui illum templo dicatam consecrauit, foret insignita titulo, minori in perscrutando labore defatigaremur, & ea quæ inscriptis uncula notata foret reperta, finem faceremus exeundi, & alios perturbandi. Opinor autem, Hermotime, iam te sæpenumero v gymnicis certaminibꝰ interfuisse. HER. Et rectè quidem opinaris: iam enim persæpe interfui. LVC. Nunquid igitur etiam aliquando iuxta Athlothetas consedisti? HER. Per Iouem nuper in Olympijs læuum latus iudicum sedendo claudebam, Euandrida Elei filio inter ciues suos spectaculum mihi præoccupante. Cupiebam enim singula propiùs inspecta cognoscere, quæ fierent circa iudices. LVC. Proinde etiam illud exploratum habes, qua sortiendi ratione vti soleant, cuinam cum quoꝙ luctandum,

ἢ παγκρατιάσαι; Ερμ. οἶδα γάρ. Λυκ. οὐκοῦν ἄμεινον σὺ ἄπωθεν, ἐγγύθεν δὲ ὁρᾶν. Ερμ. τὸ μὲν παλαιὸν, ἐπὶ Ηρακλείους ἀγωνοθετοῦντος, φύλλα δάφνης. Λυκ. μή μοι τὰ πάλαι, ὦ Ερμότιμε, ἃ δὲ ἔδει ἐγγύθεν, ἐκεῖνα λέγε. Ερμ. κάλπις ἀργυρᾶ πρόκειται ἱερὰ τοῦ Διός, εἰς ταύτην ἐμβάλλονται κλῆροι μικροὶ, ὅσοι δὴ κατὰ τὸ μέγεθος, ἐπιγεγραμμένοι. ἐγγράφεται δὲ εἰς δύο μὲν ἄλφα, ἑκατέρῳ, εἰς δύο δὲ τὸ βῆτα, καὶ εἰς ἄλλους δύο τὸ γάμμα, καὶ ἑξῆς καθὰ τὰ αὐτὰ, ἂν πλείους οἱ ἀθληταὶ ὦσι, δύο ἀεὶ κλῆροι τὸ αὐτὸ γράμμα ἔχοντες. προσελθὼν δὲ ὁ ἀθλητὴς ἕκαστος, προσευξάμενος τῷ Διΐ, καθεὶς τὴν χεῖρα εἰς τὴν κάλπιν, ἀμασπᾷ τῶν κλήρων ἕνα, καὶ μετ' ἐκεῖνον ἕτερον,

aut Pancratio decertandum sit. HERMOT. Plane perspectum habeo. LVC. Longè itaque promptiùs & meliùs tu expedies, qui ista propiùs & curiosiùs sis contemplatus. HERMOTIM. Apud priscos quidem præsidente in certaminibus Hercule, laurea folia. LVCIA. Ne mihi quæso priscorum instituta percenseas, Hermotime, sed quæ ipse coràm conspexisti, cedo. HERMOTIM. Initiò quidem ex urna argentea o Deo sacra in medium proponitur, in eam paruæ quædam sortes coniiciuntur, fabacea fermè magnitudine, literis inscriptæ. Inscribuntur autem duæ, vtraque videlicet litera α, deinde in alteras duas scribitur β, mox in alias γ, ac deinceps iuxta eandem rationem inscribuntur & reliquæ pro numero athletarum, si plures fuerint, ita vt semper binæ sortes iisdem sint insignitæ literis. Accedit deinde quisque ex athletis susceptis votis Ioui supplicans: immissáque in vrnam manu, vnam ex sortibus extrahit, & post

ἕτερον, καὶ παρίσως μαστιγοφόρον ἑκάστῳ, ἀντίκα αὐτοῦ τὴν χεῖρα, οὐ παρίχων ἀναγνῶναι ὅ, τι τὸ γράμμα ὄπιρ, ὁ ἀνίσπακτον. ἁπάντων δ' ἤδη ἐχόντων, ὁ Ἀλυτάρχης, οἶμαι, ἢ τῶν Ἐπανοδίκων αὐτῶν τις (οὐκ ἔτι γὰρ ζῶντο μέμνημαι) περιὼν, ἐπισκοπεῖ τοὺς ἀλήρους ἐν κύκλῳ ἑστῶτων. καὶ ὅτῳ τὸν μὲν τὸ ἄλφα ἔχοντα, ὧν τὸ ἕτερον ἄλφα ἀνίσπακτον, παλαίειν ἢ παγκρατιάζειν συνάπτει· τὸν δὲ τὸ βῆτα, ὧν τὸ βῆτα ὁμοίως, καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς ὁμογράμμους κατὰ ταῦτα. ὅτῳ μὲν γὰρ, ἂν ἄρτιοι ὦσιν οἱ ἀγωνισταὶ, οἷον ὀκτὼ ἢ τέσσαρες ἢ δώδεκα. ἂν δὲ περιττοὶ, πλείους, ἢ ἐλάττους, ἐννέα, γράμματι πλείονι ἑνὶ ἀλήρῳ ἐγγραφεῖν συμβαίνει αὐτοῖς, ἀντίγραφον ἄλλο οὐκ ἔχων. ὃς

post illum alius. Quibus singulis assistens ῳ flagellifer protensa manu obstat, ne legantur literæ, quæ à singulis extractæ sunt. Cæterùm vbi iam singuli singulas sortes habuerint, tum demum Alytarches, vt ego opinor, aut vnus ex iudicibus (neque enim amplius memoria teneo) circumeundo cõtemplatur & explorat sortes in circulo consistentium. Atqui ita eum quidem quia habuerit, cũ altero sortem α inscriptam habente, aut luctã, aut ρ Pancratio decertaturum committit. Deinde pari ratione etiam eum, qui β habet extractum, cum altero eiusdem literæ. qui tenor committendi seruatur etiam in alijs consimilium literarum sortes habentibus. Et hæc ratio componendorum athletarum, numero illorum æquali, seu pari existente, nimirum si octo, aut quatuor, aut duodecim illorum fuerint. Quòd si dispares accesserint, quinque videlicet, aut septem, seu nouem, tum litera quæpiam superuacua sorti inscripta, vnà cum alijs in vrnam mittitur, non habens literam sibi respondentem.

ὅς δ' ἂν τέτο ἀνασπάσας, ἐφεδρεύσας περιμένων, ἕως ἂν ἐκεῖνοι ἀγωνίσωνται. οὐ γὰρ ἔχει τὸ ἀντίγραμμα. καὶ ἔστι τοῦτο οὐ μικρὰ εὐτυχία τοῦ ἀληθοῦ, τὸ μίαν ἀεὶ μετὰ τῶν νικηφόρων συμπονεῖσθαι. ΛΥΚ. ἴσχ' ἀρίστα. ταύτῃ γὰρ ἐθρόμην μάλιστα. οὐκοῦν ἐννέα ἄνδρες, ἀντισπάσασιν ἅπαντες, καὶ ἔχουσι τοὺς ἡλίκους. νῦν οὖν δὴ (βούλομαι γάρ σε ἐπανορθίλιον ἀντὶ θεατοῦ ποιῆσαι) ἐπισκόπησον τὰ γράμματα· καὶ οὐ πρότερον αἴρου· μάθοις ἄν, ὅστις ὁ ἐφεδρός ἐστιν, ἢν μὴ ἐπὶ πάντας ἔλθῃς, καὶ συλλήξῃς ἀθλητάς. ΕΡΜΟΤ. πῶς, ὦ Λυκῖνε, τοῦτο φῄς; ΛΥΚ. ἀδύνατόν ἐστιν εὐθὺς εὑρεῖν τὸ γράμμα ἐκεῖνο, τὸ δηλοῦν τὸν ἐφεδρον. ἢν τὸ μὲν γράμμα ἴσως ἂν εὕροις, ὃ μὴν εἴσῃ γε, ἐκεῖνός ἐστιν·

Quicunque ergo illam extrahendo consecutus fuerit, aliis ad vltimum vsque præsidet, expectans donec alij finitis certaminibus decertauerint: neque enim habet literam suæ oppositam. Estque illa non mediocris athletæ felicitas: quippe qui adhuc viribus integer, cū defessis congressurus sit. LVCI. Iam quidem paulisper interquiesce. etenim illud est, cuius egebam maximé. ergo illorum iam nouem sunt, omnésque immissa in vrnam manu sortem extraxerunt. tu verò age iam circumeundo (pro spectatore enim certaminis, iudicis officium tibi deferam) contemplare literas. Haudquaquam enim credo priùs te cogniturum, quis ex illis præses dicendus sit, quàm ad omnes veneris, & illos inter se composueris. HERMOT. Quorsum verò ista dicis, Luciane? LVC. Horsum videlicet, quòd nullo modo fieri posse videatur, vt illicò reperiatur litera illa declarans præsidem: fortasse enim inuenire potes literam, incertus tamen eris num illa

sit,

ἐστιν ἐγὰρ προείρηται, ὅτι τὸ κ ἢ τὸ μ ἢ τὸ ι ὄψει τὸ χαροτονοῦν τὸν ἔφοδρον. ἀπ' ἐπειδὰν ὦν ἀντύχῃς, ζητῆς τὸν τὸ ἕτερον α ἔχοντα, καὶ εὑρὼν, ἐκείνους μὲν ἤδη συνέζευξας. ἐντυχὼν δ' αὖθις τὸ βῆτα, τὸ ἕτερον βῆτα, ἅπου ὄψει, ζητῆς τὸ ἀνάπαλον ὦν ἐνρισκύτι. καὶ ἐπὶ πάντων ὁμοίως, ἄχρις ἂν μοι πεπληφθῇ, ἃ τὸ μόνον γράμμα ἔχων τὸ ἀναπαγώνισον. Ερμοτ. τί δ', ἐκείνῳ πρώτῳ ἢ δευτέρῳ ἐντύχῃς, τί ποιήσεις; Λυκ. ὁμοίως. ἀλλὰ σὺ ὁ Ερμοδίκης, ἐθέλω ἀκοῦσαί σου, τί καὶ πράξας, πότερον αὐτίκα ἱερεῖς ἅτι αὐτός ἐστιν ὁ ἔφοδρος, ἢ δεύσας ἐπὶ πάντας ἐν κύκλῳ ἐλθὼν, ἰδὼν ἕκαστον αὐτῶν γράμμα ὅμοιόν ἐστιν. ὡς ἔγωγε μὴ ὄντος πάντων ἐλλήρους ἰδοις, ἂν ἄρ μάθοις τὸν ἔφοδρον. Ερμοτ. καὶ μάλα, ὦ Λυκῖνε, ῥᾳδίως

sit. neq; enim vlla exceptione prædictum est κ aut μ aut ι fore eam literam, quæ præsidem sit constitutura. Atqui vbi in α incideris, alius α habens tibi quærendus est: quo inuento, illos inter se ad congrediendum componis. Deinceps in β prolapsus, alterum β vbi sit studes inuestigare, quod inuento aduersum est. Ac ita quidem agis cum cæteris omnibus, donec ille tibi relictus fuerit, qui solitariam habuerit literam, nullum aduersarium indicantem. HER. Quid autem si ad illum fortè fortuna prima aut secunda vice delatus fueris? quid tum faciendum tibi videtur? LVC. Nihil equidem: verùm tu Græcorũ iudex, scire volo quid facturus sis, an actutũ eundem pro præside sis proclamaturus, aut potiùs putes omnes in circulo necessariò accedendos & inspiciendos esse, num vspiam consimilis penes aliquem relicta esset litera, ita vt nisi omnium sortes viritim tibi inspectæ fuerint, nunquã cognosces præsidem. HER. Atqui perfacilè scire possum, Luciane,

nouem

ῥᾳδίως ἂν μάθοιμι. ἐπὶ γὰρ τῶν ἐννέα λῶ, τὸ ε ἔνατον πρῶτον ἢ δεύτερον, οἶδα ὅτι ἔφεδρος ὁ οὗτος ἔχων ἐστί. ΛΥΚ. πῶς, ὦ Ἑρμότιμε; ΕΡΜ. ὅτω, τὸ α δύο αὐτῶν ἔχουσι, καὶ τὸ β ὁμοίως δύο, τῶν λοιπῶν δὲ τεττάρων ὄντων, οἱ μὲν τὸ γ, οἱ δὲ τὸ δ πάντως ἀνισπάσασι, καὶ ἀνήλωται ἤδη εἰς οὺς ἀθλητὰς ὀκτὼ ὄντας, τὰ τέτταρα γράμματα. δῆλον ὅν ὅτι μόνον ἂν ἔτω περιττὸν εἴη τὸ ἑξῆς γράμμα, τὸ ε, καὶ ὁ οὗτος, ἀνισπαστὸς, ἔφεδρος ἂν. ΛΥΚ. πότερον, ὦ Ἑρμότιμε, ἐπαινέσω σε τῆς σωφρονίσεως, ἢ θέλεις ἀνθέπω τάχα μοὶ δοκοῦντα, ὁποῖα ἂν ᾖ; ΕΡΜ. νὴ Δία, διαπορῶμαί τι, ὅ, τι ἂν δύνωμαι ἀνθαπτῆναι ἔχοις πρὸς τὰ εἰρημένα. ΛΥΚ. σὺ μὲν γὰρ, ὡς ἑξῆς πάντως γράφω μεμφόμενος γραμμάτων, ἔρηας, οἷον πρώτῳ τῷ α, δεύτερον

nouem illorum existentibus. Etenim se ε primo aut secundo loco inuenero, planè certus sum eum fore præsidem, qui eo sortem inscriptam habuerit. LVC. Quónam pacto, ô Hermotime? HERMOT. Ad hunc quidem modum: illorum enim duos α habere certum est. consimiliter etiam alij duo β sibi vendicant. Iam cùm adhuc quatuor sint reliqui, duos illorum γ, alteros δ extraxisse, dubium non est. Et iam quatuor literæ in octo athletas distributæ & absumptæ sunt. Pro certo igitur constat tantummodò superesse ε, quod qui extraxerit, præses haud dubiè constituitur. LVC. Virum igitur, Hermotime, collaudem ne ego te ob singularem ingenij tui industriam, an placet vt ea refellam quibuscunq; tandem probabiliter contradici posse reor? HERMOT. Ita per Iouem. vehementer enim animi pendeo, etiam atque etiam cogitans, quídnam his ratione probabili posses contradicere. LVC. Equidem tu, quemadmodũ literæ pinguntur ex ordine, dixisti, velut primo loco α ponitur, secundo

ρα δὲ τὸ β, καὶ κατὰ τὴν τάξιν, ἄχρις ἂν ἐς ἓν αὐτῶν τελευτήσῃ ὁ ἀριθμὸς τῶν ἀθλητῶν. καὶ δίδωμί σοι Ολυμπιάσιν ὅτῳ γίγνεσθαι. τί δαί, εἰ ἐξελόντες ἀτάκτως πρώτην γράμματα, ἐξ ἁπάντων τὸ χ, καὶ τὸ σ, καὶ τὸ ξ, καὶ τὸ κ, καὶ τὸ θ; τὰ μὲν γὰρ ἅπαντα τέτταρά, ἁπλᾶ ἐπὶ τῶν πλήρων τῶν ὀκτὼ γράφωμεν, τὸ δὲ ξ μόνον ἐπὶ ζοῦ ἐννάτου, ὃ δὴ καὶ δηλοῦν ἔμοιγε δοκεῖ τὸν ἔφορον, τί ποιήσεις πρῶτον εὑρὼν τὸ ξ; ζῶ δ' ἀγνώσῃ ἔφορον ὄντα τὸν ἔχοντα αὐτό, ἢν μὴ ἐπὶ πάντας ἐλθὼν, εὑρῇς δῆλον αὐτῷ συμφωνοῦν, ὃ γὰρ ἔχου, ὥσπερ νῦν, τὴν τάξιν αὐτῶν τεκμαίρεσθαι. Ερμότ. Δυσαπόκριτον ζητεῖς ἐρωτᾶς. Λυκ. ἰδοὺ δὴ καὶ ἑτέρως τὸ αὐτὸ ἐπισκόπησον. τί γὰρ ἐὰν μὴ δὴ γράμματα γράφωμεν ἐπὶ τῶν πλήρων, ἀπὸ τινὰ συμβάσεως καὶ χα-

cundo β, ac deinceps aliæ, secundùm illarum seriem, vsque ad vnam illam, in qua terminatur athletarum numerus. Et sanè facilè assentior tibi ita fieri in o Olympicis certaminibus. Quid autem si non seruato literarum ordine, quinque ex omnibus indiscriminatim eligeremus; videlicet ipsum χ, deinde σ, mox ξ, postremò κ, & θ? Quatuor itaque literæ, oclo sortibus inscribentur, ipsum autem ξ super nonam solùm, quo præses nobis indicabitur. Quid ergo iam facies statim sub initium literula ξ inuenta? Quomodo verò cognosces præsidem existentem eum, qui illam habuerit, nisi omnes accedens, nihil huius simile inueneris? Neque enim tibi integrum erit, quemadmodum nunc, ex illarum ordine cognoscendi præsidis coniecturam facere. HERMOT. Rem arduam ex me interrogas, ad quam vt tibi respondeam, mihi promptum non est. LVC. Ago, si placet, hoc ipsum alia ratione considerandum tibi proponam. Quid si nullis literarum figuris, sed signis quibusdam

& cha-

καὶ χαρακτῆρας, οἷα πολλὰ Αἰγύπτιοι γράφουσιν ἀντὶ τῶν γραμμάτων, λιμοκεφάλους τινὰς ὄντας, καὶ λεοντοκεφαλὰς ἀνθρώπους; ἢ ἐκεῖνα μὲν ἐάσομεν, ἐπείπερ ἀπόκοπά ἐστι φησὶ τὰ μονοειδῆ καὶ ἁπλᾶ ἐπιγράψωμεν, ὡς οἷόν τε, ἐξαίσανδρις ἀνθρώπους ἐπὶ δυοῖν λεπτοῖν, δύο ἵππους ἐπὶ δυοῖν, καὶ ἀλεκτρυόνας δύο, καὶ λύρας δύο· ἐννάτῳ δὲ λέοντι τῷ λεοντοφόρῳ τῷ λεπτῷ ἐν ἀρχῇ ἐντύχῃς, πρόσχες ἐξαπατᾶν ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ τὸν ἔφιππον ποιῶν, ἢν μὴ περιθεωρήσῃς ἅπαντας ἰδιώτας, εἴ τις καὶ ἄλλος ἔχει λέοντα ἔχων; ΕΡ. Οὐκ ἔχω ὅτι σοι ἀποκρινοῦμαι, ὦ Λυκῖνε. ΛΥΚ. Εἰκότως· οὐδὲ γὰρ εὐπρόσωπον οὐδέν. ὥστε ἢν ἐθέλωμεν ἢ τὸν ἔχοντα τὸν ἱερὰν φιάλην

& characteribus ſortes connotarentur, cuiuſmodi permulta literarum loco depingunt Aegyptij, puta homines canibus aut leoninis capitibus? Aut illa quidem, ſi videtur, miſſa faciamus; cùm ſint peregrina & exotica, & à noſtro inſtituto prorſus aliena. Age verò ſimplicia illa & vniformia ſortibus inſcribamus, quemadmodum fieri poteſt aſſimulantes, nimirum binis ſortibus homines, deinde binos equos alteris binis, mox duos gallos, poſtremò duos canes. Porrò nonæ, tanquàm præſtantiſſimæ, leonis imago inſculpta ſit. Proinde ſi mox initiò in ſortem leoninam ferentem imaginem incideris, quibuſnam coniecturis perſuaſus dicas eam eſſe, quâ præſes deſignatur, niſi omnes accuratè circumſpiciendo perluſtraueris, num quis etiam alius præter hunc adſit, habens ſortem leoniferam? HERMOT. Nihil habeo, Luciane, quod tibi ad hæc reſpondeam. LVC. Non iniuria. Neque enim video quid poſſit aptè reſponderi, adeò vt ſi animum induxerimus, aut eum inuenire penes quem ſacra ſit phialam

φιάλῃ ἰνρεῖν, ἢ τὸν ἔφι-
ορον, ἢ τὸν ἄεισα ἡγησόμενον
ἡμῖν ἐς ἐκὼ πόλιν ἐκείνην
τὴν Κόρινθον, ἐπὶ πάντας ἀ-
ναγκαίως ἀφιξόμεθα, καὶ ἐ-
ξετάσομεν, ἄκρως παρόμε-
νοι, καὶ ἀκριβοῦντες καὶ πει-
θανοποιοῦντες. πόλις γὰρ ἂν ἔ-
τω τάληθὲς ἐκμάθοιμεν, καὶ
εἴ γε τις μέλλει σύμβουλός
μοι ἀξιόπιστος ἔσεσθαι φιλο-
σοφίας πέρι, λίθῳ τινὰ φιλο-
σοφητέον, οὕτως ἂν εἴη μό-
νως ὁ τὰ ὑπὸ πάντων αὐτῶν
λεγόμενα εἰδώς. οἱ δ' ἄλλοι,
ἀλιτῆς, καὶ οὐκ ἂν πισεύ-
σαιμι αὐτοῖς, εἰς ἂν καὶ μιᾶς
ἀπείρατοι ὦσι· τάχα γὰρ ἂν
ἡ ἀείση ἐκείνη εἴη· οὐ γὰρ δὴ,
εἴ τις παρασησάμενος καλὸν
ἄνθρωπον, λέγοι ζῦτον εἶ-
ναι κάλλιστον ἀνθρώπων ἁ-
πάντων, πισεύσαιμι αὐ-
τῷ, λίθῳ μὴ εἰδείην, ὅτι πάντας
ἀνθρώ-

phiala, aut qui inter athletas præsidis loco habendus sit, aut cuius ductu & auspicio felicissimè in Corinthum vrbem illam florentissimam peruenire queamus, omnes necessariò accedendos esse putem, summáque diligentia detractis vestimentis, omnibus tentatis solertissimè exquirendos: etenim vix etiam sic veritatem indagantes perueſtigabimus. Quòd si quis mihi vnquam futurus esset consiliarius fide dignus super rebus philosophicis, contendens omninò operam esse nauandam philosophiæ studijs: ille demum solus erit, quem eorum quæ dicuntur ab omnibus, ad vnguem peritum esse cognouero. Reliquos autem omnes vt inutiles, & nulla re dignos contemnam, nihil fidei illis habiturus, donec etiam vnius fuerint nescij, quæ fortasse ex illis esse possit omnium optima. v Neque enim si quis adducto homine formoso dicat hunc ex omnibus hominem esse formosissimum, statim ille suis verbis mihi fidem facturus est, vt credam eum vera loqui, nisi certum habuero omnes homines illi visos esse: fieri enim fortasse potest, vt hic

homo

ἀνθρώπους ἑώρακεν, ἴσως μὲν γὰρ καὶ οὗτος καλὸς, ἀλλὰ πάντων κάλλιστος, οὐκ ἄν ἔχοι εἰδέναι, μὴ ἰδὼν ἅπαντας· ἡμεῖς δὲ οὐκ αὐτὸ μόνον καλοῦ, ἀλλὰ τοῦ κάλλιστα δεόμεθα, καὶ ἢν μὴ τοῦτο εὑρωμεν, οὐδὲν ἡμῖν πλέον πεπράχθαι ἡγησόμεθα. οὐ γὰρ ἀγαπήσομεν, ὁποίῳ δήποτε καλῷ ἐντυχόντες, ἀλλ' ἐκεῖνο τὸ ἀπρόσιτον ζητοῦμεν κάλλος, ὃ περ ἀνάγκη ἐν ἔναι. Ερμ. ἀληθῆ. Λυκ. τί οὖν; ἔχεις μοι τινὰ ἀπεῖραι ἁπάσης ὁδοῦ πεπειραμένον φιλοσοφίας καὶ ὃς τά τε τοῦ Πυθαγόρου καὶ Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους καὶ Χρυσίππου καὶ Ἐπικούρου, καὶ τῶν ἄλλων λεγόμενα οἶδεν, πλωτῶν μίαν ἕλκει ἐξ ἁπασῶν ὁδὸν, ἀληθῆ τε δοκιμάσας, καὶ πείρᾳ μαθὼν ὡς μόνη ἄγει τὸν τῆς εὐδαιμονίας. ἐγὼ γάρ τινα τοιοῦτον εὑροιμι,

homo non sit contemnendæ elegantiæ: quòd autem summæ sit inter omnes formæ & venustatis, scire haud quaquam possum, nondum visis omnibus. Nos porrò non formoso tantùm egemus, sed formosissimo: quem nisi inuenerimus, parum sudatum, & nihil actum esse putabo. Non enim contenti erimus, in qualemcunque tandem amabilis & honestæ formæ hominem incideri mus, verùm summam illam, qua maior esse non potest, formæ elegantiam perueſtigamus, quam necessariò vnam esse negare non potest. HERMOT. *Vera sunt hæc.* LV. *Quando ergo aliquem mihi produces totius in philosophia itineris peritum, quémque ea non fugiant, quæ cùm à Pythagora, tum à Platone, prætereà quæ ab Aristotele, Chrysippo & Epicuro, aliisq; omnibus dicuntur, & affirmantur? Denique qui vna via ex omnibus electa, experimento edoctus pro certo compertũ habeat, eam solam esse viam, quæ rectà ducat viatores ad felicitatem tantoperè quæsitã. Etenim si talem quempiam*

μὴ, παυσόμεθα πράγματα ἔχοντος. Ερ. ὀρθῶς, ὦ Λυκῖνε, τοιοῦτον ἄνδρα εὑρεῖν. Λυ. τί δὴ οὖν πράξομεν, ὦ Ερμότιμε; οὐ γὰρ ἀπαγορευτέον, οἶμαι, ἐπὶ μηδενὸς ἀγεμόνος· τοιοῦτος δέ γε τὸ παρὸν ὑπορεῖται ἡμῖν ἄρα τόδε πάντων μὲν ἀτρεμέστατον ἅμα, καὶ ἀσφαλέστατον, αὐτὸν ἕκαστον ἀρξάμενον, ἀπὸ πάσης σχεδὸν χωρεῖσθαι, καὶ ἐπισκέψασθαι ἀκριβῶς τὰ ὑπὸ πάντων λεγόμενα; Ερμ. ἔοικεν ἀπὸ γε τούτου, πλὴν ἐκεῖνό μὲν ἐναντίαν ἔχει, ὁ μικρῷ πρόσθεν ἔλεγες, ὡς ῥᾴδιον ἐπιδόντα ἑαυτὸν, καὶ πειράσαντα τῷ ὀθόνῃ, ἀναθαμμᾶν αὖθις. πῶς γὰρ οἷόν τε πάσας ἐπελθεῖν τὰς ὁδοὺς ἐν τῇ πρώτῃ, ὡς φῂς, καταστρεψομένῳ; Λυ. ἐγὼ σοὶ φράσω, τὸ τοῦ Θησέως ἐκεῖνο

piam quærendo consecuti essemus, desineremus nos molestis onerare negocijs. HERMOT. Haud quaquam, Luciane, eiusmodi vir inuentu facilis est. LVCIA. Quid igitur faciemus, Hermotime? neque enim animus abijciendus est. propterea quòd eiusmodi ducis inopia in præsentia laboramus. Ergo illud aggrediamur, quod factu mihi videtur multò consultissimum & tutissimum, vt quisque ab initio exorsus, omnes sectas percurrat, eaque accurata & diligenti indagine consultando examinet quæ dicta sunt ab omnibus. HERMOT. Quantum quidem tua verba intelligo, ita facto opus esse videtur, nisi quòd illud quod non multò antè à te dictum est, cum his mihi pugnare videtur, videlicet arduum & graue esse, eum qui vni viæ iam sese tradiderit, expansis denuò velis recurrere. Quomodo enim fieri potest, vt is qui in priori iam occupatus detinetur, reliquas omnes percurrat? LVCIA. Illud equidem paucis tibi expediam: nimirum Thesei insti-

νο μιμησόμεθα. καί τι λῖνον παρὰ τῆς τραγικῆς Ἀριάδνης λαβόντος, εἴσιμεν ἐς τὸν Λαβύρινθον ἕκαστον, ὡς ἔχειν ἀπραγμόνως μηρυόμενοι αὐτὸ ἐξεῖναι. Ερ. τίς ἂν ὄν ἡμῖν Ἀριάδνη γένοιτ' ἄν, ἢ πόθεν τὸ λῖνον ὑποριούμεθα; Λυ. θάρρει, ὦ ἑταῖρε, δοκῶ γάρ μοι εὑρηκέναι οὗ τινος ἐχόμενοι, ἐξελθοιμεν ἄν. Ερ. τί δ' ἔστι τοῦτο ὄφελος; Λυ. ὅτι ἐμοὶ ἔρως, ἅμα τινὶ σοφῷ, τὸ Νέστορι, καὶ μέμνησο ἀπιστεῖν. εἰ γὰρ μὴ ῥᾳδίως πιστεύσομεν ἀκούσαντες, ἀλλὰ δικαστικῶς αὐτὸ ποιῶμεν, ἀφέντες καὶ τοῖς ἐξῆς λόγον, ἴσως εὐμαρῶς ἂν τοὺς Λαβυρίνθους ἐκφύγοιμεν. Ερ. εὖ λέγεις, καὶ τοῦτο ποιῶμεν. Λυ. εἶεν· ἐπί τινα δὲ αὐτῶν πρῶτον ἐλθοιμεν ἄν; ἢ τοῦτο μὲν ὅλον διοίσει; ἀρξάμενοι δ' ἀφ'

tutum imitabimur, filoque à tragica illa Ariadne accepto, nullum non Labyrinthum ingrediemur, nec dubito quin sine negocio tantum ductu fili ita nobis licebit regredi. HERMOT. At vnde tandem nobis illa Ariadne comparebit aut vnde filum parabimus? LVCIA. Bonum habe animum, ô amice: iam enim videor mihi reperisse, cuius ductum sequuti, hauddubiè egrediemur. HERMOT. Quòdnam igitur illud est? LVC. Certè meum non est quod dicturus sum, sed cuiusdam ex sapientibus viri summi, nempe illud: Sobrius esto, & memento diffidendum esse. Etenim si minimè leuiter & facilè persuasi, quibusuis auditis fidem habuerimus, sed more iudicum, alijs quoque fandi copiam concesserimus, fortasse haud difficulter horum Labyrinthorum inextricabiles errores effugiemus. HERMOTIM. Bene sanè dicis. Illud quoq; nobis faciendum intelligo. LVC. Videlicet: cæterùm ad quem illorum omnium primùm nos conferemus? aut non permagni illud interesse putas? Ab eo tandem

quicum-

ὅ ἀφ' ὁτουῦν, οἷον ἀπὸ Πυθαγόρου, ἂν ὅτῳ τύχῃ. πόσῳ ἂν χρόνῳ οἰόμεθα ἐκμαθεῖν τὰ Πυθαγόρου ἅπαντα; καί μοι ἐξαίρει καὶ τὰ ἔτη ἐκεῖνα τὰ τῆς σιωπῆς. σοὶ δ' ἂν δοκῇ τοῖς νεήτῃ, ἐκανὰ τριάκοντα οἶμαι. ἐμοὶ δὲ μή, ἀλλὰ πάντως γε ἑκοσι. Ερ. θαυμαστῶς, εἶτα ἐξῆς τῷ Πλάτωνι θετέον ἄλλα τοσαῦτα ἕτερα, ἔτι μὲν καὶ Ἀριστοτέλει ὀκ ἐκάττω. Λυ. οὐ γὰρ Ερ. Χρυσίππῳ δὲ γε ὀκ ἔτι ἐρήσομαι ὁπόσοι, οἶδα γὰρ, παρὰ σοῦ ἀκούσας, ὅτι τριακόντα μόγις ἱκανά. Λυ. οὕτως. Ερ. εἶτα ἐξῆς Ἐπικούρῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις. ὡς δ' ἐγὼ καὶ τοῦτα τίθημι, ἐκεῖθεν μάθοις ἄν, ἢν ἐννοήσῃς, ὅσοι ὀγδοηκοντούτεις ἐσὶ Στωϊκοὶ ἢ Ἐπικούρειοι ἢ Πλατωνικοί, ὁμολογοῦντες μὴ πάντα ἐξηῦρῆσθαι τὰ τῆς ἑαυτῶν αἱρέσεως ἱκανῶς, ὡς

quicunque sit, incipiamus, nempe à Pythagora, quando quidem ita cessit. φ *Quàm tum verò temporis statuemus omnibus Pythagoricæ philosophiæ placitis perdiscendis sufficturum? Volo autem annos in quibus sub initium Pythagoricæ sectæ candidatis consiscendum est, excipi. Opinor omnino cum illis quinque satis fore 30. aut ad minimum omnibus modis viginti peropus est.* HER. *Ponamus ita esse. deinceps verò totidem alij Platoni concedendi sunt, ac mox nihilò pauciores Aristoteli.* LVC. *Non pauciores profectò.* HER. *Chrysippo autem quot impendendi sint, non est quòd multis te interrogem. Iam enim certus antea ex te audiui, quadraginta vix sufficturos esse.* LVC. *Ità sanè. Deinde Epicuro & alijs. Quòd autem non nimiùm illis tribuere videar, hinc perdisces facillimè, apud animam tuum considerando quotnam sint octogenarij cùm Stoici tum Epicurei, atque etiam Platonici, ingenuè fatentes nondum cuncta suæ sectæ sibi esse explorata & cognita,*

quo ſpem tibi firmiorem, aut ei te viciniorem feciſſem: ſed multò magis ab omni ſpe remoti excidimus, quàm antè fueramus. Ac prorſus iuxtà vulgò iactatum prouerbium nobiſcum agitur: Cùm multùm laborauerimus, in eodem loco ſumus. HERM. *Quorſum iſthuc, Luciane? Videre quidam ſupra modum triſte & admirandum dicere.* LVC. *Quoniam, ô amice, tametſi inuentus nobis fuerit is, qui polliceatur ſe quandam ſcire demonſtrationem certam & infallibilem, ſéq; docturum alium: non ſtatim propterea, vt opinor, illi fidem habebimus, ſed alium aliquè quærere conabimur, qui iudicio exactè habito diſcernere valeat, num vir ille vera polliceatur. Iam vbi etiam illum ex ſententia nacti erimus, nihilo ſecus tamē etiamdum incerti erimus, num ille quem ad cognoſcendum adſciuimus, probè cognoſcere poſſit rectè iudicantem, nécne, & ſic iterum deinceps ad priorem alio ad cognoſcendum appoſito nobis opus erit: nos enim vndénam tanta præditi intelligētia, ſciremus diſcernere eum, qui optimorū iudiciū habere poſſit?*

ἐρᾷς ὅποι ζοῦτο ἀρτείνεται, καὶ ὡς ἀπέραντον γίγνεται, εἰῶά ποτε, καὶ καταληφθῆναι μὲ δυνάμενον. ἐπὲ καὶ τὰς ἀποδείξεις αὐτὰς, ὁπόσας οἷόν τε ἐνείσκαμψ, ἀμφισβητουμένας ὄψει, καὶ μηδὲν ἐχούσας βέβαιον· ἀλλ' οὐ πολὲ σαφὲς αὐτῶν, ἀλλ' ἄπων ἀμφισβητουμένων πάντα ἡμᾶς βιάζονται ἀδήλων, ἃ δὲ τῶς πάνυ προδήλοις τὰ ἀφανέστατα σιωάπτουσι, ὅλον αὐτοῖς δυνουμένοις, ἀποδείξεις αὐτῶν εἶναι φάσκουσιν, ὥσπερ ἤ τις οἴοιτο ἀποδείξεν εἶναι θεοὺς, διότι βωμοὶ αὐτῶν ὄντες φαίνονται. ὥστε, ὦ Ερμότιμε, οὐκ οἶδ' ὅπως, καθάπερ οἱ ἐν κύκλῳ θέοντες, ἐπὶ τὸν αὐτὸν ἀρχὸν καὶ ἀπορίαν ἐπανεληλύθαμεν. Ερ. οἶδα μὲν ἀγάσω, ὦ Λυκῖνε, ἄνθρακάς μοι θησαυρὸν ἀποφήνας· καὶ ὡς ἔοικεν, ἀπολέλαυκά μοι

Vidésne quousque protendatur, & quàm immensum fiat, anxio & suspenso animo esse eum, qui comprehendere nequeat? Quandoquidem ipsas quoque demonstrationes, qualescunq; tandem inueneris, dubias & incertas esse comperies, nihil habentes in se firmitudinis. Plurimæ igitur ex ipsis per alias non minùs dubias ad persuadendum nos certæ esse per vim adigentur. Aliæ autem rebus omnium confessu manifestis obscurissima coniungentes, & ne tantillum quidem cum illis participantia, illorum tamen demonstrationes esse perhibentur: veluti si quis contenderet, ita demonstrari posse Deos esse, quòd in illorum cultum & honorem aræ passim cōstructæ cernerentur. Proinde, ô Hermotime, nescio quónam modo, quemadmodum ij, qui in curriculo currunt, ad ipsius initij carceres, & omniū rerū desperationē deuenimus. HER. *Quàm insigni me afficis iniuria, Luciane, cùm Φ pro thesauro non nisi carbones mihi exhibeas?* X *Et quemodum verisimile esse videtur, tot anni quos studijs philosophiæ impēdi, mihi*

μοι τὰ τοσαῦτα ἔτη, καὶ μάταιον καὶ πολύς. Λυκ. ἀλλ', ὦ Ἑρμότιμε, πολὺ ἐλαττον ἀνιάσει, ἐὰν ἐννοήσῃς ὅτι οὐ μόνον ἐξ ἁπάντων τῶν ἐλπιζομένων ἀγαθῶν, ἀλλὰ πάντων, ὡς ἔπος εἰπεῖν, περὶ ὄνου σκιᾶς μάχονται οἱ φιλόσοφοι τῶν. ἆρά τις ἄρα διαμαρτάνει διὰ ταῦτα πάντα χωρῆσαι, ὡς ἔφην; ὅπερ ἀδύνατον καὶ αὐτὸς λέγεις εἶναι. νυνὶ δὲ ὅμοιόν μοι δοκεῖς ποιεῖν, ὥσπερ ἄν τις δακρύοι, καὶ ἀτιῷτο τῷ τύχῃ, ὅτι μὴ δυνατὸς ἀνελθεῖν εἰς τὸν οὐρανὸν, ἢ ὅτι μὴ βύθιος ἐπὶ πολὺς εἰς τὸ θάλαττον, ἀφ' Σικελίας εἰς Κύπρον ἀναδύσεται, ἢ ὅτι μὴ ἀρθεὶς πλάγιος αὖθις ἀμείρων ἀφ' τῆς Ἑλλάδος εἰς Ἰνδοὺς τελεῖ. τὸ δ' αἴτιον ἡ λύπης, ὅτι ἐλπίκει, οἶμαι, ἢ ὄναρ ποτὲ ἰδὼν τοιοῦτον, ἢ αὐτὸς αὐτῷ ἀναπλάσας, ὑπέπτευσεν ἐξεται-

mihi planè sine fructu periêre: insuper etiam labor ille & sudor immodicus nequicquam exhaustus est. LVC. *Sedenim, ô Hermotime, multò minùs animo perturbato discruciaberis, si cogitaueris te non solùm rerum speratarum desiderio falli & frustrari, verùm omnes, vt habet prouerbium, de asini vmbra digladiantur philosophi. Aut, potéstne: quispiam per hæc omnia, quæ dixi, vagari & discurrere: quod quidem nullo modo fieri posse iam antè ipse confessus es? Nunc autem non absimile quiddam mihi videre facere, quâ si quis profundendo lachrymas fortunam culparet, quòd illi in cœlum non liceret conscendere, aut quòd non perinde vt monstra natantia mare ingressus à Sicilia natanda apud Cyprum emergeret, aut quòd non in sublime sublatus remigio alarum, vno die è Græcia ad Indos vsque extremos peruolaret. Causa autem eius tristitiæ ea est, quòd sperauerit, vt opinor, aut visum aliquando somnium eiusmodi, aut rem à seipso ita sibi confictam, cùm parùm*

ἐξετάσας εἰ ἐφικτὰ ὀρέγεται, καὶ μὴ κατὰ τὴν ἀνθρώπου φύσιν. καὶ δὴ καὶ σὲ, ὦ ἑταῖρε, πολλὰ καὶ θαυμαστὰ ὀναροπολοῦντα νύξας ὁ λόγος, ἀφ' τοῦ ὕπνου ἐκθορεῖν ἐποίησεν, εἶτα ὀργίζη αὐτῷ, ἔτι μόλις ζοὺς ὀφθαλμοὺς ἀνοίγων. καὶ τὸν ὕπνον ὡς ἄρα εἴως ἀχθόμενος, ὑφ' ἡδονῆς, ὧν ἑώρας. πάσχουσι δ' αὐτὸ καὶ οἱ τὴν λυγκέως μακαρίαν ἑαυτοῖς ἀναπλάττουσι, καὶ μεταξὺ πλουτοῦσιν αὐτοῖς, καὶ θησαυροὺς ἀνορύττουσι, καὶ βασιλεύουσι, καὶ τάλλα ὑπολαμβάνουσιν· οἷα πολλὰ ἡ θεὸς ἐπαίνου ῥᾳδιουργεῖ, ἡ εὐχὴ μεγαλόδωρος ἅπερ, καὶ πρὸς ἕκαστον ἀντιλέγουσα, μὴ πλουτεῖν τινα βούλεται, μὴ μοναρχίαν καὶ τὸ μέγεθος, μὴ ὄρη χρυσᾶ ἐνεῖναι. ἂν δέ τινα τοιαῦτα ἐννοῦσιν αὐτοῖς, ὁ παῖς προσελθὼν, ἐρωτά τι

sub initium expenderit, num ea in optatis habuerit, quæ consequi poterat, neque essent præter hominis naturam. Præcipuè verò te, ô amice, multa & admiranda versantem in somnijs, cùm pupugisset ratio, è somno te exilire fecit: deinde in illam commotus excanduisti, vixdum aperiens oculos, somnumque non facilè discutiens præ voluptate eorum, quæ vidisti. Patiuntur idem tecum persæpè, qui inanem quandam voluptatem & euanidam sibi cõfingunt, cùm interea sibi videntur ampliter esse nummati, effodientes thesauros, regnantes & dominantes, breuiter, quantum ad omnia alia attinet, felicem vitam agentes: Y qualia perquàm multa Dea illa sine negotio operatur, nempe votum existens liberale & magnificum, nulli rei quamlibet absurdæ contradicens, adeò vt si quis alatus fieri concupiscat, aut Colossæa mole esse cõspicuus, aut optet montes prorsus aureos inuenire. Quòd si igitur hæc ab illis in animo versantibus puer accedens postu-

lare

† ἀναγκαίων, οἷον, ὅθεν ἄρτος ὠνητέον, ἢ ὅ,τι ἢ, φατέον πρὸς τὸν ἀπαιτοῦντα τὸν οἰκίον, ἐκ τοσοῦ πρεσβύτου, ὅταν ἀγανακτῶσιν, ὡς ὑπὸ τ' ῥομέν-ου καὶ παροχλήσαντ' ἀφαιρεθέντ' ἅπαντα ἐκεῖνα τἀγαθὰ καὶ ὀλίγου δεῖσαι τῷ ῥίνα τοῦ παιδὸς ἀπραγεῖν, ἀπαλλαττόν, ὦ Φιλότης, μὴ πάθῃς αὐτὸ πρὸς ἐμέ, εἴ σε θησαυρὸν ἀνορύττοντα, καὶ πειρόμενον, καί τινας ἐννοίας ὑπερφυεῖς ἐννοοῦντα, καί τινας ἐλπίδας ἀνυφίκτους ἐλπίζοντα, φίλος ὢν, οὐ περιόψομαί σε τὸν βίον, ὀνήσω δὲ μὴ ἴσως, ἀτὰρ ἐνέρφυτον σωθέντα, βλαβήσομαί σε, ἀξιῶ πρᾶξαί τι τῶν ἀναγκαίων, καὶ ὅ σε παραπέμψει ἐς τὸ λοιπὸν τοῦ βίου τὰ δοκοῦντα σοῦ φρονοῦντα. ἐπεὶ, ὅ γε νῦν ἔπρατ-

laret aliquid rerum neceſſariarum, videlicet vnde panis eſſe coëmendus, aut quid mi reſponſi dandum ſit locatis ædibus penſionem flagitanti, qui mihi iam tempore expectato, adeò inflammatus iracundia, ac ſi ab intergante & odioſè interturbante omnibus illis bonis vel cum puluiſculo ſint exuti atq; diſpoliati, ac prope modum pueri interpellantis naſum ſolent mordicus abripere. Veruntamen, ô amice, ne hûc ad modum velis quoque erga me animatus eſſe, ſi te theſauros effodientem, & volentem, cogitationesq; quaſpiam naturæ noſtræ non conſentaneas animo concipientem, eaſq; ſperan[illegible] quæ nullo modo te conſequi poſſe video, amicus tibi exiſtens, non patiar, aut permittam per omnem vitam nequicquam ſomnio iucundo fortaſſe illo & dulci, & ſomnio tamen congredientem oblectari, cùm vehementer cupiam te regreſſum ad ſanitatem agere quiddam, quod magis ex vſu tuo eſſet, cúmque te emittere cogiſem, vt reliquum ætatis quod ſupereſt, ad communes cum alijs vitæ actiones ſapientius inſtitutum componeres. Nam quod hactenus feciſti, & nunc

ξ πρατ]ις, ἢ ἐπιφόες, ὁδὲ τῶν
l ποκενταύρων ἢ Χιμαιρῶν
ἢ Γοργόνων δ]αφέρει, ἢ ὅσα
ἀ[, ὄνειροι, καὶ ποιηταὶ,
καὶ γ]ραῆς, ἰλιγγιῶντες ὄν]τως
ἀναπλάττουσιν, ὅτι γυνὴ μορ-
φὴ πόπο]ε, τι γένοιτο ἀλλοι-
μότερον, καὶ ὅμως ὁ πολὺς λεὼς
πιστεύουσιν αὐτ]ις, καὶ ἡδο-
νῶται ὁρῶν]ες ἢ ἀκούο]ντες
τὰ τοιαῦτα δ]ιὰ τὸ ξένον ἢ ἀπη-
λόκο]α εἶναι. καὶ σὺ μὲν μυ-
θοποιῶ τιν]ὶ ἀκούσας, ἔστι
τις γυνὴ ὑπὲρ φύσιν τὸ κά-
λος, ὑπὲρ τὰς Χάριτας αὐτάς
ἢ τῷ ὑρανίαν εἶναι, μὴ πρό-
τερον ἐξετάσας, εἰ ἀληθῆ λέ-
γει, ἢ ἃ ἔστι πρὸς τ γῆς ἢ ἄνθρω-
π]ίνην, ἥρας ἐνθὺς, ὥσπερ
φασὶ τὸν Μήδειαν ἐξ ὀνείρα
τ]ι ἐραθῆναι τοῦ Ἰάσονος. ὁ
δὲ μὴ μάλισά σε πρὸς τ ἐρω-
τα ἐπιγάγηται, καὶ τοὺς ἄλλους
δὲ, ὁπόσοι ζῶν αὐζῶν ἐλέ-
λου

facis, atque etiam tecum versas in animo, nullo discrimine à fabulosa Hippocentaurorum & Chimærarum Gorgonumque narratione discerni potest. Præterea quæcunque alia cùm à somnijs offeruntur, tum à Poëtis & Pictoribus confinguntur, quæ neque fuerint vnquam, neque post vnquam fieri possunt: quibus tamen promiscua vulgi multitudo credit, & non mediocri voluptate ista videndo, aut audiendo afficitur, quia peregrina sunt, & auditu admiranda, nec passim obuia. Et tu fabulatore quopiam audito, confirmante mulierem quandam esse supra modum formosam, quippe quæ ipsas Gratias pulchritudine superet, quæque planè cœlesti quadam forma prædita sit, non priùs ad animum tuum expendens num vera diceret, & num vspiam gentium esse putanda sit eiusmodi tam amabilis formæ mulier, statim eandem miserè deperires, quemadmodum perhibent [aa] Medeam ex solo somnio exarsisse in amorem Iasonis. [bb] Hoc autem quod maximè ad amorem te illexit, aliósque quotquot eius simulachri

desiderio

λου ἐρῶσι, τοῦτο λῶ, ὥς γε μοι ἀπάζουσι φαίνεται, τὸ τὸν λέγοντα ἐκάστοτε περὶ γυναικὸς, ἐπείπερ ἐπισάθη τὸ πρῶτον, ὅτι ἀληθῆ λέγει, ἀκόλουθα ἐπάγειν. εἰς τοῦτο γὰρ ἑωρᾶτε μόνον, καὶ διὰ τοῦτο ἔδοκεν ἡμᾶς τῆς ῥινὸς, ἐπείπερ ἅπαξ τῷ πρώτῳ λαβῷ ἐνεδώκατε αὐτῷ, καὶ ἔοικεν ἐμοὶ τῷ ἀγαπωμένῳ, δι' ἧς ἔλιγεν ἀθείας ὁδοῦ. ῥᾴδιον γὰρ οἶμαι μετὰ ταῦτα, καὶ οὐδεὶς ὑμῶν ἔτι ἐπισπόμενος εἰς τὴν εἴσοδον, ἐξήταζεν εἰ ἀληθής ἐστι, καὶ εἰ μὴ ἔλαθε λαβὼν οὐκ ἐχρῆν εἰσελθεῖν, ἀλλ' ἀκολούθει τοῖς τῶν προωδοιπόρων ἴχνεσι, λαβάπερ τὰ πρόβατα πρὸς τὸν αὐτῶν ἡγούμενον, δίον ἐπὶ τῇ εἰσόδῳ, καὶ λαθὼν τὸν ἀρχὴν, ὥθεν σκέψασθαι ἔπρεπεν εἰσιτητέον. ὃ δὲ φημι, σαφέστερον ἂν μάθοις, ἂν

desiderio inflammati sunt, illud erat, veluti mihi coniecturam facienti res apparet, quòd is qui de muliere memorabat, posteaquam statim initio narrationis creditus est vera dixisse, priori orationi non aliena aut dissimilia induxisse videretur. In hoc enim solùm attenti estis, & per hoc nare vos trahit, posteaquam semel illi sub initium ansam suppeditastis, vosque ad dilectam perduxit, per eam quam prædicebat rectam viam. Nulla enim difficultate conficiuntur & reliqua, vt ego quidem opinor, neque quisquam ex vobis iuxta ingressum conuersus equirebat num verus sit, & an obliuione seu errore ductus eam viam ingressus esset, quam deuitare oportebat. Verùm ille eorum qui præcesserunt sequendo insistit vestigijs, veluti oues præcedentem pastorem aut arietem consequuntur, cùm æquum fuerat statim in ingressu perpendere nunquid in eam viam diuertendum fuerat. Illud autem quod dicturus sum, manifestiùs fortasse & faciliùs intelliges,

ἴῶ τι τοιοῦτον ὅμοιον πε-
ραθεωρήσῃ αὐτῷ. λέγου-
σι γάρ τινα τῶν μεγαλο-
μύθων τούτων ποιητῶν ὡς γέ-
νοιτό ποτε τριπρόσωπος, καὶ
ἑξάχειρ ἄνθρωπος, ἅμα τὸ
πρῶτον ταῦτα ἀπραγμόνως
ἔφη λέξῃ, μὴ ἐξετάσας ἃ δυ-
νατὸν, ἀπὸ πεισθεὶς, οὐδὲν
ἀκολούθως ἂν ἐπάγοι καὶ τὰ
λοιπὰ, ὡς καὶ ὀφθαλμοὺς ὁ
αὐτὸς ἕξειν ἔξ, καὶ ὦτα ἐξ,
καὶ φωνὰς τρεῖς ἅμα ἀφεῖ,
καὶ ὀδόντας ἀπὸ τριῶν στομάτων,
καὶ λαμπάνους τριάκοντα ἕ-
ξειν, οὐχ ὥσπερ ἕκας ἡμῶν
δέκα ἐν ἀμφοτέραις χερσί·
καὶ εἰ πολεμεῖν δέοι, αἱ τρεῖς
μὲν χεῖρες, ἑκάστη πέλτην ἢ
γέρρον ἢ ἀσπίδα ἕξειν, αἱ
τρεῖς δέ, ἡ μὲν πέλεκυν λαβὲ-
σθαι, ἡ δὲ λόγχην ἀφεῖναι, ἡ
δὲ τῷ ξίφει χρῆσθαι. καὶ τίς ἔ-
τι ἂν ἀπιστήσειε ταῦτα λέγον-
τι

si tale quiddam non absi-
mile priori perspexeris.
Quòd si enim quispiam
ex poëtis Herculea audacia
nihil non affirmare auden-
tibus, diceret olim fuisse
tricipitem quendam, & se-
nis manibus instructum ho-
minem: iam si statim initiò
ista non grauatim credenda
susceperis, neque habita ra-
tione discusseris, num fidei
consentanea dixerit, sed
nihil cunctatus constanter
credis ita se habere: pari
ratione & reliqua inferet,
videlicet quòd etiam senos
habuerit oculos, neque non
senas auriculas, præterea
quòd tres voces semel pa-
riter emiserit, quodque per
tria ora cibum sumpserit,
quòd triginta digitas ha-
buerit, non quemadmodum
quisque nostrûm, decem in
utrisque manibus. Tum
quoties illi belligerandum erat, tres manus tenebat: vna-
quæque aut peltam, aut parmam Persicam, aut clypeum:
tres autem aliæ, illa quidem securim ancipitem ferebat,
altera hastam vibrabat, tertia gladio vtens depugnabat.
Et quinam hæc illi affirmanti fidem habere dedigna-
bitur?

ι αὐτῷ; ἀκόλουθα γὰ τῇ ἀρ-
χῇ, περὶ ἧς ἐχρῆν ἀνθ' ὁτου σκό-
πειν ἐπὶ μικρὸν, καὶ ὁ συγ-
χωρήσεως οὕτως ἔχειν. ἐῶ δ'
ἅπαξ ἐκεῖνα λέγειν, ἐπιῤῥᾴ τὰ
λοιπὰ, καὶ οὐ ποτε σκέψεται,
καὶ τὸ ἀπιστεῖν αὐτοῖς οὐκ ἔ-
τι ῥᾴδιον, ἐπεὶπερ ἀκόλουθα
καὶ ὁμοιά ἐστι τῇ συγχωρη
θείσῃ ἀρχῇ, ἅπερ καὶ ὑμεῖς
πάσχετε. ἀπὸ γὰρ μὲν ἔρω-
τος καὶ προθυμίας, οὐκ ἐξε-
τάσαντες τὰ καθ' ἑκάστω ἕκα-
στον ἑκάστοις, ὅπως ἡμῖν ἔχει,
προχωρεῖτε. ἀπὸ τῆς ἀκολου-
θίας ἐλπόμενοι, οὐκ ἐννοοῦν-
τες, εἴ πῃ γένοιτ' ἂν ἀκόλου-
θόν τι αὐτῷ, καὶ ψεῦδος ὄν·
οἷον εἴ τις λέγοι τὰ δὶς πέν-
τε, ἑπτὰ εἶναι, καὶ σὺ πισεύ-
σας αὐτῷ, μὴ ἀριθμήσας ἐφ'
ἑαυτοῦ, ἑπάξει δηλαδὴ, ὅ-
τι καὶ τρὶς πέντε, τεσ-
σαρεσκαίδεκα πάντως ἐστὶ,
καὶ μέχρις ἂν ὅτου ἐθελήσῃ,
οὕτω

bitur? valde enim hæc omnia principio sunt similia & consentanea, de quo statim sub initium considerandum fuerat, nunquam ista omnia citra cõtradictionem suscipienda & concedenda erant, ita se constanter & pro certo habere. Porrò autem si semel illa concesseris, etiam cætera consequuntur. Nec iam facile est illis fidem denegare, posteaquam ista à principio priùs concesso nõ discrepant, sed planè cum illo conueniant, cuiusmodi & vos partimini. Siquidem præ magnitudine amoris & alacritatis, non expẽdentes ea quæ circa quẽq; ingressum vobis obiiciuntur, quo pacto cuncta se habent, subinde porrò progredimini, rerum consequentiæ ductu protracti, parùm aut nunquam in deliberationem sumentes, num quod priori videtur consentaneum, etiam falsum esse possit, velut si quis diceret bis quinque septem esse: & tu illi fide habita persuasus, apud te non numerares, hauddubiè consimili quoque ratione inferet, ter quinque esse quatuordecim, quod quidem faciet quousque libuerit, aut sibi visum fuerit:

qualia

οἷα καὶ ἡ θαυμασὴ γεωμετρία ποιεῖ. καὶκείνη γὰρ τὸς ἐν ἀρχῇ ἀπόκοτά τινα αἰτήματα αἰτήσασα, καὶ συγχωρηθῆναι ἑαυτῇ ἀξιώσασα, οἷα συνῆναι ἀλισάμενα, σκιαά τινα ἀμυρᾶ, καὶ γραμμὰς ἀπλατεῖς, καὶ τὰ τοιαῦτα, ἐπὶ σαθροῖς τοῖς θεμελίοις τούτοις οἰκοδομεῖ τὰ τοιαῦτα, καὶ ἀξιοῖ ἃ ἀπόδειξιν ἀληθῆ λέγειν, ἐκ ψευδοῦς τῆς ἀρχῆς ὁρμωμένη. καὶ τὰ ταῦτα τοίνυν καὶ ὑμεῖς δόντες τὰς ἀρχὰς τῆς προαιρέσεως ἑκάστης, πίστιν τοῖς ἐξῆς, καὶ γνώσεσθαι τῆς ἀληθείας αὐτῶν τὴν ἀκολουθίαν ἡγεῖσθε εἶναι, ψευδῆ οὖσαν. ἔτα οἱ μὲν ὑμῶν ἐναποθνήσκουσι τοῖς ἐλπισι πρὶν ἰδεῖν τὰληθὲς, καὶ καταγνῶναι τῶν ἐξαπατησάντων ἐκείνων· οἱ δὲ ἐξαπατηθέντες, ὀψέ ποτε γέροντες ἤδη γενόμενοι, ἐνίοις

qualia permulta admiranda illud dd Geometria facilitare consueuit. Etenim illa ab his qui primùm eam artem exprdiuntur, cùm postulata quæpiam exotica & absurda efflagitet, eaque ipsa sibi concedi contendat, nullo modo subsistere equeuntia signa, nonnulla indiuisibilia, liturulasq; quaspiam informes, pliaq; eius generis consimilia, eiusmodi fundamentis putridis substruit, volens ad demonstrationem faciendam vera adducere, tametsi à falsis facto initio artem exordiatur. Non secus vos quoque vnamquamque sectam exorsi, cæteris quibusque deinceps sequentibus fidem habetis, veritatis certam cognitionem illorum consequentiam, licet falsam, esse existimantes. Interea partim quidem vestrûm spebus nequicquam amplis & magnificis animo conceptis immoriuntur antè aliquanto quàm veritatem conspexerint, eosque à quibus illis turpiter impositum est, nouerint: partim verò tametsi sagaciter subodorati fuerint se miseris modis deceptos esse, serò tamen cùm iam penè senio sint confecti,

piget

κνοῦσιν ἀναστρέφειν, αἰδούμενοι, εἰ δικαίως τηλικούτους αὐτοὺς ὄντας ἐξομολογήσασθαι ὅτι πράγμασι παιδικοῖς ἔχονται, οὐ σωίσθασιν, ὡς τὰ ἀμείνους τοῖς αὐτοῖς ὑπ' ἀσχολίας, καὶ ἐπαινοῦσι τὰ παρόντα. καὶ ὁπόσους ἂν δύνωνται προτρέπουσιν ἐπὶ τὰ αὐτά, ὡς ἂν μὴ μόνοι ἐξηπατημένοι ὦσιν, ἀπ' ἔχωσι παραμυθίαν, τὸ καὶ πολοὺς καὶ ἄλλους τὰ ὅμοια παθεῖν αὐτοῖς. καὶ γὰρ αὖ κἀκεῖνό ὁρῶσιν, ὅτι ἧ τἀληθὶς εἴπωσιν, οὐκ ἔτι σιμνοί, ὥσπερ νιῦν, καὶ περὶ τοὺς πολλοὺς δόξουσιν, οὐδὲ τιμήσονται ὁμοίως ἂν ἂν οὖν ἐκόντες εἴποιεν, ἐδ' ὅτου ἂφ' οἵων ἐκπεσόντες, ὅμοιοι τοῖς ἄλλοις δόξουσιν. ὀλίγοις δ' ἂν πάνυ ἐντύχοις, ὑπ' ἀνδρείας τολμῶσι λέγειν ὅτι ἐξηπάτηνται, καὶ

piget illos ab incœpto regredi, verentes ne tanti natu cùm sint, confiteri cogantur se puerilibus negocijs hactenus fuisse occupatos. Proinde pudore obstante in studijs semel cœptis perseuerant, ea immodicè collaudantes & commendantes. Et quoscunque persuadere possunt, ad ea pertrahunt, vt non ipsi soli decepti viuant, sed consolationem habeant ex his qui eadem fraude illecti, communibus cum illis malis conflictantur. Etenim & illud acutè perspexerunt, quòd si veritatem semel ingenuè fatererentur, fore vt non ampliùs venerandi haberẽtur, quemadmodum in præsentia, neque supra plebeiam sortem in illo precio æstimarentur: sed ne tantillum quidem, vt prius, vllo honore habito honestè consultarentur. Quare haudquaquam libenter ista fatendo commemorant, cùm non sunt nescij à quibus rebus sibi excidendum foret, & æquali cum alijs omnibus honore & sorte fruendum. Vix enim fieri potest, vt in perquàm paucos illorum incidas, qui magnitudine animi præditi, se deceptos esse confirmare audeant,

alios{que}

καὶ τοὺς ἄλλους ἀποτρέπειν, τῶν ὁμοίων πειρωμένους. εἰ δ' οὖν τινι τοιούτῳ ἐντύχοις φιλαλήθη τε καὶ τὸν τοιοῦτον, καὶ χρηστὸν καὶ δίκαιον, καὶ ἐὰν βούλῃ, φιλόσοφον· οὐ γὰρ ἂν φθονήσαιμι τούτῳ μόνῳ τοῦ ὀνόματος. οἱ δ' ἄλλοι, ἢ οὐδὲν ἀληθὲς ἴσασιν, οἰόμενοι ἀλγύειν, ἢ ἰδόντου, ἀποκρύπτονται ὑπὸ δειλίας, καὶ ἀσχολίας, καὶ τοῦ προτιμᾶσθαι βούλεσθαι. καίτοι πρὸς τῆς Ἀθηνᾶς, ἅπαντα μὲν, ἃ ἴσμεν, ἐάσωμεν, αὐτοῦ καταβαλόντες, καὶ λήθης ἔσω ἀφέντες, ὥσπερ τῶν πρὸ Εὐκλείδου ἀρχόντων πραχθέντων. ὑποθέμενοι δὲ ταύτην φιλοσοφίαν ὀρθὴν εἶναι τῶν Στωϊκῶν, ἄλλην δὲ μηδεμίαν ἰδιωτεύειν, ἴδωμεν εἰ ἐφικτὴ αὕτη, καὶ δυνατόν ἐστιν, ἢ μάτην κάμνουσιν, ὁπόσοι

alios ab inauspicato instituto auertere, atque dehortari similia tentare quæ statuissent. Quòd si in eiusmodi virum vnquam incideris, illum sanè veritatis amantem, & virum bonum, & iustum, atq; etiam, si vis, philosophum compellato. Hunc enim solum huius nominis compellatione dignũ existimauerim; cæteri verò aut nihil de vero compertum habent, vtcunque sibi eius gnari & periti esse videantur: aut si aliquid explorati habuerint, illud tamen præ paruitate animi, & pudore, & desiderio, quo præ alijs in præclara hominum opinione & precijs haberi concupiscunt, occultant sedulò. Et sanè per Mineruam quæcunq; hactenus à me disputata sunt, missa faciamus hoc ipso loco abiecta, & sit sempiterna quædam omnium illorum obliuio: qualem fuisse perhibent earum rerum quæ sub Euclide duce Athenis peractæ sunt. ee Cæterùm ponamus philosophiam Stoicam præ omnibus alijs veram & rectã esse, dispiciamusq; num illam vllo modo queant consequi, aut num hi frustra laborum molestiis afficiantur malè locata opera, quicunq;

ἁπόσοι ἐφίενται αὐτῆς. τὰς μὲν γὰρ ὑποσχέσεις ἀκούω θαυμασάς τινας, ὑϊκὰ ὑπερμεγέθεις· μόνους γὰρ τὰ πάντα συναβόντας ἔχειν τὰ ὡς ὄντι ἀγαθά. τὸ μετὰ ταῦτα δ' οὐ μένον ἀδήλης, εἴ τινι ἐντετύχηκας Στωϊκῷ τοιούτῳ, καὶ Στωϊκῶν ὡς ἄκρῳ, οἵῳ μήτε λυπεῖσθαι, μήτ' ἐφ' ἡδονῇ καταστῆναι, μήτ' ὀργίζεσθαι, φθόνου δὲ κρείττονι, καὶ πλούτου καταφρονοῦντι, καὶ σαφῶς εὐδαίμονι, οἷον καὶ τὸν κανόνα εἶναι, καὶ γνώμονα τοῦ κατὰ τὸν ἀρετὴν βίου. ὁ γὰρ καὶ κατὰ μικρότατον ἐνδεὴς, ἀτελὴς· κἂν πάντα πλέω ἔχῃ, ἃ δὲ τοῦτο οὐχὶ, οὐδέπω εὐδαίμων.

Ερμότ.

quicunque eius consequendæ desiderio capti sunt. Etenim promissiones magnificas, & illas quidem admirandas audio, videlicet per omnia felices & beatos fore, quicunque ad summum philosophiæ fastigium vnquam conscenderint. Solos enim illos omnibus bonis hauddubiè semel potituros perhibent: Sed enim quod deinceps dicturus sum, tu me longè exactiùs scire potes, num vnquam cum eiusmodi Stoico tibi cõmercium fuerit, atque inter Stoicos summo illo, nimirum quem nullus affectus animi vlla tristitiæ nebula perturbaret, quem nullæ voluptatum illecebræ commouerent, qui non inflammatus iracundia aliquando in furorem erumperet, qui inuidiæ contagio non esset infectus, qui diuitiarum amore desiderio non tangeretur, sed illas pro nihilo duceret: breuiter, qui per omnia felix esset: quam regulam & amussim certissimam esse oportet vitæ planè virtuosæ. Etenim in quo vel nimium quiddam desideratur, ille etiamdum imperfectus habendus est, tametsi cæteris omnibus abundet: hoc tamen cùm consecutus non sit, nondum exoptatæ & tantopere quæsitæ felicitatis particeps dicendus est.

HER.

Ερμότ. οὐδένα τοιοῦτον ἔγνων. Λυ. εὖγε, ὦ Ερμότιμε, ὅτι οὐ ψευδῆ ἐκομψεύσω· εἰς τίνα οὖν ἀποβλέπων, φιλοσοφίας, ὅταν ὁρᾷς μήτε τὸν διδάσκαλον τὸν σὸν, μήτε τὸν ἐκείνου, μήτε τὸν πρὸ αὐτοῦ, μηδ' ἂν εἰς δεκαγονίαν ἀναγάγῃς, μηδένα αὐτὸν σοφὸν ἀκριβῶς, καὶ δι' τοῦτο εὐδαίμονα γεγενημένον; οὐδὲ γὰρ ἂν ἐκεῖνο ὀρθῶς ἔχοις, ὡς ἀπόχρη, κἂν πλησίον γένῃ τῆς εὐδαιμονίας, ἐπεὶ οὐδὲν ὄφελος, ὁμοίως γὰρ ἔξω τῆς ὁδοῦ ἐστὸν, καὶ ἐν ᾧ πάυρῳ, ὅ, τι παρὰ πλὺ θύραν ἔξω ἑστὼς, καὶ ὁ πόρρω· διαπέπλοιγε δ' ἂν, ὅτι μᾶλλον οὕτω ἀνιάσεται, ὁρῶν ἐγγύθεν οἷον ἐστέρηται. ἔπειτα, ἵνα πλησίον γένῃ τῆς εὐδαιμονίας (δώσω γὰρ τοῦτό σοι) τοσαῦτα πονῶν καταρύχου σαυτὸν, καὶ

HERMOT. *Nullum quidem tale vnquam me vidisse mihi sum conscius.* LVCIA. *Euge, Hermotime, quandoquidem lubens mendacium non dixeris. ad quem ergo finem intentus, philosophiæ perdiscendæ impendis operam, cùm neq; præceptorem tuum, neq; illius, neque vllum alium ex prioribus, neq; si ad decem retrò secula descenderis, quēquam Stoicorum perfectè sapientem videas, & per hoc quoque fuisse felicem? Nequeo nim, vt opinor, hoc à te rectè dicetur, sufficere si quis saltem felicitati proximus fuerit, posteaquam nihil inde fructus & vtilitatis capi possit.* ff *Nihilo secus enim extra viam sub dio diuersatur is qui iuxta ostium foris stat excluſus, quàm qui eminus adhuc labore itineris conficitur: nisi quòd verisimile est illum non mediocri perturbatione discruciari, videntem in propinquo ea quibus priuatus est. Deinde vt quamproximè etiam felicitatem accedas (illud enim tibi concedam) tanta laborando perferes, temetipsum miseris modis absumens & conficiens,*

καὶ παραδεδράμηκέ σε ὁ βίος ὁ τοσοῦτος, ἐν ἀκηδίᾳ καὶ καμάτῳ καὶ ἀγρυπνίαις, κάτω νυγμακότα, καὶ ἀσαῤῥωθίοις πονήσας, ὡς φῂς, ἅμα ἔτεσιν ἑπτὰ καὶ τριάκοντα, ἵν' ὀγδοηκονταέτης γένῃ τὴν ἡλικίαν; ἔστι τις ἐγγυητής σοι, ὅτι βιώσῃ τοσαῦτα, ὅμως οὐκ ἐν τοῖς μηκέτι λίαν ὀλιγομονοῦσιν, εἰ μὴ μόνος οἇ τε τυγχάνειν τούτου, καὶ ἐπίστασαι λιώκων, ὃ πρό σου μάλα πολλοὶ, καὶ ἀγαθοὶ, καὶ ὠκύτεροι παραπολὺ λιώκοντος, οὐ κατέλαβον. ἀπὸ καὶ κατάκαβε, εἰ δοκεῖ, καὶ ἴσχε ὅλον συναμβών· τὸ μὲν δὴ πρῶτον οὐχ ὁρῶ ὅ, τι σοὶ ἂν εἴη τάγαθὸν, ὡς ἀνάξιον δοκεῖν τῶν πόνων τῶν τοσούτων. ἔπειτα εἰς πόσον ἔτι τὸν λοιπὸν χρόνον ἀρκαύσεις αὐτῷ, χαίρων

atque ita tantum ætatis per socordiam & supremam negligentiam tibi elapsum est, immenso labore & vigiliis multis attenuato, & obstipo capite in terram defixo. Quinetiam deintegrò, vt ais, alios viginti annos, ad minimum laboribus emetipsum exercebis, vt euadas octogenarius. Quis autem obstricta fide sponsor tibi factus est, te certò tot annos victurum? Nihilominus tum eorum in numero habeberis, qui felicitatis nondum sunt compotes: nisi tu solus putes illud te constanter consecuturum, & insectando capturum, quod ante te non parùm multi, & boni, multòque velocitate præstantiores omnibus viribus consectantes comprehendere non potuerunt. 88 Sed esto, si videtur, te comprehendisse, iamque votis tuis optata omnino contigisse: tamen omnium primùm bonum illud, cuiusmodinam sit, non possum perspicere, num tantis laboribus pro illo consequendo impensis & exhaustis dignum & conueniens æstimari debeat. Deinde non video quàm illo per reliquam ætatem iucundè & dulciter frui possis, tan-

ρωμένῃ, καὶ παγὺς ἤδη καὶ ἕξωρος ὤν, καὶ τὸν ἕτερον πόδα, φασὶν, ἐν τῇ σορῷ ἔχων· εἰ μή τι ἐς ἄμεινον, ὦ χρυσᾶ, βίον προγυμνάσῃς σαυτὸν, ὡς ἐς ἐκεῖνον ἐλθὼν, ἄμεινον διαχάγοις, εἰ δῶς ὅν τινα τρόπον καὶ βιῶν, ὅμοιον ὡς ἔστις ἐς τοσοῦτον σκωλήκοις τε, καὶ δυσπείθοις, ὡς λαπύσων ἄμεινον ἄγρις ἂν λάθῃ ὑπὸ λιμοῦ διαφθαρείς, ἀλλὰ μὲν οὐδ' ἐκεῖνό πω καταγινώσκειν, οἶμαι, ὡς ἡμῖν ἀρετὴν ἐν ἔργοις λύπου ἐστὶν, οἷον ἐν τῷ δίκαια πράττειν, καὶ σοφὰ καὶ ἀνδρεῖα. ὑμᾶς δὲ (τὸ δὲ ὑμᾶς ὅταν εἶπω, τοὺς ἄκρους τῶν φιλοσοφούντων φημὶ) ἀφύντες ταῦτα ζητεῖν, καὶ ποιεῖν, ῥημάτια λύσιμα μιλιτᾶτε, καὶ συλλογισμὸς,

tus natu cùm sis, quippe iam incuruatus senio, & ad omnem voluptatem capiendam parùm aptus & accommodus, iam capulo vicinus, & alterum pedem (quod aiunt.) loculo insertum habens: nisi fortasse, ô generose Hermotime, ad aliam vitam varijs laboribus temetipsum exerceas, vt in illam iam delatus viuas molliùs & suauiùs, certior iam factus quenìadmodum vita in posterum instituenda sit. hh Quod mihi perinde videtur factum, atque si quis deambulatiuncula & exercitijs quibuspiam se præpararet atque instrueret, quò maiore cum voluptate cœnaret, donec nescius præ fame necaretur. Cæterùm nec hoc vnquam mihi animaduertisse vidêre, vt opinor, solidam virtutem in actione consistere, videlicet in rectè & sapienter factis, & ijs quæ fiunt magno animo. ii Vos autem, summi nempe philosophi, quos per vos quoties dimero innuere soleo, posteaquam in his inuestigandis & faciendis parùm estis occupati, voculas, quasdam miseras consectantes meditamini, connectentes syllogismos

λογισμοὺς, καὶ ἀπορίας, καὶ τὸ πλεῖστον τοῦ βίου ἐπὶ τούτοις διατρίβειν, καὶ ὃς ἂν πρακτικὸς ἐν αὐτοῖς, καὶ νικᾷ ἐν ὑμῖν δοκεῖ. ἀφ' ὧν, οἶμαι, καὶ τὸν διδάσκαλον τοντονὶ θαυμάζετε, γέροντα ἄνδρα, ὅτι τοὺς προσομιλοῦντας εἰς ἀπορίαν καθίστησι, καὶ οἴεσθε, ὡς χρὴ εἰρῆσθαι καὶ σοφίσασθαι καὶ πανουργῆσαι, καὶ εἰς ἄφικτα ἐμβαλεῖν. καὶ τὸν καιρὸν ἀτεχνῶς ἀφῆτε (οὕτω δὲ ἐῶ περὶ τὰ ἔργα) περὶ τὸν φλοιὸν ἀσχολεῖσθαι, τὰ φύλλα καταχέοντες ἀλλήλων ἐν ταῖς ὁμιλίαις. ἢ γὰρ ἄλλα ἐστὶν, ἃ πράττετε, ὦ Ἑρμότιμε, πάντες ἔωθεν εἰς ἑσπέραν; Ἑρμότ. οὐκ, ἀλλὰ ταῦτα. Λυ. ἦ ἂρ οὐχὶ καὶ ὀρθῶς τις φαίη, πλὴν

logiſmos & perplexitates, atque in his maiorem vitæ partem ſine fructu conteritis. At quicunque in connectendis promptior fuerit & dexterior, huic victoriæ palmam vnanimi conſenſu deferetis. Quo nomine, vt ego quidem opinor, etiam præceptor tuus tantopere vobis eſt in admiratione & exiſtimatione multa, vir quidem ætatis decrepitæ, quia ſuos aſſectas vnà ſecum ſermonem ſociantes, perplexis & captioſis quæſtiunculis probè calleat inuoluere, tenens quid quærendum, & quo quiſque pacto [kk] ſophiſticis nugis ſit circumducendus, optimus nimirum doloſè & callidè agendi, inque non euitabiles laqueos conijciendi magiſter exercitatiſſimus. Hoc planè nihil aliud eſſe confirmare auſim, quàm neglecto fructu circa corticem occupatos eſſe, adeò vt tantùm folia in diſputationibus veſtris viciſſim decutere videamini. Aut fortaſſe alia quæpiam ſunt, Hermotime, quæ vos à ſummo mane ad veſperam vſque facere credendum eſt? HER. Non profectò, ſed ea ipſa ſunt quæ factitare ſolemus. LVC. [ll] An' non igitur rectè quis dixerit,

πλὴν σκιὰν ὑμᾶς θηρεύειν, ἀφέντας τὸ σῶμα, ἢ τὸν ὄφεως τὸ σύφαρ, ἀμελήσαντας τοῦ ὅλου; μᾶλλον δὲ τὸ ὅμοιον ποιεῖν, ὥσπερ ἄν τις εἰς ὄλμον ὕδωρ ἐκχέας, ὑπερφυεῖ σιδηρῷ πλήκτρῳ, πρᾶγμα ἀναγκαῖόν τι καὶ προσῆκον οἰόμενος, εἰ καὶ εἰδὼς ὅτι ἂν βάλῃς, φασὶ τοὺς ἄμους πλήττων, ὕδωρ ὁμοίως τὸ ὕδωρ μενεῖ. καίτοι δοκεῖ μοι ἐνταῦθα κἀκεῖ ἔριθαί σοι· ἐπιθήλοις ἂν ἔχω τῶν λόγων τὰ ἄκμα ἐοικέναι ὡς διαδακάλῳ, οὕτω μὲν ὀργίλος, ὅπου δὲ μικρολόγος, οὕτω δὲ φιλόνεικος ὢν, καὶ φιλάδοξος, νὴ Δί', εἰ καὶ μὴ ἐν τοῖς πολλοῖς δοκεῖ. Ερμ. τίσι γάρ; Λυκῖν. ὦ Ἑρμότιμε, θέλεις διηγήσομαί σοι πρόλαβε ἤδη φιλοσοφίας τινὰς λέγοντος, ἀγροῖκος πάνυ γεγηράκοτος, ὦ πάμπολλοι τῶν ἐπὶ σοφίᾳ πλησιάζοντες; ἀπαιτῶν γὰρ

uos relicto corpore solam vmbram venari? aut neglecto viui serpentis tractu, saltem exuuium consectari? Aut potius huic persimiles in agendo, qui infusam in mortarium aquam ferreo pistillo magno conatu tunderet, rem quampiam summopere conducibilem se facere existimans, ignarus tamen, etiam si humeros, vt aiunt, verberando decutiat, tamen aquam quamlibet contusam, manere aquam? Permitte verò vt ego te deinceps liberè interrogem. dic mihi, num in votis habeas excepta eruditione in cæteris omnibus, per omnia præceptori tuo esse similis: nempe vt ita sis ad iracundiam propensus, ita morosus, ita sordidus, ita contentiosus, denique in tantis voluptatibus deditus, tametsi per Iouem tua paucis esse videatur? HERM. Quibus tandem? LVC. mm Si placuerit, Hermotime, ea tibi commemorabo, quæ virum quempiam multa canitie infectum, super philosophia disserentem audiui, ad quem permulti iuuenes sapientiæ comparandæ gratia certatim cõmigrant. Cùm enim à quodã ex discipulis

mercedem

χρὴ παρά τινος τῶν μαθητῶν τὸν μισθὸν, ἠ χαλεπῶς, λέγων ὑπερήμερον εἶναι, καὶ ἐκπρόθεσμον τοῦ ὀφλήματος, ἐν ἄλλα τε ἐκκαίδεκα ἡμερῶν ἐκτίσεσθαι τὴν ἔννη καὶ νέα· οὕτω γὰρ συνθέσθαι· καὶ ἐπὶ τούτῳ χαλεπῶς. παρισὼς ὁ θεὸς τοῦ νεανίσκου, ἄγροικος ἄνθρωπος, καὶ ἰδιώτης, ὡς πρὸς τὰ ἡμέτερα, πάππαππε, ἔπαυ, ὦ θαυμάσιε, τὰ μέγιστ' ἀδικεῖσθαι λέγων, εἰ ῥήματα παρὰ σοῦ πεπάμενοι, μηδέπω ἐκτίσαμεν διάφορον. καί τοι, ἃ μὲν ἡμῖν πέπραχας, ἔτι ἔχεις καὶ αὐτὸς, καὶ οὐδὲν ἔλαττον γέγονέ σοι τῶν μαθημάτων τὰ πάντα, ὧν ἐξ ἀρχῆς ἐπεθυμεῖν, συμπεσά σοι τὸν νεανίσκον, ὃ δ' οὐδὲν ἀμείνων γεγένηται διὰ σέ· ὃς τὸν μὲν γείτονος Ἐχεκράτους πάλαι θυγατέρα συναρπάσας, παρθένον ὄσαν διέφθειρεν· ἡ δὲ λίαν δίκαιον ἔφυγον βίαιον,

mercedem exigeret, vehementer incanduit, affirmans vltra præscriptum tempus solutionem debiti sibi prorogari, quod ante decimumsextum diem dissoluendum fuerat. Ita enim pactum esse. & ob hoc quidem indignabatur. Cùm autem fortè fortuna adstaret ibidem eius iuuenis auunculus, homo rusticus, & nostrarum rerum minimè peritus: Desine, inquit, vir admirande, te magna iniuria affectum esse conteſtari, si vaculas à te commercantes nescio quas, mercedem tibi nondum rediderimus. Ea enim quæ nobis feciſti, etiam dum ipſe integra habes & poſsides, neque quicquam tibi immi-nutum eſt ex diſciplinis tuis: in cæteris autem quibus ſub initium adoleſcentem tibi offerens, eundem deſiderabam imbui, nihilo melior tua opera factus eſt, quippe qui mei vicini Echecratidis filiæ raptæ per vim vitium intulit: & ſanè pœnam dediſſet damnatus iudicio, ni

εἰων, ἐὰν μὴ ἐγὼ παλάντου ὠνησάμην τὸ πλημμέλημα παρὰ πένητος ἀνδρὸς τοῦ Ἐχεκράτους. τὴν μητέρα δὲ πρώην ἐρράπισεν, ὅτι αὐτοῦ ἐλάβετο ἐπὶ κλοπῇ ἐκπομπεύοντος τὸν παῖδα, ὡς ἔχοι συμβολὰς, οἶμαι, καταβῆναι. τὰ μὲν γὰρ εἰς ὀργὴν καὶ θυμὸν, καὶ ἀναισχυντίαν καὶ εἰς τόλμαν, καὶ ψεῦδος μακρῷ τινι ἄμεινον εἶχε πέρυσιν, ἢ νυνί. καί τοι ἐβουλόμην ἂν αὐτὸν εἰς ταῦτα ὠφελῆσθαι ὑπὸ σοῦ μᾶλλον, ἢπερ ἐκεῖνα ἐδύσκολα, ἃ καθ' ἑκάστην ἡμέραν πρὸς ἡμᾶς, οὐδὲν δεομένους, ἐπὶ τὸ δεῖπνον διεξέρχεται, ὡς προπόδην ἅρπασε παιδίον, καὶ ὑπέσχηται ἀποδώσειν αὐτὸ, ἂν ἀφεκεῖνος ὁ κατὴρ οὐκ οἶδ' ὅ, τι ἢ ὡς ἀναγκαῖόν ἐστιν, ἡμέρας οὔσης, μὴ νύκτα εἶναι. ἐνίοτε δὲ καὶ κέρατα ἡμῖν ὁ γραῦς ἀναφύει, οὐκ

si ego à vicino paupere talento mulctam redemissem. Porrò autem ipsi matri manus incussit alapas, quòd ipsum in manifesto furto deprehendisset, sub sinu caedum efferentem, vt haberet, nisi fallor, vnde cum sodalibus bibens deponeret symbolum. Etenim quantum ad iracundiam & furorem, & impudentiam, & audaciam, & proloquenda mendacia, aliáque vitia attinet; superioribus quidem annis longè melius sese habebat, quàm nunc, cùm his ipsis sit omnium contaminatissimus. Atqui planè mihi persuaseram in hisce vitandis & dediscendis illum præcipuè à te adiutum & formatum iri, magis quidem, quàm quòd illa perdisceret, quæ quotidie ille ad nos, quibus illa audire supervacaneum est, in mensa consueuit differere, quemadmodum [nn] crocodilus rapuisset puerum, patriq; pollicitus esset se redditurum, si respondisset nescio quid. Aut quòd cùm dies sit, necesse esset noctem non esse. Nonnunquàm & cornua nobis affingere solet generosus ille, ne-

οὐκ οἶδ' ὅπως περιπλέκων τὸν λόγον. ἡμεῖς δὲ γελῶμεν ἐπὶ τούτοις, καὶ μάλιστα ὅταν ἐπιβυσάμενοι τὰ ὦτα, μετὰ τῆς πρὸς αὐτὸν ἕξεως τινὰς, καὶ σχίσεις καὶ καταλήψεις καὶ φαντασίας, καὶ τοιαῦτα πολλὰ ὀνόματα διεξιόντα. ἀκούομεν δὲ αὐτοῦ λέγοντος, ὡς καὶ ὁ θεὸς οὐκ ἐν οὐρανῷ ἐστιν, ἀλλὰ διὰ πάντων περαίνειν, οἷον ξύλων καὶ λίθων, καὶ ζώων, ἄχρι καὶ τῶν ἀτιμοτάτων. καὶ τὴν γε μητρὸς ἐρομένης αὐτὸν, τί ταῦτα πηρεῖ, καταγελάσας αὐτῆς, ἀλλ' ἔφη τὸν λῆρον τοῦτο, ἔφη, ἐκμάθω ἀκριβῶς. ὀλίγα καλύσει με μόνον πλούσιον, μόνον βασιλέα εἶναι· τοὺς δὲ ἄλλους, ἀνδράποδα καὶ καθάρματα νομίζεσθαι, ὡς πρὸς ἐμέ. ταῦτα τοῦ ἀνδρὸς ἀπόντος, ὁ φιλόσοφος, ὅρα οἵαν ἀπόκρισιν ἀπεκρίνατο, ὦ Ἑρμότιμε, ὡς πρεσβυτικῶς. ἔφη γὰρ, ἀλλ'

le; nescio quo pacto sermonem connectens. Nos autem his auditis ridere solemus, maximè verò quando obstructis auribus sedula agitatione secum meditatur, habitus & dispositiones quaspiam: præterea catalepses & imaginationes, multa denique id genus nomina percurrendo. Quinetiam non rarò ipsum dicentem audiuimus, Deum in cœlo non esse, sed per omnia certatim penetrare, nimirum per ligna, per lapides, per animantia, vsque ad ea quæ sunt omnium despectissima. Cæterùm matrem illum interrogantem, cur ad hunc modum deliranti ista secum nugaretur, subsannare solet. Sed si eas nugas, inquit, exactè perdidicero, nihil video obstare mihi quò minus solus diues, solus rex sim, cæteri verò mihi collati, mancipia & hominum purgamenta existimandi sint. Hæc cùm dixisset vir ille, vide, mi Hermotime, cuiusmodi responsum ille dederit philosophus, quàm verò maturũ & senile. Atqui nisi

ἀπ' ἄγχι μὴ ἐμοὶ ἐπλησίαζεν οὕτω, οὐκ οἴει μακρῷ χείρω ἂν αὐτὸν ἐξειργάσασθαι, ἢ καὶ νὴ Δία ἴσως ἂν ἤδη τῷ δημίῳ παραδιδόσθαι; ὡς νῦν γε χαλινόν τινα ἐν βιβλίοις αὐτῷ ἡ φιλοσοφία, καὶ ἡ πρὸς ταύτην αἰδὼς, καὶ διὰ τοῦτο μετριώτερός ἐστιν ὑμῖν, καὶ φορητός ἐστι· φέρεται γάρ τινα ἀσχήμονα αὐτῷ, εἰ ἀνάξιον φαίνοιτο τοῦ σχήματος καὶ τοῦ ὀνόματος, ἃ δὴ παρακαλυβοῦντα παιδαγωγεῖ αὐτόν. ὥστε δίκαιος ἂν εἴην, εἰ καὶ μὴ, ὧν βελτίω ἀπέφηνα, μισθὸν παρ' ὑμῶν λαβεῖν, ἀπ' ὧν ἐκείνων γε, ἃ μὴ δέδρακεν, αἰδούμενος φιλοσοφίαν, ἐπεὶ καὶ αἰτίαν ἂν διάδηλον σιωπῇ τοῦ παιδίου, ὡς ἀπιτήδειον αὐτοῖς ἐκ διδασκάλου· καὶ γὰρ ἂν μηδὲν ὠφελεῖν ἀγαθόν τι διώμοσία, ἀπ' ὧν φαῦλον οὐδὲν ποιήσουσιν, ἐκεῖ μένοντες. ἐγὼ μὲν οὖν τὰ ἄλλα πάντα ἀπεπλήρωσά μοι δοκῶ.

me ille, inquit, accessisset, nónne putas quòd longè peiora flagitia admisisset, aut per Iouem etiam traditus fuisset torquendus carnifici? Nunc autem frenum quoddam illi iniecit philosophia iuxtà ac verecundia, & ob hoc ipsum modestior vobis nostra opera factus est, & moribus adhuc tolerabilis. Illud enim pudorem illi incutit, quòd indignus habitu & nomine philosophiæ appareat. Cæterùm quæ à nobis abstulit, ea illum in disciplina continent: ita vt iustus esse videar, si mercedem à vobis accepero, etsi illum haud multò meliorem reddiderim. nam in his quæ nondum admisit, philosophiam reueritus est, posteaquam nutrices quoque talia de pueris dictitare soleant, nempe præceptoris ædes illis adeundas esse. Siquidem nusquam alibi locorum pueris relicta est copia bonum quiddam perdiscendi: sed neq; mali quippiam vnquam in se admittunt, quamdiu sub præceptorum custodia militauerint. Ego quidē oēs officij mei partes in excolendo iuuene mihi implesse videor.

μοκῶ. καὶ ὅρ τινα ἂν ἐθέλῃς τῶν ἐνδότων τὰ ἡμέτερα, ἥκε μοι εἰς ἄθειον παραλαβὼν, ὄψει τι ὅπως ἐρωτᾷ, καὶ πῶς ἀπεκείνατο, καὶ ὅσα μεμάθηκε, καὶ ὅσα ἤδη ἀνέγνωκε βιβλία, περὶ ἀξιωμάτων περὶ συλλογισμῶν, περὶ διαλήψεως, περὶ διαθηκῶν, καὶ ἅπαντοικίλα. ἃ δὲ ἡμῖν μήτηρ ἔτυπτεν, ἢ παρθένους συνάρπασε, τί ταῦτα πρὸς ἐμέ; οὐ γὰρ παιδαγωγόν με ἐπέστησαν αὐτῷ. διαῦτα γέρων ἄνθρωπος ὑπὲρ φιλοσοφίας ἔλεγε. σὺ δὲ καὶ αὐτὸς ἂν φαίης, ὦ Ἑρμότιμε, ἱκανὸν εἶναι, ὡς διὰ τοῦτο φιλοσοφοίημεν, ἵνα μηδὲν, τῶν φαυλοτέρων πράττοιμεν ἢ ἐπ' ἄπαντας ὑπόνοιαν ἐξ ἀρχῆς φιλοσοφίαν ἐξενέγκωμεν, οὐχ ἵνα τῶν ἰδιωτῶν δοκιμάτεροι ἐνώμεν πλουσιώτεροι; τί οὖν οὐκ ἀπεκείνω τοῦτο; Ερμ. τί δὲ ἄλλο, ἢ ὅτι

videor. Iam quicunque tibi placuerit noſtrarum rerum non imperitus, illo tecum aſſumpto cras me accedas, & videbis quàm promptè & expeditè interroget alios, quámque ingeniosè & argutè ad quæſita reſpondeat: tum quantam eruditionem ſibi mea opera parárit, & quos iam libros euoluerit de proloquijs ac ſyllogiſmis, de complexionibus & officijs, deq; alijs multis & varijs. Cæterùm quòd matrem pugnis cæciderit, atque etiam raptas virgines vitiárit, quid ad mè attinet? neque enim me illi pro pædagogo conſtituiſtis. Hæc quidem homo ſenex de philoſophia diſſerebat. Tu fortaſſe & ipſe, Hermotime, diceres abundè ſatis eſſe, ſi ob hoc ipſum philoſopharemur, ne quid eorũ, quæ mala & vitioſa ſunt, faceremus. An verò non initiò longè ampliori ſpe inducti philoſophandum nobis eſſe exiſtimabamus, nõ ob hoc ſaltem, quòd paulò quã priuatus quiſpiã ex vulgo honeſtiores eſſemus? Cur igitur nõ & ad hoc dignaris dare reſpõſum? HER. Quid verò aliud tibi reſpondeã,

ὅτι καὶ δακρύσαι ὀλίγα δεῖ; ἐς τοσοῦτό μου διαθήκτο ὁ λόγος ἀληθὴς ὢν, καὶ ὀδύρομαι, ὅσαν ἄθλιος χρόνον ἀνήλωκα, καὶ πόσοις μισθὸς οὐκ ὀλίγους τιλῶν ἀντὶ τῶν πόνων. ναὶ γὰρ, ὥσπερ ἐκ μέθης ἀναφέρων, ὁρῶ οἷα μοι φίλτατα ἦν ἤρων, ὁπόσα δ' ἐπόνουν διὰ ταῦτα. Λυκ. καὶ τί δὲ δακρύων, ὦ χρυσέ; τὸ γὰρ τοῦ μύθου ἐκεῖνο πάνυ σοφὸν οἶμαι, ὃν Αἴσωπος διηγεῖτο. ἔφη γάρ ἄνθρωπόν τινα ἐπὶ τῇ ἠόνι καθεζόμενον, ἐπὶ τῶν κυμάτων, ἀριθμεῖν τὰ κύματα. σφαλέντα δ' ἄχθεσθαι καὶ ἀνιᾶσθαι, ἄχρι δὴ τῶν μυρίων ἐκεῖνα παρασκόπου ἀπῆν αὐτῷ, τί ὦ γύναι ἀνιᾷ τῶν παρελθόντων ἕνεκα; δεῖ τὰ ἐντεῦθεν ἀριθμεῖν, ἀμελήσαντα ἐκείνων. καὶ σὺ τοίνυν ἐπειδὴ οὕτω σοι δοκεῖ, ἐκ τοῦ λοιποῦ ἄρξαι ἀριθμεῖν, ἀφεὶς ἐκείνων. καὶ ἅμα ταῦτα εἰπὼν ἀπῆλθε.

quàm quòd propemodum etiam mihi lachrymandũ intelligo? vsq; adeò me commouit oratio tua nimiùm vera. Et iam quidem grauiter lugeo me miserum tantum temporis frustra insumpsisse & contriuisse, ad hæc mercedem tam grandem pro laboribus impendisse. Iam enim tanquã ex ebrietate profunda ad sobrietatem reuersus, video, cuiusmodi illa sint, quorũ amore capiebar, tum quantas ærũnas pro illis consequendis ego miser exhauserim. LVC. Fletu quidem & lachrymis haud opus est, ô bone, longè aũt præstabilius & prudentius esse opinor, quod in fabulis Aesopus cõmemorat. Ait enim quendam in maris littore consedisse, pp conantem singulas vndas pernumerare: cumq; vndarũ mutuò se trudentium multitudine obrueretur, animoq; grauiter angeretur, quòd eas numero complecti non posset, aduenies callida vulpes, non inidoneo consilio hominis perturbationem subleuauit. Quid discruciaris, inquit, propter vndas quæ prætergressæ sunt? hinc numerare incipias oportet, illas missas facito. Et tu

βίον quando

βίον τι κοινὸν ἅπασι βιῶν ἀ-
ξιῶν, καὶ συμπολιτούσῃ τοῖς
πολλοῖς, οὐδὲν ἀπόκοπον καὶ τα-
πεινωμένον ἐλπίζων, καὶ οὐκ ἀν-
σχαίνῃ, ἢν ὡς εὖ φρονῇς, ἀγε-
ρώμενον ἄνθρωπον μεταβάσῃ, καὶ
μεταχωρήσῃς πρὸς τὸ βέλτιον.
ταῦτα πάντα, ὦ Φιλότης ὁπό-
σα εἶπον, μή μοι νομίσῃς κατὰ
τῶν Στοϊκῶν παρεσκευασμένον, ἢ
ἔχθραν τινὰ ἐξαίρετον πρὸς
Στωϊκοὺς ἐπανηρημένον ἐρη-
κέναι, ἀλλὰ κοινὸς ἐπὶ πάντας
ὁ λόγος, τὰ γὰρ αὐτὰ καὶ σὺ
εἶπον ἄν, εἰ τὰ Πλάτωνος, ἢ
Ἀριστοτέλους ἢ ῥητῶρ, ἢ ἄλλων ἀ-
κεῖνων ἐρήμην κατηγορεῖς. νυνὶ
δὲ ἐπεὶ τὰ Στωϊκῶν προτίμησας, πρὸς τὴν Στοὰν ἀφε-
στάσθαι ὁ λόγος ἔδοξεν, οὐδὲν
ἐξαίρετον πρὸς αὐτὴν ἔχων.
ΕΡΜ. εὖ λέγεις. ἄπειμι γοῦν
ἐπ' αὐτὸ τοῦτο, ὡς μεταβαλοί-
μην καὶ αὐτὸ δὴ τὸ σχῆμα.

quandoquidem ita tibi videtur, posthac magis ex vsu tuo feceris, si communem cũ aliis vitam viuere decreueris, ac ita quidem cũ multis in Republ. versaberis, nihil absurdum aut fastuosum animo concipiens, aut sperans. Nec est quòd pudore afficiaris, quòd iam primũ decurso vitæ spacio ractè sapere incipias, aut mutato consilio ad meliora te recipias. ¶¶ Proinde hæc omnia, ô amice, quæcunque à me dicta sunt, nolim putes me de industria præmeditatũ & instructum aduersus Stoicos, quasi mihi cum illis essent susceptæ inimicitiæ, dixisse, sed communem aduersus omnes orationem esse putato. Neque alia contra te protulissem, si aut Platonis aut Aristotelis te sectatorem esse, testatus esses, cæteris indicta causa contemptis, & posthabitis. Nunc autem postquam Stoicos cæteris omnibus anteferebas, aduersus Stoicam omnem disputationem quoque nostram instituimus, nihil alioqui simultatis aut dissidij aduersus illam susceptum habentes. HERM. Benè sanè dicis. Iam itaque ubeo, vt ego me totũ vnà cum vestitu & habitu commutem.

Videbis

ὄψει γοῦν ὀλίγου ἐς μακρὰν ὅτι πώγωνα, ὅσπερ νῦν, λάσιον καὶ βαθὺν, ὅτι δίκαιον λιπολασμήσω, ἀπ' ἄνετα πάντα καὶ ἐλεύθερα. τάχα δ' ἂν καὶ πορφυρίδα μεταμφιάσομαι, ὡς ἐλευθέρῳ ἄνδρι πρέπον ὅτι μηκέτι μοι τῶν λύπων ἐκείνων μέτεστιν. ὡς ἔθει γε καὶ ἐξεμέσαι δυναίμην τὸν λῆρον ἅπαντα ἐκεῖνα, ὁπόσα ἤκουσα παρ' αὐτῶν. καὶ νῦν ἴσθι, ὀλίγου ἂν ὤκνησα καὶ ἑλλεβόρου πιεῖν δόξαντος, ἐς τὸ ἔμπαλιν, ἢ ὁ Χρύσιππος, ὅπως μηδὲν ἔτι ἐννοήσωμι ὧν φασι. σοὶ δ' οὖν ὀλίγου χάριν οἶδα, ὦ Λυκῖνε, ὅτι με πιεῖν ἐρρύμου ὑπὸ βουλιμίου τινὸς χαμάρρου καὶ τραχέος, ἐπιδιδόντα ἑαυτὸν, καὶ κατὰ ῥοῦν συρρέοντα τῷ ὕδατι, ἀνύσπασας ἐπισάς, τὸ τῶν παροιμιῶν τοῦτο, θεὸς ἐκ μηχανῆς ἐπιφανείς. λοιπόν μοι ἐκ ἀλόγου ἂν καὶ ξυρήσασθαι τὼ κεφαλὼ, ὥσπερ οἱ ἐκ ναυαγίου,

Videbis igitur in breui, non veluti nunc, me neque barbatam densa & profunda horridum, neque ita afflictam & asperam victus rationem, verùm molliora omnia, magisq; libero homine digna sequentem. fortasse, neq; purpuram induere gratuabor, vt omnibus fiat perspicuum, mihi priores nugas non amplius curæ esse. Atq; vtinam etiam ex intimis cordis penetralibus euomere ea omnia possem, quæcunque ab illis vnquam audita deuorauí. Et vt pro certo scias, neq; helleborum ebibere formidabo propter hoc ipsum, contrà quàm Chrysippus cõsueuit, ne quid eorum vnquam posthac quæ dixerunt, mihi in mentem veniat. Cæterùm tibi, Luciane, non mediocrem habeo gratiam, quòd me hactenus iactatum & circumlatum à turbido torrente & aspero, iuxtaq; fluxum vnà cum vndis fluitantem extraxeris, assistens iuxta Tragœdorũ prouerbium, Deus ex imprpuiso ostensus. Videor autem mihi nõ absurdè factuus, si & caput rasero, quemadmodum facere soliti sunt, qui è naufragij

ίων ἀπεσωθέντες ἐλεύθεροι, ἔτι καὶ σωτήρια τήμερον ἄγομεν, ἐπειδὴ ἀχλὺς ἀπεσκεδάσθη τῶν ὀμμάτων. φιλοσόφῳ δὲ ἐς τὸ λοιπὸν ἐάν μοι ἀντύχω, ὅτως ἐκτραπήσομαι, ἐκκλινῶ, ὥσπερ τοὺς μυτεμένους τῶν λυττῶν.

naufragijs enatant, incolumes, ita vt salutis meæ festiuitatem hodie concelebrem; posteaquam tantarum nebularum caligo ab oculis meis discussa est. Porrò autem conspectum philosophi posthac; & si inuitus inter eundum alicui obuiam venero, non secus deuitabo extra viam declinando, quàm rabiosos canes fugere soleo.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

ARGVMENTVM.

LVcianus hic eorum stultitiam elegantèr exagitat, qui ab ineunte adolescentia ita se alicui disciplinæ philosophorum addixerant, vt eius omnia placita ac decreta sequerentur: &, vt Vlysses Homericus ait, solùm Tiresiàm apud inferos sapere, cæteros σκιὰς ἀΐσσειν, ita ipsi, qui ex eadem essent hæresi, ijs veritatem patere solis, cæteros omnes vagari temerè, & huc illuc à vero auios ferri iudicarent. Negat autem id eos statuere potuisse: Non enim aliorum cognouisse rationes: vt, omnibus diligenter examinatis ac perpensis, constituerent, qua tandem vna cunctę alię præponderarentur. Scitum autem est illud, siue ἀπόθετον est, siue, vt creditur, ψευδεπίγραφον. Μηδὲ ἅπαξ δικάσῃς, περὶ ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς. Id igitur non fecisse ipsos, sed infirmissimo ętatis tempore, aut secutos amico cuidam, aut vna alicuius, quem primùm audijssent, oratione captos, de rebus incognitis iudicasse, & ad quancunque disciplinam quasi tempestate delati essent, ad eam tanquam ad saxum adhę-

adhæsisse. Porrò inanis illa philosophia, quam etiam Paulus summo studio cauendam docuit, si non alio nomine semper apud cordatos fuisset in odio, certè eam ob causam debebat sapientibus & ingeniosis hominibus iure optimo esse suspecta & inuisa, quòd hæresibus penè innumeris, & per hoc diuersissimis esset infecta & obscurata. Quemadmodum enim corpus, quod ex diuersis inter se membris nec cohærentibus compositum est, verum & naturæ opificio consentaneum esse non potest, sed potiùs monstrum existimari debet, cuiusmodi in exordio artis Poëticæ adumbrauit Horatius: ita nec vlla vnius alicuius disciplinæ professio, seu vitæ ratio sana & recta habenda est, quæ sectarum diuersitate & discrepantia distracta & vitiata est. Quî enim ad aliquem finem eius rei vllus potest patere exitus, cuius initia sunt incerta & repugnantia, & viæ nullo modo inter se conueniunt? Veluti de rerum principijs, & bonorum finibus, breuiter de rebus omnibus inter se dissentiunt, discordant & dissident philosophi: cùm hic aërem rerum principium fuisse contendat, ille aquam: ab Homero fortè persuasus, affirmante Oceanum omnium rerum esse parentem. Alter particulas nescio quas similares, quartus ignem, quintus aëris infiniti raritatem & densitatem, sextus litem & amicitiam. Quibus annumeratus Pythagoras, ex numeris & horum dimensionibus omnia fluxisse μεγάλα φιλοσοφικῶς confirmat. Rursus hic bonorum finem in voluptate & delicijs sitam habet, ille in indolentiæ præstantia, alius in ficto & falso virtutis vocabulo: est, qui in dignitate & summis atque amplissimis honoris & gloriæ gradibus vitæ beatæ summam collocat. Nam quorsum percensere attinet, quàm contraria & pugnantia de mundo, anima & dijs statuerint: cùm hic interiturum mundum, alius sempiternum fore confinxerit: hic innumerabiles, alius nouos subinde exoriri commentus sit? Quo de numero est mollis

&

& voluptuarius ille Epicurus & Democritus. Iam qui sunt è schola Pythagorica, animam numerum seipsum scientem esse definierunt: Aristoteles entelechiam primam corporis: alius, quatuor elementorum harmoniam. Et ne cuncta persequendo nimius sim, cuique pro suæ rationis intellectu, aut (quod verisimilius est) pro nocturnis somnijs semper alia atque alia res visa est anima: adeò, vt si collatæ inter sese fuerint de illa philosophorum opiniones, anima res erit omnium monstrorum monstrosissima. Deinde, quot illorum sunt, qui deos omninò esse negant: rursum, quot sunt qui innùmeros esse somniant? Omitto, quàm absurda & ridicula de Sole & Luna impudenter mentiantur. Prætereà quàm stulta & insulsa, quàm vana & nugatoria de materia, de motu, de infinito, de loco, de vacuo, de tempore, de ideis, de atomis, de nubibus, de ventis, de pluuijs, fulminibus, tonitribus, deque reliquis hoc genus meteoris disputant: ita vt si rem propiùs contempleris, in tota philosophia nihil cernas aliud, quàm confusissimam quandam repugnantissimarum opinionum confusionem, & verborum pugnas nunquam finiendas: vt rectè in hoc Dialogo eleganti mihi scripsisse videatur Lucianus: *παύλας, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τοῦ μὴ σχιᾶς μάχεσθαι τοὺς φιλοσόφους.* His ergo nugis cùm melior selectissimæ iuuentutis pars pulcherrimis ingenijs prædita perderetur, & ad ciuilium rerum administrationem capessendam in vniuersum inutilis redderetur: credo, Luciano implacabili philosophorum hosti, fuisse in consilio, vt hunc de sectis Philosophicis dialogum conscriberet: vel vt illorum insignem stultitiam pro more suo salsè subsannaret: vel vt palàm faceret, nullo modo quenquam exactam philosophiæ cognitionem parare posse, propter sectas in ea multiplices, & vias diuersissimas. Mihi, quoties animo & memoria mecum repeto veterum philosophorum discordes disciplinas, semper succurrit nostra religio, quæ

& ipsa ita sectis & diuersis viuendi modis discerpta est, vt neque in ea quicquam manserit sanum, sincerum & integrum, profligata fide, & vera pietate extincta, donec lucis Euangelicę exortu impostura diaboli sagaciter deprehensæ sunt, & hæc ignorantiæ nostræ caligo discussa est. Sed ad Lucianum regrediamur, qui si hoc tempore reuiuisceret, & nonnullorum gymnasiorum studia vigilantiùs consideraret: dij boni, quot illi misero Hermotimi forent conscribendi? Nam si quis facta collatione nostros philosophos cum veteribus composuerit, & vtrorumque philosophiam penitiùs excusserit, non dici potest, quantò feliciores prisci illi nostris existimandi sunt. Qui tametsi in multas hæreses essent distracti; & omnibus fermè opinionib. inter sese discordabant: digniores tamen habuêre magistros, quos sequerentur, nempe Platonem, Aristotelem, Cratippum, Zenonem, Epictetum, aliosque innumeros. Nostri planè neminem (neglectis his quoque nominibus & titulis impudenter gloriari solent) quàm spurcissimam illam fecem indoctissimorum sophistarum, & immundissimas illas ranas, neque non locustas loquacissimas, Occam, Scotum, Thomam, & qui inde nati sunt innumerabiles peruersores; rectiorum studiorum pestes præsentissimas, sectarum magistros stupidissimos Modernalium, Realium, Thomistarum, &c. Vide verò, quæ istorum hominum fuerit amentia, aut potiùs extrema cæcitas & peruersitas, cùm ad perdiscendas sacras & diuinas literas, per istam sectarum colluuiem omnibus vix alia via fuit ascendendum: nemine scilicet in album theologistarum recepto, nisi alicui sectæ nomen antè dedisset, eamque fermè nugacissimarum nugarum plenis faucibus exhausisset, & ita promouisset, vt clamore, barbarie, & impudentia, cum quouis ex æquo decertare posset. Ex his itaque locustis magistri nostri orti sunt, præclarum illud genus hominum: per quod non solùm quicquid humanarum fuit literarũ

extremè

extremè corruptum & contaminatum est, verùm omnia quoq; sacra irreligiosissimè profanata sunt. Qua de re (quando iam omnibus liquet) hic non est prolixiùs disputandi locus. Iam quanquam & apud Germanos rectiora studia caput erigere cœperint: mirum tamen, quàm multis in locis adhuc frigeant, regnante etiamdum peruersæ & inanis philosophiæ studio magistrorũ nostrorum propugnatione & opera. Et formantur adhuc artium & philosophiæ magistri, belli scilicet & insignes asini, quibus ne nomen quidem philosophiæ rectè cognitum est: non, quòd hunc ritum in Gymnasijs coronandi, aut ornandi meritos damnem: sed quòd indignum esse putem, eiusmodi bestias hoc potissimùm insigniri titulo, à quo adsunt longissimè, siue eorum vitam spectes: siue eruditionẽ perpendas. Nam cùm perhibeant, ex philosophia vtrumq; iuxtà & morũ elegantiam, & multarum rerum cognitionem parari: illi tamẽ interim neq; vlla morum ciuilitate sunt ornati, neq; vlla literatum peritia, aut rerum vel tenui iudicio perpoliti. Et hi tandem sunt, quibus in Academijs integrum est docere literas, clauum scholæ tenere, iuuentutis magistros esse, melioribus doctoribus per sycophantiam & impudentiam loco motis & electis. Illorum ergo fastum & arrogantiam, hoc Dialogo egregiè ridet Lucianus.

a QVANTVM cùm.] *Exordium ab occasione.* *b* Ita vt neq; per viam.] *Idem & Mercenario præceptore: Ne in via quidem inter eundum musas negligit, sed ambulationis ocium bene collocat.* *c* Philosophia multo tempore.] *Philosophiæ studia inquisitione, studio ac vigilantia & labore multo constant. Planè in fundo, inquit Lucianus pòsit, visus est philosophiæ adyta abscondisse Deus, sub ipsam fecem vsq;.* *d* Enimuerò.] *Occasio disputationis, ex diurna auscultatione.* *e* Ex temporis.] *In Græco τῶ τι χρόνω: id est, ἐκ τοῦ χρόνου.* *f* Vndé nam.] *Ratio auscultationis, à descriptione virtutis.* *g* Atqui principium, Hesiod. dimidium totius.] *Refer-*

tur ab eodem Luciano in somnio seu vita sua. A Platone lib. de Rep. 2: Scisne, inquit, principium cuiusque operis maximum quiddam esse, præsertim & iuueni, & cuibis, qui tener sit, & flexibilis? Demetrius Phalerius de elocutione: Deinde nos, inquit, ad comparationem conferimus, afferentes illud: Principium dimidium esse totius. Vide Eras. chiliad. 1. cent. 2. adag. 39. h Proinde ad summum.] Eleuatio studij tanquam inanis, à simili. i Aorna.] In India petra Aornos est, quæ propter frigora & altitudinem ab auibus vitatur. De ea Lucianus in præceptore Rhetorum. k Dissimile prorsus.] Dilutio, à negatione & euentu. l Neq; ipse.] Redit ad primam quæstionem, quamdiu philosophandum sit, vt felicitas illa summa compararetur. m Qui Chaldaica disciplina sunt imbuti.] Id est, Mathematicis. Genethliaci enim omnes qui ex natalitio sydere futura præsagiunt, Chaldæi vocantur. Quod enim illa natio syderum observandorum perissima fuit, factum est, vt Mathematici ita vocarentur. u Cæterùm illum.] Causa tanti laboris & effectus. o At vbi eosdem.] Effectus & confutatio, ab exemplo. p An dum.] Dilutio exempli, à causa. q In præsentia quidem.] Inuitat ad disputationem, ficta opportunitate occij, cum descriptione quadam præceptoris Hermotimi, cuius exemplo mox ad confutandos Stoicos vtetur. r Ego haud.] Rationes quibus Stoicam viam præstulerit. s Atqui non.] Confutatio ab absurdo. t Non solùm.] Alia ratio. Hinc est quòd voluptuarij homines Epicurei dicantur, quod est maximum conuitium, vt idem Lucian in Alexandro, Pseudomante & falso Vate, ait. u Obsecro.] Confutatio eiusdem rationis. x Margita quopiam loqui.] Inertis & nullius pretij stolidoq; homine. Margitis enim meminit ex Homero Arist. atque Clemens Alexand. Vide Eras. Chiliadas de Margite. Demosth. apud Plutarchum: Alexandrum puerum & Margiten nominabat. y Atnc hoc.] Ratio. z Demissa barba.] ἐν χρῷ τῶν πωγώνων. Sic in Vitarũ auctione, vbi in Stoicos quædam annotauimus. A Nunquid igitur.] Confutatio à superiori exemplo. B Rectiùs.] Alia, per absolutionem. C Cæterùm illi.] Vnde iudicandus & cognoscendus sit sapiens.

pient. D Qualia.] *Amplificat fabula,* E. Fabula.] *Huius fabulæ mentionem facit Plato. Momum Hesiodus in Theogonia ait Nocte matre, sine patre progenitum. Huic deo mos est, sibipsum nihil quidem operis edere, sed aliorum deorum opera curiosis oculis contemplari, & si quid omissum, aut perperam factum, id summa cum libertate carpere. Nam μῶμος Græcè reprehensionem significat.* F Neptunum taurum effinxisse.] *Siue vt alij, equum velut arationi, vecturæque accommodum in primis animal in medium scatuisse. Idem Lucian. in Nigrino quoque vt hic, taurum fuisse scribit: Momus, inquit, reprehendebat tauri artificem Deum, qui non præposuisset oculis cornua.*

G Mineruam domum excogitasse.] *Pallas domicilium ostendit, cuius vsus contra iniurias aeris omnes inseruiret.*

H Vulcanus hominem fabricauit.] *fictum hominem pro facile præstantissimo opere exhibuit.* I In alijs quæ reprehenderit.] *In tauro, ex Nigrino diximus.* * Calumniatus.] *Caussatus.* K Quod artifex.] *Vulcanus. Vitruuius Pollio libro de Architect. tertio, in præfatione, hanc sententiam Socrati tribuit: Socrates (inquit) memoratur, prudenter doctissimeq; dixisse, oportuisse hominum pectore fenestratas esse, vt non occultos haberent sensus.* L Non addidisset ostiola.] *cathros, seu fenestellas per quos, ne quid occultum lateret intus, introspici posset.* M Lynceo es perspicacior.] *perspicaces, intelligentes, & acutè subtiliterq; videtes, Lyncei dicuntur, nō à lynce animali, vt tradūt quidā, sed à Lynceo Argonautarū vno, qui dicitabat vltra parietē videre, vt ait Hieronymus contra Ioannē Origenistā, vnde Valer. Flaccus inquit in primo:*

—quumq; æthera Iuppiter vmbra
Perdiderat, solus transibit sydera Lynceus. *Et horat.*
—ne corporis optima Lynceus
Contemplere oculis —. *Cicer. Quis est tam Lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat. Sunt qui tradant, vt ait Lycophronis interpres, Lynceum primum reperisse fodinas metallorum, æris, argenti, auri, & hinc vulgo natam fabulam, quòd ea quoque præuideret, quæ sub terra sunt, quæque apud inferos fierent. Plin. lib. 4. cap. 10. ait: nouissimam, primamque*

lunam in Ariete primum eadem die conſpexiſſe, Apollonius in Argonauticis ſcribit Lynceum vſqueadeò fuiſſe perſpicacem, vt etiam terram ipſam oculorum acie penetraret. Hinc prouerbium: Lynceo acutior ſiue perſpicacior. Idem in Icaromonip. repentè quaſi Lynceus quidam affectus, cuncta diſcernis. Idem in Charonte ſiue contemplantibus: item Menippi & Tireſiæ dialogo meminit. N Nequaquam.] *Redit ad caput quæſtionis latius quàm planius exponendo illam, ficto icone virtutis, & eius viæ.* O Ego quidem harũ rer.] *Hactenus virtutis imaginem deſcripſit: iam & de via ad ipſam, quæ (vt inquit Heſiodus) in altiſſimo loco conſtituta, non niſi cum ſudoribus poteſt adiri. Volentibus enim ad eam peruenire, ſenſus & concupiſcentia ſe opponunt: & omnes ferè homines fraudibus & dolis via præpediunt, vt ſuſcepti itineris faciant pœnitere.*

P Quibus tu habendam.] *Redit ad quæſtionem ſuperiorem, quænam via philoſophandi potiſſima ſit.* Q Cuinam potiſſimùm fides adhibenda ſit.] *In Græco τῷ articulus ponitur infinitè, i. ſine interrogatione, pro τίνι.* R Quod autem.] *Ampliſicatio à ſimili.* S Quocunque nos pedes.] *Quocunque via fauerit, nullo nobis ab initio loco quò eamus propoſito ἢ πόδες ἄγουσι, ſic loquuntur Latini, Quò pedes ducunt. Perſ. Sat. 3:*

An paſſim ſequeris coruos, teſtaq; lutoq;,
Securus quò pes ferat, atq; extempore viuis?

Horat. in Epodis ode 16:

Ire pedes quocunq; ferunt, quocunq; per vndas
Notus vocabit aut proteruus Africus.

Plaut. in Mercat. Nec podagricus, nec articularius eſt, quem tus pedes ducunt. *Virg. Mœr.* Quò te Mœri pedes? *Vnde noſtrum Adag. Quocunq; Deus.* T Haud quaquam verò.] *Alia à fine.* V Eſt quidem.] *Redit ad id quod ſuprà propoſitum fuit, Stoicam viam eſſe optimam.* X Alioqui fruſtra.] *Confutatio, à reiectiore cauſæ* Y Age verò.] *Proſopopœia cæterorũ philoſophorum, ſe, e contra Stoicos defendentium.* Z Sedenim.] *A' iuſto, & forma iudiciorum.* α Aut ſi.] *Ab abſurdo & ſimili.* β Ergo abſurdè.] *A' modo & officio indican-*

iudicantis. γ Neq; tamen.] *Obiectio, cui respondet à qualitate personæ.* δ Aut igitur.] *Amplificatio à simili.* ε Quoniam illud.] *Alia, à collationibus.* ζ Siquidem perhibēt.] *Alia, ab exemplo Gelenii.* η Iam vt tandē.] *Finis & scopus.* θ Mihi quidem.] *Alia defensio Stoicorum, continens hāc quæstionem: An ex vna aliqua via veritas comparari possit, an omnes sint cognoscendæ.* ι Nihil aduersum.] *Confutatio.* κ An non.] *Ab exemplis.* λ Ponamus.] *Alia defensio per diuisionem.* μ Iam verò.] *Confutatio ab inæqualitate similitudinis.* ν Gymnicis certaminibus.] *Quoniam cœperunt aliquando nudi in ludis & palæstra decerta Græci, authore vel Orsippo Megarensi, vel Acantho Lacedæmonio, ideo & gymnasia cùm ipsæ exercitationes ludorum tum loca, & gymnici ludi sunt appellati.* ξ Vrna argentea.] *De sortibus Athletarum. Pulchrè monstrat quónam modo sortes athletis obueniebant, quomodóve pares ad certamen iungebantur.* ο Deo.] *Apollini.* π Flagellifer.] *Dei minister.* ρ Pancratio.] *Pancratium quid, idē Lucian. de Gymnasiis. Philostratus de Athletis refert Pancratium palæstrā simul & pugillatū vocari. Certaturi ante omnia per aliquot dies sese exercebāt maiore quàm poesta labore. verbi gratia, cursu certaturi, in arena cum ocreis per aliquot dies currebant: postea solutus, tanquam compedibus liberatus, maiorem obibat operam. Item saltu certaturi, cū manibus priùs oneratis assuescebant. Præterea à carne vescebantur bubula, quæ fortiores redderet: abstinebant à cæteris delicijs, præsertim coitu. Hæc ille.* σ Olympicis] *Olympicū certamen quinto quoq; anno fieri solebat, in honorem Iouis Olympici, cuius autorē Herculem fuisse putant.* τ Non iniuria.] *Adaptatio similitudinis, & finis quæstionis, omnes esse cognoscēdas vias ei qui verā eligere velit.* υ Neq; enim.] *Amplificatio à simili.* φ Quātum verò tēporis.] *Quo, & quanto tempore quiq; philosophi cognoscendi. Et hic locus fiunt disputationis cōtinet, seu scopum, de quo suprà. videlicet, quòd impossibile sit omnes philosophorum doctrinas & vias cognoscere, vt ex ijs quæ vera sit eligatur.* χ Veritatis inuentionē.] *Alludere videtur ad Democriti dictū, In profundo veritatē esse demersam. Cic. in Acad. & Lactant. 3.*

Instit. lib. cap. 28. Thucid. verò ait lib. 1. segnem apud multos esse veritatis vestigationē, ad ea se potius quæ in promptu sunt conuertentes. Ψ Tithonum.] *Poëtæ fingunt, Tithonū adamatū ab Aurora in cœlū sublatū fuisse, atq; illius succo perfusum, ad tantā peruenisse senectutem, vt tādem optauerit, vt in cicadā verteretur. Inde Tithonios annos pro longa senectute vsurpauit idem Lucianus in dialogo Zenophantæ & Callimedæ:* καὶ ἔτι τὸν Τιθωνὸν ἔζη μᾶλλον ἢ ἐγώ. *Atq, vltrà Tithonum viuebat senex. Basil. ad nepotes cap. 17.* Τιθωνῆς τῆς γηρᾶς. Ω Et quando.] *Redit ad propositionē, mitigando illā diuisione.* A Atqui Luciane.] *Confutatio temporis, quod Luciano præfinitū fuerat ad singulos cognoscendos.* B Opinor fuisse Phidiā.] *Plutarch. in cōmentario de defectu oraculis, videtur ad Alcæum referre. Sic enim scribit:* ὡς κατ' ἀλκαῖον ἐξ ὄνυχος τὸ λέοντα γεγράφοντες. *Nō Alcæi more leonem ex vnguibus depingentes, hoc est, ex re minima, maxima colligentes. Siue autem Phidias fuerit, siue Alcæus, hinc tamen sumptum videtur istud adagium apud omnes vsurpatissimum, leonem ex vnguibus, cùm ex minimo quoque vel indicio, vel argumento, vel causa, rei totius summam intelligimus.*

Γ Papæ! quám.] *Diluit obiectionem ab ipius argumenti serie, & inæqualitate exempli.* Δ Phidias.] *Statuarius insignis, cuius opera præclarè prædicat Plin. lib. 36. Mundi suæ historiæ.* Γ Nihil enim ista.] *Hæc clausula in prouerbium abijt, quo significatur, illa nihil ad rem attinere, & nimiam inæqualem esse comparationem. Idem vsus est illa in Baccho: de qua vide Erasmum in Chiliad.* Z Aut quid.] *Amplificatio à signo.*

H Quòd si autem.] *Irrisio.* Θ Tu verò.] *Aliud simile, quo idem contendit, ex parte totum cognosci posse.* I Quoniam rei.] *Respondet eadem vt supra ratione, inæqualem esse collationem.* K Illa in Delphis.] *Delphos tellus à principio vaticinari solita fuit, quæ paulò pòst Daphnem constituit à qua Themis eandem facultatem adepta est: à Themide verò Apollo dono accepit. qua de re Pausanias in Phocicis.*

Λ Quare vide.] *Superiorem similitudinem diluit alia.*

M Danaidum.] *Plato scripsit, puellas Danaidas apud inferos hoc genus pœnæ pendere, vt assiduè aquam in dolium pertusum,*

pertusum, vasis item pertusis inferant. N Cicutâ.] *Veneno cicutæ noxij apud Athenienses tollebantur.* Z Neque enim.] *Aliud acerbius paulò, cum præfaciuncula.* O Vitam breuem.] βίος τυτέστιν ὁ χρόνος τῆς ζωῆς ἡμῶν, *Philotheo interprete. Vita siue tempus vitæ nostræ breue ab ab Hippocrate etiam dicitur in primo Aphorismo de artis comparatione, quæ quidem longa est. In Græco verbum substantium ἐστὶν subaudiatur. Quanquam etiam simpliciter vita nostra breuis, fugax ac momentanea est. Siquidem vniuersum vitæ nostræ tempus, Dauide teste, anni sunt septuaginta, vel ad summum octoginta. Quam quidem, de vitæ brevitate Dauidis sententiam, Eobanus Hessus ijs versibus scitissimè expressit:*

Tam nostri tacitis labuntur curribus anni,
Quàm citò quæ loquimur verba perire solent.
Viuitur humanos bis septem lustra per annos:
vix rectè vt valeas, lustra bis octo feres.
E quibus eximios quos viuimus omne laborum,
Et genus, & miseri fata doloris habent.
Tam citò desinimus, tã sors hęc nostra caduca est:
Tam citò ceu penna præpete vita fugit.

Quare rectissimè etiam ab Horatio dictum Od. 4. lib. 1:

Vitæ summa breuis spē nos vetat inchoare longã.

Sic Virgil. 10. Aeneid.

—breue & irrep arabile tempus
Omnibus est vitæ—.

Iuuenalis Satyr. 9:

—festinat enim decurrere velox
Flosculus, angustæ miserēq; breuissima vitæ
Portio—*De Hippocrate autem maximo Medicinæ parente hoc solum hìc dicã: Eum totam Græciã pestilenti lue Thucydidis tempore, magna cũ gloria liberasse, itaq; etiã aureis statuis, arisque tanquam deus à seruatis illis populis donatus est.*

Π Critico quopiã.] *Argumentum à difficultate.* P Areopagitarum.] *De Areopagitarum integritate, & simul auctoritate, multa scribit in Anacharside, & Isocrates in Areopagitico. Prætereant enim moribus Athenis, in pago & vico Martis.*

Hinc dicitur Areopagus, quasi Martis pagus. Σ Nullius hominis vita satis longa.] *Homines inter negocia morimur ἀχάλινοι, & sollicii i. propria solũ curãtes.* Τ Ad hũc modum.] *Amplificatio à simili.* Υ Proinde.] *Aliud argumentum à difficultate eligendi præceptoris* Φ Pro thesauro carbones.] *Prouerbium est de his qui spe sua frustrantur, sperantes magnũ quiddam se reperturos, tum verò nugas offendunt. Vsus est in Zeuxide, in Philopseude, in Timone, de Auro inuento: rursum in Votis. Lege Erasmum in Chiliad.* Χ Et quemadmodum.] *Aliud, ab inutili doctrina philosophorum, & spe fallaci discentium.* Ψ Qualia per.] *Amplificatio à collatione.* Ω A fabulosa Hippocentaurorum & Chimærarum.] *Virgil. 6. Aen. facit Centauros & Scyllas in inferorum vestibulo stabulare cum somnijs. Centauros fingunt poëtæ duplici natura:* hoc est, *humana & equina, quos fuisse negat lib. 4. & 5. Lucret. Sed neque Centauri fuerunt inquit. Probat quoq; nunquam fuisse Chimæram, quæ à Poëtis dicitur constare è leone, dratone & capra. Tragelaphus ex altera parte hirci, altera cerui.* aa Medeam.] *Regis Colchorum filiam, quam Iason cum Argonautis rapuit.* bb Hoc aũt.] *Alia, à causa impellente.* cc Quòd si enim.] *Amplificat similitudine quadam.* dd Geometria.] *Hanc Philo ἀρχὼ τῆς μητροπόλεως omnium disciplinarum appellat: & Plato eius artis expertes, minimè ad scholam suã admittebat.* ee Cæterùm ponamus.] *Redit ad Stoicam viam καθ' ὑπόθεσιν: ostendens, etiam illa vera & optima existente, tamen non esse frustra adeò in illa tempus terendum: quia nihil reipsa præstent eorum quæ vulgò pollicentur.* ff Nihilo secus.] *Antipophora persimile.* gg Sed isto.] *Alia confutatio ab eleuatione præmij propositi.* hh Quod mihi perinde.] *Amplificatio à simili.* ii Vos autem.] *Alia à virtutis effectu seu fine, cum qua effectus Stoicæ philosophiæ comparat.* kk Sophisticis.] *σοφιστὴς fuit suapte natura honestissimum vocabulum, quemadmodum etiam tyrannus, qui non aliud fuit quàm rex, monarcha, princeps, aut quisquis tandem vnus rerum potitur. Tantum verò (vt fit) hominum improbitas professioni concitauit inuidiam, vt Sophistæ vocabulum in*

vitio

nitio ponatur. Variùs tamen eius vsus est. Nam significat rhetorem seu oratorem, philosophum, eum qui falsis conclusiunculis vtitur, & impostorem, magistrum inuentorem argutiarum.

ll. An non igitur.] *Amplificatio collationis. mm.* Si placuerit.] *Comprobat exemplo rei gestæ. nn* Crocodylus.] *Consule ac vide ea quæ annotauimus in* 1. *Necricorum dialogo, & in Vitarum auctione. oo* Quid verò aliud.] *Conclusio, qua fingitur Hermotimus pœnitentia ducti prioris vitæ, adeò frustra consumptæ. pp* Conantem singulas vndas numerare.] *Ad hunc Æsopicum apologum visus est respicere Theocritus in Charitibus:*

ἀλλ' ἴσον ἦδ' ὁ μόχθος ἐπ' ἀόνι κύμαθ' ἑλεῖν.
ὅσσ' ἄνεμος χέρσον δὲ μὴ γλαυκῆς ἅλος ὠθεῖ.

Namq; perinde fiet, quasi numerare labores,
Quot venti è pelago trudunt ad littora fluctus.

Virg. 2. Georgic. hunc sequutus:

Quem qui scire velit, Libyci velit æquoris idem
Discere, quàm multæ Zephyro turbantur harenæ:
Aut vbi nauigijs violentior incidit Eurus,
Nosse, quot Ionij veniant ad littora fluctus.

qq Proinde hæc.] *Mitigatio per translationem.*

ΖΕΥΞΙΣ, Η ΑΝΤΙΟΧΟΣ.

ZEVXIS, VEL Antiochus.

Vincentio Obsopœo interprete.

ARGVMENTVM.

APologia quædam scriptorum Luciani est, qua ille ostendit non tantùm nouitati seu peregrinitati studere se, sed & rerum sententiarumque elegantiæ, deinde & aptæ compositionis harmoniæ. Cæterùm quòd sola nouitas illorum in admitatione sit, fieri communi quadã hominũ natura, qui sola nouitate plerunq; detineantur, interim aliorũ nulla habita ratione. Idẽ enim & Zeuxidi olim in pictura Centauri, in quam præter nouitatem

uitatem argumenti, multam artem impenderat: & Antiocho in pugna contra Galatas accidisse, hostibus nouitatem & insolentiam elephantorum, non ipsius apparatum pertimescentibus. Tractatur autem eadem fermè ratione, qua & superior oratio: nisi quòd hîc ipsa causa à principio ponitur, exempla autem, eaque amplificata, sequuntur. Etiam tituli eadem ratione, vt suprà, impositi sunt.

Ναγχ᾽ ἐγὼ μὲν λέξας λόγον, ἀπῆλθον οἴκαδε. πεισόντες δέ μοι τῶν ἀκηκοότων πολλοὶ (πολλὰ γὰρ οἶδ᾽ οἶμαι, καὶ τὰ ἐναῦτα πρὸς φίλους ἤδη οὔσας ὑμᾶς λέγειν) προσιόντες ἦρξαντο, καὶ θαυμάζοντες ἐπῄνουν. ἐπιπολὺ γὰρ προμηθοῦς, ἅμα ἀληθῆ εἰκόνα, καὶ ἐπῄνουν, ἄχθεσθαί τε καὶ ἐρυθριᾶν μοι, μὴ ἄρα πάμπολυ τῆς ἀξίας τῶν ἐπαίνων ἀπολειποίμην. τὸ δὲ ἦν ἐνθουσιῶντας τοῦτο ἐμοῦ, καὶ πάντα ἐν καὶ τὸ αὐτὸ ἐπισημαίνοντας, πλὴν γνώμην



Abita[a] *nuper in cõsessu vestro oratione, domũ me conferebam. Permulti autem ex ijs qui orationi interfuerant, me accesserunt. Nihil enim prohibere opinor, quin & ista vobis meis iam familiaribus exponam. Itaque accedẽtes porrecta dextra me consalutabant, & admiratione persequentibus similes esse apparebant. Multo autem itinere comitatusuo me deducẽtes, alius aliunde exclamabat, laudabatq́, donec pudore quoque me suffunderent, verentem ne longè lateq́ à dignitate laudum quas in me congerebant, relinquerer. Caput autem & summa laudationũ hæc illis fuit, & omnes vno ore vnam eandémque sententiam præ se ferebant, confirmantes orationum mearum compositionem & sententiam*

λω τῶν συγγραμμάτων ξέ-
νίλω οὕτω, καὶ πολλὰ ἐν αὐ-
τῷ τὸν νεωτερισμόν. μᾶλλον
δὲ αὐτὰ ἐπεῖν ἄμεινον, ἅπερ
ἐκεῖνοι ἀσπαζόμενοι. ὦ τῆς
καινότητος, Ἡράκλεις, καὶ πα-
ραδόξου λογίας. ἀμήχανον καὶ
ἄνθρωπον, οὐδεὶς ἂν τις εἴ-
ποι τῆς ἐπινοίας νεωτέρου.
οἱ μὲν δὴ τοιαῦτα πολλὰ ἔλεγον,
ὡς ἐκκινήσειν δηλαδὴ ὑπὸ τῆς
ἀκροάσεως. ἢ τίνα γὰρ ἂν αἰ-
τίαν ἔχοντες ψεύδοιντο, καὶ μο-
λακούειν τὰ τοιαῦτα, ξένον
ἄνθρωπον, οὐ πάνυ πολλῆς
αὐτοῖς φροντίδος ἄξιον τὰ
πολλά; πολλὰ ἐμοὶ (ἀρέ-
σκειν γὰρ) οὐ μετρίως ἐπῃ-
νοῦντο. καὶ ἐ-
πειδή ποτε ἀπηλθόντων κατ'
ἐμαυτὸν ἐγνώμην, ἐνεθύμουν·
ἄκομψα ἄρα μόνον χαρίσεται τοῖς
ἐμοῖς ἔνεστιν, ὅτι μὴ σεσκέθη,
μηδὲ κατὰ τὸ κοινὸν βα-
δίζει

sententiam peregrinam esse, ac multum in sese complecti incuitatis. Multò verò satius est, eadem illa verba cómemorare, quibus illi tum usi fuêre. O nouitatem, inquiũt. O Hercules, dictionẽ inauditam. Homo promptus & agilis. Certè nemo dixerit quicquã orationum tuarum cogitatione perinde esse nouum. Equidem illi id genus verba permulta faciebant prout quisque inter audiendum oratione mea affectus aut commotus fuerat. Aut quam alioqui talia mẽtiendi & assentandi aduersus me causam habuissent, hominem peregrinum, quem aliàs contempsui habentes, non magnifaciebãt? Verumtamen ego (neque enim tacitum dissimulabo) non mediocriter illorum laude discruciabar. Tandem verò illi abeuntibus cũm ad me redissem, mente atque animo sic mecum agitaui: Ergo tantum hac gratia & veinustate scripta mea condita sunt, quòd ad consuetam dicendi rationem formata non sint, nec iuxta communem loquendi viam

λίξεως ἄπλοις, ὀνομάτων δὲ ἄρα καλῶν ἐν αὐτοῖς, καὶ πρὸς τὸν ἀρχαῖον κανόνα συγκαμψάντων, ἢ νοῦ ὀξέος, ἢ διανοίας τινὸς, ἢ χαρίεντος Ἀττικῆς, ἢ ἁρμονίας, ἢ τέχνης τῆς ἐφ' ἅπασι, οὐ τούτων δὲ πόρρω ἴσως τοῦ μόνου. οὐ γὰρ ἂν παρ' αὐτὰ ἐπαίνους, ἐπαινοῦσι μόνον τὸ καινὸν, τῆς προαιρέσεως, καὶ ξυρίζον. ἐγὼ δὲ ὁ μαλθακὸς ὤμην, ὅτι ἀναισθήτων ἐπαινοῖεν, τάχα μέν τοι καὶ αὐτὸ τοῦτο πρέπει αὐτοῖς· ἀληθὲς γὰρ εἶναι τὸ τοῦ Ὁμήρου, καὶ πλὴν νέαν φάλλειν ἐπιχειρισμένων ὑμῶν ἄρχειν τοῖς ἀκούουσιν. οὐ μὴν τοῦτόν γε, οὔτε ὅλον τῇ καινότητι νέμειν ἀξιῶ, ἀλλὰ πλὴν μέν, ὅσα παρ' ἐν παθήκης μοίρᾳ συνεπιπροσμέμιγται, καὶ πρὸς τὸν ἔπαινον σωτηρίαν καὶ αὐξήν· τὰ δὲ τὸ ὅλον ἐπαινούμενα, καὶ

diuiam fluant, verborum verò elegantium nihil in illis admixtum est, ad veterem sermonis regulam & canonem positorum, nulla præterà sententia argutè dicta exornata sunt, nulla industria, nulla Attica linguæ venere perpolita, aut compositionis harmonia, aut arte ad amussim elaborata, sed ab his omnibus longè latéque discrepant. Neque enim hæc ipsa à præsentibus laudata sunt, sed verborum nouitas illorum iudicio peregrina & aliena visa est. Ego verò stolidus hoc ipso eos, si vnquam ad me collaudandum subsilirent, potissimùm adductum iri putabam. Verissimum enim illud Homeri esse persuasum habebam, nouam quamque cantilenam, audientibus esse gratissimam. Non tamen tantum laudis, neq; adeò summâ, nouitati concedi volebam: verùm hanc nō aliter atq; cumuli loco adiici, & nonnihil sanè ornatus ad gloriam afferre, sed ita

vt qu

ρὰ τῶν ἀκουόντων συ-
ρημοῦμεν, ἐκεῖνα εἶναι.
ὅτι οὐ μετρίως ἐπήρμενο, καὶ
κινδυνώδους πισύειν αὐ-
τῆς, ἵνα μὴ μόνον ἐν Ἕλλη
σιν ἔναυλίσωσι, καὶ τὰ
βαρβαρα. τὸ δὲ κατὰ τὴν
παροιμίαν, Ἀνθρακες ἡμῖν
ὁ θησαυρὸς ἦσαν· μὴ ὀλί-
γου δεῖν, θαυμαζοποιοῦ τι-
νος καὶ ἔπαινον ἔπαινεῖσθαι πρὸς
αὐτῶν. ἐθέλω γοῦν ὑμῖν
καὶ τὸ τοῦ γραφέως διηγή-
σασθαι. ὁ Ζεῦξις ἐκεῖνος, ἄν-
τις τῶν γραφέων γνώμων,
τὰ μεμιγμένα καὶ τὰ κοινὰ
ταῦτα οὐκ ἔγραφεν, ἢ ὀλίγα πά-
νυ ὀλίγα, ἥρωας ἢ θεοὺς ἢ πο-
λέμους, ἀεὶ δὲ καινοποιεῖν ἐ-
πεφύκει, καί τι ἀπόρρητον
ἀεὶ καὶ ξένον ἐπινοῆσαι, ἐπ'
ἐκείνῳ τῷ ἀκεκραμένῳ ἐτέχ-
νης ἐπιδείκνυτο. ἐν δὲ τοῖς
ἄλλοις ζηλώμασι, καὶ θή-
λειαν Ἱπποκένταυρον ὁ Ζεῦ-
ξις αὐτὸς ἐποίησεν, ἀνατρέ-
φουσαν ἔτι πρόσφατα παιδίω
Ἱπποκενταύρῳ δίδυμα, καὶ
μικρὰ νήπια. τοῦτο ἀνδρὸς
ταύτης ἀντίγραφός ἐστι νῦν

vt quæ vera laude & audi-
torum applausu digna ha-
berentur, illa essent. Itaque
non modicè commouebar,
penè eò adductus, vt illis fi-
dem haberem, vnum atq; a-
deò solum inter Græcos esse
confirmantibus atque id ge-
nus alia. Thesaurus autem,
iuxta prouerbium, nobis car-
bones erant. [b] Ac propemo-
dum vt præstigiator quispiã
ab illis laudor. Volo itaque
vobis pictoris institutum de-
narrare. Zeuxis ille omnium
pictorum præstantissimus,
popularia & communia il-
la nequaquam pingere soli-
ius est, aut admodum pauca
nempe heroas, aut deos, aut
bella: semper autem noui a-
liquid comminiscẽdi illi con-
suetudo fuit. Cæterùm inter
alia audaciæ suæ egregia fa-
cinora, & Hippocentaurum
fœminam ipse Zeuxis adum-
brauit, alẽtem adhuc vberi-
bus pueros Hippocentauros,
geminos nimium infantes. Il-
lius picturæ exemplum nunc

Athenis

Αθλώνσι, πρὸς αὐτῷ ἐκείνῳ ἀκριβεῖ τῇ ἐσάθμῃ μιμήσεως μνήμῃ. τὸ ἀρχέτυπον δ' αὐτὸ, Σύλλας ὁ Ρωμαίων στρατηγὸς ἐκλιπὼν μετὰ τῶν ἄλλων εἰς Ἰταλίαν ἀπεπομφέναι· ἔπειτα περὶ Μαλέαν, οἶμαι, καταδύσης τῆς ὁλκάδος, ἀπολέσθαι ἅπαντα, καὶ τὸν γραφέα. πλὴν ἀλλά γε ἀπόνατης ἐδόκει μοι αὐτὸς ὑμῖν, ὡς ἂν οἷός τε ὦ, δείξω διὰ λόγου, οὐ μὰ τὸν Δία γραφικός τις ὤν, ἀλλὰ πάνυ μεμνημαι, οὐ πρὸ πολλοῦ ἰδὼν ἔν τινι τῶν γραφείων Αθλώνσι. μὴ τὸ ὑπερθαυμάσαι τότε τὸν τέχνην, τάχ' ἄν μοι καὶ νῦν πρὸς τὸ ἀφίκτορον ἀγωνίσασθαι. ἐπὶ χλοώσης ἀνθούσης ἡ Κένταυρος αὕτη πεποίητο, ὅλη μὲν τῷ ἵππῳ καμοῦσα μὲν ἐμφύη, καὶ ἀρτίτανται εἰς τὸ πίσω οἱ πόδες, τὸ δὲ γυναικεῖον ὅσον αὐτῆς ἤρεμα ἐπὶ

Athenis repositum conseruatur, ad veram imaginem accuratissimè expressum: ipsum porrò archetypum Sylla Romanorum Imperator vnà cum alijs rebus aliquot pretiosis in Italiam misisse ferebatur: deinde iuxta Maleam Laconiæ promontorium, vt opinor, fracta naui oneraria atque submersa, periisse omnia, atque ipsam etiam picturam. At enim veræ imaginis imago mihi visa est. Ac ipse, quoad eius fieri poterit, eandem oratione vobis adumbrabo, non per Iouem quòd pingendi valde peritus sim: sed quòd adhuc in recenti mihi hæreat memoria, quippe quam nuperadmodum Athenis in pictoris cuiusdam ædibus viderim. Ipsa quoque admiratio qua nunc artem diligenter contemplando prosequebar non parum nunc mihi afferet adminiculi ad cuncta manifestiùs declaranda. c In cespite nimiùm florescente & viridi Centaurus ipsa facta est, ea parte qua equam refert, tota humi posita, pedes posteriores retrò extendit. Qua verò

parte

ἐπήχθται, καὶ ἐπ' ἀγκῶνός ἐστιν. ἡ δὲ πόλις οἱ ἱππόβωτος, οὐκ ἔτι καὶ οὗτοι ἀρτιβόλιος, οἷον ἐπὶ πλευρᾶν ἐλαμμένης, ἀλλ' ὁ μὲν ὀκλαδίζοντι ἐοικὼς, ὧν ἀμπυλοῦ ὑπεστραμμένῳ τῷ ὀπλῇ, ὁ δὲ ἔμπαλιν ἐπανίσταται, καὶ τοῦ ἑτέρου ἀντιλαμβάνεται, οἷόν ἐστιν ἵπποι παρορμῶσι ἀναπηδᾶν. δεῖν γινώσκειν δὲ τὸ μὴ ἄνω, ἔχειν αὐτὴν ἐν τοῖς ἀγκάλαις, καὶ τρέφειν ἀνθρωπικῶς, ἐπιχέοντα τὸ γυναικεῖον μαστόν· τὸ δὲ ἕτερον ἐκ τῆς ἵππου θηλάζειν, ἐς ἵππιον τρόπον. ἄνω δὲ τῆς ἀκόρου, οἷον ἀπότινος σιδηρᾶς ἱπποκενταύρου τις, ἀνὴρ ἐκείνης ἀγάλλεται, τὰ δὲ βρέφη ἀμφοτέρωθεν τιθηνουμένης, ἐπὶ κυνηγέτου γελῶν, ἐκ ὅλου φανόμενον, ἀλλ' ἐς μέσον τὸν ἵππον, λέοντος σκύμνον ἀέχων τῇ ἀριστερᾷ, καὶ ὑπὲρ ἑαυτὸν ἀείρων, ὡς ἀναδίδοσθαι πρὸς παιδιᾶς τὰ βρέφη. τὰ

parte mulieris gerit imaginem, ea ſenſim ſubſurgit vſque ad cubiti longitudinem. Pedes anteriores nè illi quidem porrectim extenſi ſunt, veluti iacentis in latere, verùm alter quidem geniculatim inflexo ſimilis eſt, vngula retrò tracta incuruus exiſtens. Alter autē contrà exurgit, & ſolum attingit, quemadmodum ferè ſunt equi ſubſilire molientes. Cæterùm infantes, alterum quidem ante ſe habet in vlnis complexum, quem humano more nutrit, muliebrem mammam in os illi inſerens. Alterum verò ex equino lactat vbere, quemadmodum pulli à matribus lactari ſolent. In ſuperiore parte tabulæ, veluti è ſcopulo Hippocentaurus quiſpiam, videlicet mulieris illius infantes vtrinque nutrientis maritus, prominenti capite ridens proſpicit, haudquaquam toto apparens corpore, verùm media parte equi, leonis catulum in dextra retinens: quem ſuſtollit in hoc, vt pueros re ludicra cum riſu perterrefaceret.

μὴ ὅμα τῆς γραφῆς, ἐφ' ὃ & τοῖς ἰδιώταις ἡμῖν ἐ πάντη ἐμφανῆ ὄντα, πλὴ ὅλως ὅμως ἔχε λιάμιμν τ τέχνης, οἷον τὸ ἀκριβῶναι τὰς γραμμὰς ἐς τὸ εὐθυτάτην, καὶ τ χρωμάτων ἀκεραίων πλὴ κράσιν, καὶ ἔυκαιρον πλὴ ἐπιβολὴν ποιήσασθαι, καὶ σκιάσαι ἐς λύπην καὶ τ μεγέθους τὸν λόγον, καὶ πλὴ τῶν μέτρων πρὸς τὸ ὅλον ἰσότητα καὶ ἁρμονίαν, γραφέων πᾶσιν ἐπαινουμένων, οἷς ἔργον ἀληθῶς τὰ τοιαῦτα. ἐγὼ δὲ τ Ζεῦξιδος ἐκεῖνο μᾶλλον ἐπαινῶ, ὅτι ἐν μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ ἐπιθέσει ποικίλως τὸ πρέπον ἐπιδείξατο τῆς τέχνης, τὸν μὲν ἄνδρα ποιήσας πρέποντα φοβερὸν, καὶ λοιμιδῆ ἄγριον, δεινὸν τῇ χαίτῃ, λάσιον τὰ πολλὰ, οὐ κατὰ τὸν ἵππον αὐτὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ κατ' ἄρκτον τοῦ ἀνθρώπου, καὶ

[d] *At reliquæ picturæ partes, propter quas non vbique accurata artis præstantia nobis idiotis comparere solebat, nihilo secus tamen summa industria erant elaboratæ, videlicet linearum ductibus atque extensionibus rectissimis, colorum commixtionibus scientissimis, neque non temperatiuarum adiectionum circũdictionibus. Insuper decentibus inumbrationibus, neque neglecta magnitudinis ratione, & mensurarum totius operis æqualitate atque harmonia: quæ omnia admirari solẽt pictores, quibus studium est ea omnia cognoscenti. Ego verò eam in Zeuxide virtutem & industriam præcipua laude extollebam, quòd in vno eodẽmque argumento habita diuersitatis ratione, artis discrimen egregiè indicârit. Virum quidem per omnia adornauit horridum atque terribilem, ac vehementer agrestem, horrentem capillitio, cutis hirtum & hispidum, non per equinam tantùm partem illius, sed per alteram quoque qua humanam refert speciem.*

Plurimùm

καὶ ἐξάρας αὐτοῦ τοὺς ὤμους ὑψηλοτέρους, τὸ βλέμμα, καίτοι γελῶντος, θηριώδους ὅλου καὶ ἀγρίου τι, καὶ ἀνήμερον, τοιοῦτόν μοι ἐκεῖνον. τὴν θήλειαν δέ, ἵππου γε τῆς καλλίστης, οἵαι μάλιστα αἱ Θετταλαί εἰσιν, ἀλμήτην ἔτι, καὶ ἄβατον. τὸ δ' ἄνω ἡμίσωμον γυναικὸς, περικαλλὲς ἐξ ὧν ὤμων, ἐκείνας δὲ μόνας σαλυρᾶς ἀπέλιπε. καὶ ἡ μίξις δέ, καὶ ἡ ἁρμογὴ τῶν σωμάτων, καθὸ συναπτεται, καὶ συνδέεται τῷ γυναικείῳ τὸ ἱππικὸν ἁρίμα, καὶ οὐκ ἀθρόως μεταβαίνουσα, καὶ ἐκ προσαγωγῆς πρυμνήσιον, λανθάνει τὴν ὄψιν, ἐκ θατέρου ἐς τὸ ἕτερον ὑπαγομένη. τὸ νεογνὸν δέ, τὸ ἐν τῶν νηπίων, ὅμως ἄγριον, καὶ ἐν τῷ ἁπαλῷ φοβερόν. καὶ τόδε θαυμαστὸν, οἷον ἐδόκει μοι, μὴ ὅτι πᾶν λιχῶς μάλα πρὸς τὸ σκύμνον τῦ

Plurimùm autem sublimibus illum fecit humeris, vultum: ridentis præ se ferentem, prorsus tamen ferinum & montanum, ac inmansuetum. Tali quidem imagine virtutem expressum extuli. Porrò faminam ad equæ pulcherrimæ imaginem adumbrauit, quales cumprimis sunt illæ Thessalæ indomitæ, necdum sessoris patientes. Dimidiam verò mulieris partem summâ formauit elegantia, extra ambas auriculas: eas solas informes reliquit, & horridas. Porrò autem corporum iunctura atque commixtio, quatenus muliebris pars cum equina coit atque coniungitur, sensim & non densè subsurgens, atque ex lento accessu deriuata, spectatium fallit oculos, ex altero in alterum perducta. Alter autem ex infantibus, non secus atq; pater agrestis est, & iam in ætate tenera aspectu sæuus atq; terribilis. Neq; hoc, vt mihi perpendenti visum est, admiratione singulari carebat, tum quòd admodum pueriliter ad leoninum

τὸ λέοντος ἀναρλέπουσι, μεταξὺ τῆς θηλῆς ἑκάτερος ἐσπαλαγμένοι, ἐν χρῷ τῇ μητρὶ προσιζάνοντι. ταῦτα δὲ ἅπαντα ἐπιδεξάμενος ὁ Ζεῦξις αὐτὸς μὲν ὤιετο ἐκπλήξειν τοὺς ὁρῶντας ἐπὶ τῇ τέχνῃ. οἱ δὲ αὐτίκα μὲν ἐβόων. ἢ τί γὰρ ἂν ἐποίουν, καλλίστῳ θεάματι ἐντυγχάνοντες; ἐπῄνουν δὲ μάλιστα πάντες, ἄτε δὴ καὶ πρόθυμοι ἐκεῖνοι, τῆς ἐπινοίας τὸ ξένον, καὶ τὸ γνώμιμον τῆς γραφῆς, ὡς νέαν, καὶ ζῆς ἔμπεδον ἀγνουμένην ἔτι. ὥστε ὁ Ζεῦξις σαφὲς ὅτι αὐτὸς ἀσχολεῖ ἡ ὑπόθεσις, καινὰ ἅπαντα, καὶ ἀπάγει τῆς τέχνης, ὡς ἐν παρέργῳ τιθέσθαι τὸ ἀκριβὲς τῶν πραγμάτων, ἄγε δή, ἔφη, ὦ Μικκίων, πρὸς τὸν μαθητὴν, ὦ βέλτιστε ἤδη τὸ ἀκόνημα, καὶ ἁρπάσας ἀπερεῖ τε οἴκαδε. οὗτοι γὰρ ἡμῶν τὸν περὶ τῆς τέχνης ἐπαινοῦσι, τῶν

catulum respicerent. Ipse vterque dependens ab vbere, colore matrem referens. Haec ergo cùm singulari artificio Zeuxis expressisset, ipse quidem in eam veniebat cogitationem, vt putaret ob artis eximiam praestantiam atque excellentiam omnes in stuporem & admirationem spectantes se ducturum. Illi autem aliutiùm exclamabant. Aut quid aliud facerent, pulcherrimo incidentes spectaculo? Enimuerò laudibus certatim extollebant omnes, quemadmodum & nuper me illi, nempe inuentum peregrinum, neque non nouum picturae consilium ignotũ prioribus. Vt verò Zeuxis animaduertit quòd argumenti nouitate tantùm illorum detinerentur animi, eóque ea ipsa ab arte perpendenda abduceret, ita vt neglectui darent exactam rerum expressarum diligentiam: affatus discipulum: Age, inquit, ô Miccion, inuolutam picturam atque sublatam domum aufer. etenim illi nos tantùm ob insuetam artis materiam collaudant:

eorum

τῶν δ' ἐφ' ὅτῳ, εἰ καλῶς εἶχε, καὶ κατὰ τὸν τέχνην, οὐ πολλὰ ποιοῦνται λόγον, ἀλλὰ παροιδοιμεῖ τὸν ἀκείβειαν τῶν ἔργων ἢ τῆς ἐπιθέσεως καινοτομία. ὁ μὲν οὖν Ζεῦξις οὕτως, ὀργιλώτερον ἴσως. Αντίοχῳ δὲ, ὁ Σωτὴρ ἐπικληθείς, καὶ οὕτω ὅμοιόν τι παθεῖν λέγεται ἐν τῇ πρὸς Γαλάτας μάχῃ. εἰ βούλεσθε, διηγήσομαι καὶ τοῦτο, ὅπως ἔχει. ἐδόκουν γὰρ τοὺς ἀλκίμους ὄντας, καὶ πολλὰ παμπόνους ὁρῶν, καὶ τὸν φάλαγγα καρτερῶς διαρρῆξαι, καὶ ἐπὶ μετώπου μὲν τεθωρακισμένους τοὺς χαλκοθώρακας αὐτῶν, ἐς βάθος δὲ ἐπὶ τεττάρων καὶ εἴκοσι τεταγμένους ὁπλίτας, ἐπὶ δὲ ἑκατέρῳθεν τὸν ἵππον ἀνομοίαν οὖσαν ἐκ δὲ τοῦ μέσου τὰ ἅρματα ἐκπηδήσεσθαι μέλλοντα, δρεπανηφόρα ὀκτακόσια,

eorum verò quorum elegantia exornata est, quæque arte magistra absoluta sunt, nullum illi dignantur habere respectum: sed vincit operis diligentiam, argumenti nouitas. Ad hunc quidem modum Zeuxis, & fortasse quàm par erat, commotius. [e] Cæterùm Antiocho, cui cognomen erat Soteri, & illi non dissimile quiddam accidisse fama est, in ea pugna, quam ipse aduersus Galatas habuisse dicitur. Si vultis, & hanc vobis historiam ordine, vt gesta est, percensebo. Cùm non ignoraret & corporis vitibus & audacia Galatas esse præditos, multitudinemque illorum multitudinem videret, tum phalangem fortiter coniunctam, à tergo verò æneis thoracibus indutos bellantes, præterea in profundum semper armatos viginti quatuor ordinatos, in virtunque autem cornu equitatu qui viginti millibus equitu constaba, dispertitu esse, porrò è medio octogenta currus falcatos erupturos,

καὶ συνωμόλας ἐπ' αὐτοῖς ἐλὶς τοσαύτας, ταῦτα ὁρῶν, πάνυ πονηρὰς ἔχει τὰς ἐλπίδας, ὡς ἀμαχων ὄντων ἐκείνων αὐτῶν. ἐκεῖνος γὰρ, ἅτε ὀλίγον τῆς στρατείας ἐκείνης παρασκευασθείσης, οὐ μεγαλωσὶ, οὐδὲ κατ' ἀξίαν τοῦ πολέμου ἀφικνεῖτο, λιμῷ ὀλίγους ἄγων, καὶ τούτων πλανητικὸν τὸ πολὺ, καὶ ψιλικόν. οἱ γυμνῆτες δὲ ὑπὲρ ἥμισυ τῆς στρατιᾶς ἦσαν. ὥστε ἐδόκει αὐτῷ ἤδη σπένδεσθαι, καί τινα ὑπερβολὴν διδόναι ἐνεῖσθαι τοῦ πολέμου. ἀπὸ Θεοδότας ὁ Ῥόδιος, ἀνὴρ γενναῖος, καὶ τακτικῶν ἔμπειρος, οὐκ εἴα παρὼν ἀθυμεῖν. καὶ ἦσαν γὰρ ἐκκαίδεκα ἐλέφαντες τῷ Ἀντιόχῳ. τούτους ἐκέλευε μὲν Θεοδότας τέως μὴ ἐλαύνειν, ὡς οἷόν τε, λαθραίους ὄντας, ὡς μὴ κατάδηλοι εἶεν ὑπερφαινόμενοι τοῦ στρατοῦ. ἐπεὶ-

ac cum illis bigas bis totidem: hæc inquam cùm videret, ſpem valde malignam animo concipiebat potiundæ victoriæ, tanquam illis inuictis exiſtentibus. Siquidem ipſe modicè inſtructo exercitu, neque ampliter, neque pro belli dignitate, & apparatu aut magnitudine, ſanè perquàm paucos ducens adueneratꝰ, ac illos quidem vt plurimùm ſcutatos & nudos. Sedenim ex ijs qui nudi erant, plures quàm dimidia pars exercitus numerabantur. Itaqueidm de petendo fœdere, ferendiſq; pacis conditionibus, & bello conuenientiſſimè componendo ſecum agitabat. Atqui Theodotas Rhodius, vir excelſi & generoſi animi, inſtruendæ aciei non imperitus, cùm præſtò eſſet, regem perturbato animo eſſe non ſinebat. Et erant Antiocho undecim in exercitu elephanti. Hos Theodotas iuſſit interea, quoad eius fieri poſſet, habere quàm peculiariſſimè, ne ex acie apparentes conſpicui fierent hoſtibus.

Vbi

ἐπειδὰν δὲ σημανθῇ ὁ σαλπιγκτὴς, καὶ δέῃ συμπλέκεσθαι, καὶ εἰς χεῖρας ἰέναι, καὶ ἡ ἵππος ἡ τῶν πολεμίων ἐπελαύνηται, καὶ τὰ ἅρματα οἱ Γαλάται, ἀνοίξαντος τοῦ φαλαγγος, καὶ διεξιόντος, ἐπαφῶσι, τότε ἀνὰ τέτταρας μὲν τῶν ἐλεφάντων ἀπαντᾶν ἐφ' ἑκατέρα τοῖς ἵπποις, τοὺς δὲ ὀκτὼ δὲ ἀντεπαφέναι τοῖς ἁρματηλάταις καὶ σωματοφύλαξιν. ἃ γὰρ τοῦτο γένοιτο, φοβηθήσονται αὐτῶν, ἔφη, οἱ ἵπποι, καὶ εἰς τοὺς Γαλάτας ἄνθις ἐμπεσοῦνται φεύγοντες. καὶ οὕτως ἐγένετο. οὐ γὰρ πρότερον ἐλέφαντας εἶδόν τε ἐλέφαντα, οὔτε αὐτοὶ Γαλάται, οὔτε οἱ ἵπποι αὐτῶν, οὕτω πρὸς τὸ παράδοξον τῆς ὄψεως ἐταράχθησαν. ὥστε πόρρω ἔτι τῶν θηρίων ὄντων, ἐπεὶ μόνον ἤκουσαν τριγόντων ἵππους, καὶ τοὺς ἐλόντας ἔδον ἀπολείποντας ἐπιφανότερον, ὡς ἂν ἐκ

Vbi verò tubá ſignum datum eſſet, ac iam infeſtis ſignis concurrendum, & manus conſerendæ forent, ac hoſtium equitatus impreſſionem faceret, & Galatæ aperta phalange currus immitterent, tunc vnà cum quatuor elephantis vtrinque equitibus eſſe occurrendum docebat: octo autem reliquos aurigis & curribus eſſe immittendos. Hoc enim facto, inquit, illorum equi perterrebuntur, ac retrò fugientes, in ipſos Galatas illapſi impetum facient. Nec opinionem eius rei prædictæ euentus fruſtratus eſt. Cùm enim antea nullum elephantum vidiſſent cùm ipſi Galatæ, tum equi illorum, adeò nouo & inopinato elephantorum ſpectaculo animis conſternati ſunt, vt longè adhuc à beluis conſtituti, poſtea quàm ſolùm rugientes audiſſent, dentéſque candore relucentes vidiſſent, veluti ex toto nigro corpore, tum

ἐκ μέλανος τῶν παντὸς σώματος, καὶ τὰς πόνομάσας, ὡς ἐς ἁρπαγὴν ἐπειραιωρουμένας, πρὶν ἢ τὸ τόξευμα ἐξικνεῖσθαι ἐπιπλίναντες, σὺν οὐδενὶ λόσμῳ ἔφευγον· οἱ μὲν πεζοὶ, πιεσθέντες ὑπ' ἀλλήλων τοῖς ἁρματίοις, καὶ συμπαλυόμενοι ὑπὸ τῶν ἵππων, ὡς ἔχον, ἐμπεσόντων ἐπ' αὐτοὺς· τὰ ἅρματα δὲ ἀναστρέψαντα, καὶ ταῦτα ἔμπαλιν ἐς τοὺς οἰκείους οὐκ ἀναμωτὶ διεφέρετο ἐν αὐτοῖς, ἀλλὰ τὸ τῦ Ὁμήρου·

Δίφροι δ' ἀνακυμβαλίαζον.

οἱ ἵπποι δ' ἐπειδὴ ἅπαξ τῆς ἐς τὸ εὐθὺ ὁδοῦ ἀπετρέποντο, οὐκ ἀνασχόμενοι τῶν ἐπιβατῶν, τοὺς ἐπιβάτας ἀποβαλόντες, καὶ ὀχία λιρετάλεον, τέμνοντες νὴ Δία, καὶ διαιροῦντες τοῖς ἀκμάσι, ἔ τινας τῶν φίλων λαταβάλοιεν. πολλοὶ δ' ὡς ἐν ταραχῇ τοιᾶδε, κατεβάλλοντο, πολλοὶ δὲ καὶ ἐπιφανέντες συμπα-

etiam proboscides ad prædam & direptionem faciendam sublatas: priùs quàm ab arcubus tela extorsissent, versis retrò habenis, nullo ordine seruato aufugerunt. Sedenim pedites aliquantisper alterna cæde semet hastis confodientes, conculcabantur ab equitibus in illorum ordinem illapsis: currus autem subuersi, & illi deinceps demùm in suos non citra sanguinam ferebantur, ac planè iuxta illud Homeri:

Subuersi currus passim iacuêre supini.

At verò equi posteaquam semel à recta via auersi declinassent, elephantorum impetum non sustinentes, sessores dorso excutiebant. Currus strepebant, proscindentes per Iouem atque dissecantes acutis falcib. quoscunque ex amicis comprehendissent. Non pauci verò, vt in tali tumultu, eiecti prosternebantur. Hos elephanti insequebantur, pedibus

συμπαλοιῶτου, καὶ συναρρίπλοιῶτου εἰς ὕψος ταῖς πρόμαῖαις, καὶ συναρπάζοντου, καὶ τοῖς ὀδοῦσι σπαραττόντου, καὶ τιλος, οὗτοι μετὰ μεγάλης παραβιάσασθαι τῷ Αντιόχῳ τὴν νίκην. οἱ Γαλάται δὲ, οἱ μὲν ἐτεθνήκεσαν, πολλοῦ τοῦ φόνου γενομένου, οἱ δὲ ζῶντες ἐλαμβάνοντο, πολλῶ πολλοὶ ὀλίγοι, ὅσοι ἔφθασαν εἰς τὰ ὄρη ἀναφεύγοντες. οἱ Μακεδόνες δὲ, ὅσοι σὺν Αντιόχῳ ἦσαν, ἐπαιώνιζον. καὶ προσιόντες ἅμα ἀπαχόθεν, ἀνέβλεπον τὸν βασιλέα, καλλίνικον ἀναβοῶντες. ὁ δὲ καὶ λαμπρὸς, ὡς φασιν, ἀσχυνόμενος, ἔφη· ὦ στρατιῶται, οἷς μὲν ἡ σωτηρία ἐν ἐκκαίδεκα τούτοις θηρίοις ἐγένετο, ὡς εἰ μὴ τὸ μέγεθος τοῦ θεάματος ἐξεπλήξεν τοὺς πολεμίους, τί ἂν ἡμεῖς ἦμεν πρὸς αὐτούς; ἐπί τε τῷ προπάτορι μεγάλα ἄλλα

pedibus proterentes atque conculcantes, simul atque in altum proijcientes proboscidibus, vnáque rapientes, ac dentibus correptos transuerberantes. Ad extremum illa summa ope annitentes Antiocho victoriam pepererunt. Cæterùm Galatæ alij quidem dimicando occiderunt ingenti clade edita, alij autem viui capti in victoris potestatem peruenerunt, exceptis perquàm paucis, quotquot præuenientes fuga in montes semet abdiderant. Porrò autem Macedones quicunque cum Antiocho in prælium descenderant, Pæana canebant, ac alius aliunde accurrentes regem coronabant victorem, & clamantes. At ille profusis, vt fertur, lachrymis: Pudore afficimur, inquit, ô milites, quibus saltus in hisce vndecim stetit beluis, adeò vt nisi spectaculi nouitas hostium animos perculisset, quid nos erga illos fuissemus? In tropheum nihil aliud

πο μηδέν, ἐλέφαντα δὲ μόνον ἐγκολάψαι. ὥρα δίνυω με σκοπεῖν, μὴ καὶ τὸμὸν ὅμοιον ἦ τῷ Ἀντιόχῳ. τὰ μὲν ἄλλα, ὅσα ἄξια μάχης, ἐλέφαντος δέ τινος, καὶ ξένα μορμολύκεια πρὸς τὰς ὀρῳντας, καὶ θαυμαζομένοις, ἅπαντα γὰρ ἐκπλήττοντα καὶ θαυμαστά. οἷς δ' ἐγὼ ἐπεποίθειν, οὐ πάνυ ταῦτα ἐν λόγῳ παρ' αὐτοῖς ὄντα, ἀλλ' ὅτι μὴ θήλεια ἱππόκενταυρος γεγραμμένη τὸ μόνον ἐκπλήττουσα, καὶ ὥσπερ ὄφις, καινὸν καὶ τερατῶδες φοβοῦσα αὐτούς. τὰ δ' ἄλλα μάτην ἄρα τῷ Ζεύξιδι πεποίηται, ἀλλ' οὐ μάτην· γραφικοὶ γὰρ ὑμεῖς, καὶ μετὰ τέχνης ἕκαστα ὁρᾶτε, ἆρ' οὐ μόνον ἄξια τοῦ θεάτρου δοκοῦντα.

quàm elephãtum iussit sculpere. Itaq; iam hora est considerandi ne & mea perinde censeantur, vt Antiochi apparatus bellicus. Etenim omnia alia pugna digna æstimanda non sunt. Quidam autem elephantis, & peregrina terriculamenta spectantibus metum & trepidationem incutientia, ac plena præstigij, ea ab omnibus laude extollũtur. Porrò quibus ego confidebam, ea non admodum in illorũ sunt sermone. Sed quia mulier Centaurus depicta est, hoc solum est quod mentis stuporem & admirationem inducit spectantibus, & quemadmodum est, nouum & mõnstrosum illis esse videtur. Cætera verò nequicquam à Zeuxide facta sunt. At non frustra. etenim vos cùm fingendi & pingendi artificij rudes non estis, singula arte magistra spectantes, expendite num solùm ista digna sint vt theatro spectanda commonstrentur.

GILBER-

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

a HABITA nuper.] *Orditur ſtatim ab expoſitione cauſa.* *b* Et propemodũ.] *Adaptatio exemplorũ, quibus oſtendit, vulgò nouitatem placere, & præ ea cætera negligi.* *c* In ſpite.] *Tabula & pictura eiuſdem.* *d* At reliquæ pictuæ] *Amplificatio artis à malo.* *e* Cæterùm Antiocho.] *Alterum exemplum Antiochi.* *f* Sed enim.] *Amplificatio periculi hypotypoſin.*

ΑΡΜΟΝΙΔΗΣ. *HARMONIDES.*

Vincentio Obſopœo interprete.

ARGVMENTVM.

COmmendat ſe amico ex principibus cuidam uo, adductus, vt ipſe fingit, exemplo Harmonidæ: qui cùm magiſtrum ſuum de paranda gloria & immortalitate conſuluiſſet, monitus ab eodem fuerit, vt artẽ quam à ſe didiciſſet, non omnibus Græcis, (nam id impoſſibile fore) ſed optimatibus ac præſtantiſsimis quibuſq; oſtentaret. ſic enim fore, vt cùm illi ipſi laudati fuerint, vbicunq; ipſum laudarent, veram ex eo gloriam ac laudem conſequeretur. Statuiſſe igitur ſe, eodem pacto & huic cõmendari ſe ſuaq; debere, vt qui primùm ea præſtantia, eoq; iudicio ſit, vt quod ipſe ſuo calculo approbaſſet, deinde & cæterorũ omniũ probaretur, amplificando hanc perſonæ illius excellentiam per collationẽ. Deinde & ex eadem patria ſecum natus ſit, vt vel eo nomine fauere ac patrocinari ſibi debeat. Poſtremò & à ſcriptorum ratione facilitatem ac meritum cauſę oſtendit. Orditur ſtatim ab expoſitione exempli, cuius occaſione adductum ac motum ſeſe fingit. Concludit autem orationem per comprecationem & votum, à Dijs precando vt cœptam laudem ſuam creſcere ac perpetuam eſſe velint. Titulus eadem ratione qua in ſuperioribus, inditus eſt.

ΑΡμονίδης ὁ αὐλητὴς ἤρετό ποτε Τιμόθεον, διδάσκαλον αὐτοῦ ὄντα, ἔπειτά μοι, ἔφη, ὦ Τιμόθεε, πῶς ἂν ἔνδοξος γένοιτο μᾶλλον ἐπὶ τῇ τέχνῃ, ἢ τί ποιοῦντα ἰσοῦταί μοι ἔμπροσθεν ἅπαντες; τὰ μὲν γὰρ ἄλλα ἱκανῶς ποιῶν, ἐδιδάξω με ἤδη, ἁρμόσασθαι δὲ αὐλὸν εἰς τὸ ἀκριβὲς, καὶ ἐμπνεῖν εἰς τὸ γλωσσίδιον ἁπλόν τι, καὶ ἐμμελὲς, καὶ ὑποκάμπτειν τοὺς δακτύλους εὐαρμόστως ὑπὸ πυκνῇ τῇ ἄρσει καὶ θέσει, καὶ βαίνειν ἐν ῥυθμῷ, καὶ σύμφωνα εἶναι τὰ μέλη πρὸς τὸν χορὸν, καὶ τῆς ἁρμονίας ἑκάστης διαφυλάττειν τὸ ἴδιον, τῆς Φρυγίου τὸ ἔνθεον, τῆς Λυδίου τὸ βακχικὸν, τῆς Δωρίου τὸ σεμνὸν, τῆς Ἰωνικῆς τὸ γλαφυρόν. ταῦτα μὲν οὖν πάντα ἐκμεμάθηκα παρὰ σοῦ. τὰ μέγιστα δὲ, καὶ ὧν ἕνεκα ἐπεθύμησα τῆς αὐλητικῆς,

HARMO-nides [a] tibicen quodam tempore [b] Timotheum magistrum suum interrogauit: Dic mihi, inquit, ô Timothee, quomodo mea arte possum euadere clarus & nobilis? Aut quid faciendum mihi existimas, ex quo in vniuersa Græciæ cognitionem venturus sim? Nam alia quidem omnime studio & beneuolentia [c] iam edocuisti, nempe exquisitum tibiæ & accommodum vsum, mox lingulam tenui & modulanti spiritu insufflare, infrà autem digitos aptè adhibitos crebrò sustollere ac deprimere, deinde ad numeros ingredi, & [d] modos facere concinnos, choroque congruos, postremò conseruare singulorum [e] concentuum proprietates, quidam in Phrygio auonitum, in Lydio turbulentum, grauitatem in Dorico, in Ionico suauitatem. Hæc inquam omnia te magistro didici. Atenim quæ maxima sunt, & quorum gratia tibiæ cognoscendæ desiderio laborauí,

ξῆς, οὐχ ὁρῶ, πῶς ἂν ἀπ' αὐτῆς μοι παρασκοιτο ἡ δόξα, ἢ παρὰ τῶν πολλῶν, καὶ τὸ ἐπίσημον εἶναι ἐν πλήθει, καὶ δείκνυσθαι ὡς δακτύλῳ, καὶ λίαν φανῶ, εὐθὺς ἐπιστρέφεσθαι πάντας ἐς ἐμὲ, καὶ λέγειν τοὔνομα· οὗτος ἐκεῖνος Ἁρμονίδης ὅδε ἐστὶν, ὁ ἄριστος αὐλητής. ὥσπερ, ὅτι καὶ σὺ, ὦ Τιμόθεε, τὸ πρῶτον ἐλθὼν οἴκοθεν ἐκ Βοιωτίας, αὐλήσας τῷ Πανδιονίδῃ, καὶ νικήσας ἐν τῷ Αἴαντι τῷ ἐμμανεῖ, τὸ ὁμώνυμόν σοι ποιήσας τὸ μέλος, οὐδεὶς ἦν ὃς οὐκ ἔγνω τοὔνομα, Τιμόθεον ἐκ Θηβῶν. ἀλλ' ἔνθα ἂν καὶ νῦν φανῇς, συνθέουσιν ἐπὶ σὲ πάντες, ὥσπερ ἐπὶ τὴν χλαῦκα τὰ ὄρνεα. ταῦτ' ὀφείλει ἄρα ἡνξάμην αὐλητὴς γενέσθαι, καὶ ὑπὲρ ὧν ἐπόνουν τὸν πόνον τοῦτον.

ἐπεὶ

raui, nondum video, quomodo ab illo mihi paranda sit gloria, & apud multos celebris opinio, vtq; in multitudine cum existimatione aliqua clarus & conspicuus obambulem, ac prætereuntium digito commonstrer. Tum sicubi propalàm apparuero, statim omnium oculi in me conuertantur, ac me nominatim collaudantes dicant: Hic ille est Harmonides tibicen omnium præstantissimus, quemadmodum quo tempore & tu, ô Timothee, primùm ab ædibus patrijs è Bœotia profectus, tibicinem agens Pandionidi, victoriam in Aiace furente reportasses, ac melodiâ tuo cognomine nobilitâras, nemo fuit qui nomen tuum ignorasset, ac Thebanum illum Timotheum. Sed & nunc vbicunq; saltem in publico apparueris, certatim ab omnibus ad te curritur, veluti & ad Noctuam reliquæ auiculæ sturnatim & graculatim conuolitant. Et hæc sunt quorum nomine aulœdas fieri optauerim, tum quorum gratia tantum laborem strenuè exhauserim:

quando-

ἐπεὶ τό γε αὐλεῖν αὐτὸ, ἄνευ τοῦ ἔνδοξον εἶναι δι' αὐτὸ, οὐκ ἂν δι' ἐμοῦ, ἀγνώσῃ μοι προσγενόμενον. εἰ δ' ἐ Μαρσύας ἢ Ὀλυμπος γενέσθαι μέλοιμι λανθάνων· εἰδὲν γὰρ ὄφελος ἀφανοῦς τῆς μουσικῆς. ἀλλὰ σὺ, ἔφη, καὶ ταῦτα παίδευσόν με, ὅπως μοι χρήσιμον ἐξεμανθάνω, καὶ τῇ τέχνῃ, καί σοι διπλοῦν ἔσομαι τὴν χάριν, καὶ ἐπὶ τῷ αὐλῆσαι, καὶ τὸ μέγιστον, καὶ ἐπὶ τῇ δόξῃ αὐτῆς. ἀποκεκίνησαι δέ μου ὁ Τιμόθεε· ἀπ' ὦ Ἁρμονίδη, ἐρᾷς μὲν, ἔφη, οὐ ἴσθι, οὐ μικροῦ πράγματος, ἐπαίνου καὶ δόξης, καὶ ἐπίσημον ἐν, καὶ γενέσθαι πρὸς τῶν πολλῶν. τοῦτο δὲ, εἰ μὲν οὕτως εἰς τὰ πλήθη πάειν, ἐπιδεικνύμενον ἐθέλοις ποιεῖσθαι, μακρὸν ἂν γοῖο, καὶ

quandoquidem tibia canere per se citra famæ & existimationis accessionem haud valde concupiscerem, si in obscuro mihi delitescendum foret, tametsi hac arte ad amussim exornato non si [h] Marsyæ aut Olympo similis euasurus essem delitescens. Siquidem [i] incelebris & [k] occultæ, quod aiunt, musices nullus est respectus aut vtilitas. Atqui tu, inquit, & ista me doce, quo modo mihi me ipso rectè vtendum sit, tum etiam arte. Ac tibi duplici nomine habebo gratiam, cùm propter tibiæ peritiam qua me excoluisti, tum (quod maximum est) propter gloriam quam ex illa consecuturus sum. Ad hæc autem illi ita respondit Timotheus: Atqui, ô Harmonide, rei, inquit, non vulgaris aut mediocris amore & cupiditate ardes: id quod scire potes, nempe laudis & gloriæ, vtque fama celebris sis, ac vulgo notus. Hanc autem quanquam tibi ad hunc modum in medium multitudinis progresso artem ostentando, consequi in animo est, multi ac longi laboris opus aggrederis,

tamen

καὶ ὅλῃ ὅτῳ ἅπαντος ἔσουται σι. ποῦ γὰρ ἂν εὑρεθείη θέατρον, ἢ στάδιον ὅτω μέγα, ἐν ᾧ πᾶσιν αὐλήσας τοῖς Ἕλλησιν; ὡς δὲ ποιήσας γνωσθήσῃ αὐτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸ πέρας ἀφίξῃ τῆς εὐχῆς, ἐγὼ καὶ τοῦτ' ἐπιθήσομαί σοι. σὺ μὲν γὰρ αὔλει μὲν καὶ πρὸς τὰ θέατρα ἐνίοτε, ἀτὰρ ὀλίγον μελήτω σοι τῶν πολλῶν. ἃ δ' ἐπίτομα, καὶ ῥᾷστα ἐπὶ τὴν δόξαν ἄγουσα, ἅδε ἔστιν. ἐὰν γὰρ ἐπιλεξάμενος τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι τοὺς ἀρίστους, καὶ ὀλίγους αὐτῶν, οἵτινες μορφῶσι, καὶ ἀναμφιλόγως θαυμασοί, ἐπ' ἀμφότερα πίστει, ἐὰ τούτοις (φημὶ) ἐπιδείξασθαι τὰ αὐλήματα, καὶ οὗτοι ἐπαινέσουταί σε, ἅπασιν Ἕλλησι νόμιζε ἤδη γεγενῆσθαι γνώριμος ἐν οὕτω βραχεῖ. καὶ τὸ πρᾶγμα ὅρα πῶς σωτίθημι. ἐὰ γὰρ ἴῃς

tamen ne sic quidem vniuersi te cognoscent. Etenim vbi gentium aut theatrum aut stadium ita magnum inueniri potest, in quo omnes Græci tibia canentem te audiant? Vt autem aliquo pacto illis innotescas, ad tui voti desiderio tandem potiaris, & hoc ego tibi subiiciam. Vtere tu quidem arte tua & in theatris nonnunquam, [1] parùm tamen tibi curæ sit promiscua vulgi multitudo. Porrò compendiaria & facillima ad parandam gloriam via hæc est, si collectis Græciæ optimatibus, & paucis illorum quicunque dignitate & auctoritate præcellunt cæteros, atque indubitanter viri magni sunt, & admirandi, & aliorum omnium antesignani, quorum fides in vtraque fortuna spectata sit: iis inquam, si artis tuæ egregium specimen exhibueris, illiq; laudis suæ testimonio te cohonestauerint, omnibus Græcis in puncto temporis te longè lateq; innotuisse putato, & passim inclaruisse. Et vide in quod compendium tantã rem tibi contraxerim. Nam

si iis

ὃς ἅπαντες ἴσασι, καὶ ὃς θαυμάζουσιν, οὗτοι δὲ ἔσουται σε ἀνεπιτήδειον ὄντα, τί σοι δεῖ τῶν πολλῶν, οἳ γε πάντως ἀκολουθήσουσι τοῖς ἄμεινον κρῖναι δυναμένοις; ὁ γάρ τοι πολὺς οὗτος λεώς, αὐλεῖν μὲν ἀγνοοῦσι τὰ βελτίω, βάναυσοι ὄντες οἱ πολλοὶ αὐτῶν, ὅντινα δ' ἂν οἱ πρόχοντες ἐπαινέσωσι, πισεύουσι μὴ ἂν ἀλόγως ἐπαινεθῆναι τοῦτον, ὥστε ἐπαινέσουσι καὶ αὐτόν. καὶ γὰρ ὃν καὶ ἐν τοῖς ἀγῶσιν, οἱ μὲν πολλοὶ θεαταί εἰσι, κρότησάί ποτε, καὶ συρίσαι μέλλουσι δ' ἐπὶ δὲ ἢ πυγμῇ, ἢ ὅσοι δή. ταῦτα ὁ μὲν Ἁρμονίδης οὐκ ἐφθη ποιήσας μετρίως γὰρ αὐλῶν· φασίν, ὅτι τὸ πρῶτον ἠγωνίζετο, ἀνοητότερον ἐμφυσῶν, ἐκπνεύσας

si ij qui omnibus noti sunt & quos nemo non admiratur, tibicinem præclarum & celebrem te esse cognoscent, quorsum tibi vulgi iudicio aut opinione opus est, tantùm eos sequentis, qui meliores sunt rerum expensores & iudices? Siquidem popularis ista multitudo ferè semper quæ optima sunt ignorat, cùm maior illius pars manuarij sint opifices. Cæterùm quemcunque illi laudibus illustrauerint, qui reliquos m vitæ splendore & dignitate anteeunt, eundem nequaquam temerè laudari planè persuasum habent. Itaque magnorum virorum inducti præconio, laudant & illi. Quippe in ipsis quoque certaminibus multi spectatores athletis nunquam clarè solent applaudere, non raro etiam sibilis illudere: penes tamen septem, aut quinque, aut quotcunque tandem fuerint, iudicandi potestas reposita est. His magistri sui consilijs parùm obsecutus est Harmonides. Etenim inter tibias, vt fertur, cùm primùm in musices certamen descendisset, magna contentione insufflans, in ipsam tibiam inspirando exhau-

lauit

πνόσι τῷ αὐλῷ, καὶ ἀστεφάνωτος ἐν τῇ σκηνῇ ἀπέθανε, τὸ αὐτὸ καὶ πρῶτον καὶ ὕστατον αὐλήσας ἐν Διονυσίοις. ὁ μέν τοι, τῶν Τιμοθέου λόγος οὐκ αὐλητάις, οὐδ' Ἁρμονίδῃ μόνον ἐρρῆσθαί μοι δοκεῖ, ἀλλὰ πᾶσιν, ὅσοι δόξης ὀρέγονται, δημόσιόν τι ἐπιδεικνύμενοι, τοῦ παρὰ τῶν πολλῶν ἐπαίνου διώκοντες. ἐγὼ γοῦν, ὁπότε καὶ αὐτὸς ἐνορόω τὰ ὅμοια περὶ τῶν ἐμαυτοῦ, καὶ ἐξήτουν ὅπως ἂν τάχιστα γνωσθείην πᾶσι τοῦ Τιμοθέου λόγῳ ἑπόμενος ἐσκοπούμην, ὅστις ἄριστος ἐν τῶν ἐν τῇ πόλει, καὶ ὅτῳ πιστεύουσιν οἱ ἄλλοι, καὶ ὡς ἀντὶ πάντων ἀρκέσοιεν ἄν. οὕτω δὴ ἄρα σὺ ἐμοὶ ἡμῖν φαίνεσθαι τῷ δικαίῳ λόγῳ, ὅτι περ τὸ λειφάλαιον ἀρετῆς ἁπάσης ὁ γνώμων, φασὶ,

lauit ammam, & incoronatus atque exanimis eadem ratione prima & vltima vice tibia canendi vsus in scena corruit celebrante populo Dionysia. At sanè Timothei tam prudens oratio, non tibicinibus neque solùm Harmonidæ mihi dicta esse videtur, verùm omnibus quicunque appetentes sunt gloriæ, ingenij aut artis suæ specimen publicè exhibentes, ac multitudinis laudem supplicitèr ambientes. Quare, quo tempore & ipse non dissimilia de rebus meis agitabam animo, quæreremq; quo pacto quamocyssimè apud omnes inclarescerem, prudentissimum Timothei consilium secutus, considerabam quinam in Rep. omnium foret præstantissimus, cuiq; plurimum fidei apud alios foret repositum, tum qui præ omnibus alijs esset acceptissimus. [n] *Proinde talis tu nobis apparere debebas iusto omnium sermone, veluti vniuersæ virtutis caput & summa, ac talium rerum* [o] *gnomon*

&

φασὶ, καὶ ὁ ὀρθὸς κανὼν τῶν τοιούτων. εἰ δέ σοι δείξαμι τἀμὰ, καὶ οὐ ἐπαινέσας αὐτὰ (εἴη γὰρ οὕτω θαυμάσεσθαι) καὶ δὶς ἐπὶ πᾶσι κεῖμαι μὴ τῆς ἐλπίδος, ἐν μιᾷ ψήφῳ τὰς ἁπάσας λαβόντα. ἢ τίνα γὰρ ἄν σοῦ προέμενος, οὐχὶ παραπαίειν ἂν εἰκότως νομισθείην; ὥστε λόγῳ μὲν ἐφ' ἑνὸς ἀνδρὸς ἀναρρίψομεν τὸν κύβον. τὸ δ' ἀληθὲς, ὥσπερ ἄν εἰ τοῖς ἁπανταχόθεν ἀνθρώποις ἐπιδεικνύμην τοὺς λόγους· δῆλον γὰρ, ὡς καθ' ἕνα τι, καὶ σὺν ἅμα πάντων σεσεμνυμένων, μόνος αὐτὸς ἀμείνων ἂν εἴην. οἱ μὲν τῶν Λακεδαιμονίων βασιλεῖς, τῶν ἄλλων ἑκάστου μίαν ψῆφον φερόντων. ἐκεῖνοι μόνοι, ἑκάτερος αὐτῶν, δύο ἔφερον· σὺ δὲ καὶ τοὺς ἐφόρους, καὶ τοὺς τῶν γερόντων ποιεῖ, καὶ

& recta regula. Porrò si mea tibi spectanda & excutienda offerent, túque ea prosecutus esses laudibus, essent haudquaquam dubiè ita apparitura: egóque iam votis tantopere speratis potitus essem, in vno calculo omnes assecutus. P Aut quem tibi in eligendo præferens, non iure optimo deliquisse in habendo delectu existimarer? Itaque iuxtà prouerbium, P in vno viro iecimus aleam: sed me hercle non aliter factum est, atque omnibus vbique hominibus meam in dicendo facultatem ostendissem. Quippe in confesso est, quòd & separatim singulos, & collectim vniuersos ipse solus morum bonitate atque ingenij gloria exuperaris. Lacedæmoniorum reges alijs omnibus vnicum tantùm calculum ferentibus, ipsi soli præ cæteris duos ferre soliti sunt. r Tu verò & Ephoros prætereà, & senes, in summa vniuersos calculorum multi-

καὶ ὅλως ἁπάντων ὁ πολυψηφότατος ἐν παιδείᾳ. σύ γε καὶ μάλιστα, ὅσῳ τῶν λοιπῶν ἀεὶ καὶ σβέννυσαν φέρεις, ὁ καὶ θαρρεῖν μοι δοκῶν παρόντι ποιεῖ, διά γε τὸ μέγεθος τοῦ ζημιώματος, καὶ πάνυ δικαίως ἂν φοβηθέντα. ἐκεῖνο δέ, νὴ Δία, προσέτι καὶ αὐτῷ θαρρεῖν ποιεῖ, τὸ μὴ παντάπασιν ἀπόφατα τἀμὰ εἶναί σοι, ὃς πόλεώς τε ἐκείνης εἰμὶ, ἣν πολλάκις οἶσθα ποιήσας, τὸ μὲν πρῶτον ἰδίᾳ, τὸ δὲ λοιπὸν κοινῇ, μετὰ παντὸς τοῦ ἔθνους. ὥστε καὶ νῦν μοι εἰς τὸ λεῖπον ῥίψασιν αἱ ψῆφοι ἐν τῷ λόγῳ, καὶ ἐλάττους ὦσιν αἱ ἀμείνους, σὺ τῇ τῆς Ἀθηνᾶς προσθεὶς, ἀναπλήρου τὸ ἐνδέον παρὰ σεαυτοῦ, καὶ τὸ ἐπανόρθωμα οἰκεῖόν σοι λογίσω. καὶ γὰρ δὴ ἱκανόν μοι ἐθαύμασαν πρότερον, ἢ ἔνδοξος ἤδη εἶναι, ἢ ἐπαινοῦνται

multitudine in disciplinis excedis. Quin etiam in primis tu candidum & saluti ferè semper suffragantem calculum addere consueuisti: quod non mediocrem in præsentia mihi addit animum, alioqui propter audacis facti magnitudinem iure optimo metuenti. [8] Sed & illud, per Iouem, non vulgariter me consolatur, quòd mea non prorsus à te sint aliena, qui & ex ea vrbe sum oriundus, quam tu perſæpè primùm quidem priuatis officijs, tandem etiam publicis iuuisti perbenignè & liberaliter. Itaque ſicubi & nunc in peiorem mihi partem calculi vergerint in oratione, ac pauciores erit meliorum & candidorum numerus: tu adiecto Mineruæ ſuffragio, ex te ipſe defectum ſuppleto, tuique familiaris cenſorem & correctorem te egiſſe putato: Atqui ne hoc quidem contentus ero, ſi antehac multi me admirati ſint, ſi iam per ora virûm clarus ego & celebris volitem, ſi oratio-

ται πρὸς τῶν ἀκουόντων οἱ λόγοι. πάντα ἐκεῖνα ὑπολείπεται ἀνέραστά φασι, καὶ ἐπῶν σκιαί, τὸ δ' ἀληθὲς, ἐν ᾧ παρόντι διαχθήσονται. οὔτ' ἀκριβὴς ὅρος τῶν ἐμῶν, οὐδ' ἀμφίλογον ἔτι, οὐδ' ὡς ἄν τις ἐνδοιάσειεν, ἀπ' ἄκρου καὶ τὰ παυλείαν δεινὸν νομίζεσθαι, οἱ γε λόγοι, ἢ πάντων. ἀφήμεθα δὲ καὶ, πρὸς ὅτῳ μείζονι ἀγῶνα χωροῦντα· δόξαμεν γὰρ, ὦ θεοὶ, λόγου ἄξιοι, καὶ βεβαιώσαιτε ἡμῖν τὸν παρὰ τῶν ἄλλων ἔπαινον, ὡς τὸ λοιπὸν θαρρούντως ἐς ὑμᾶς ποιησόμεθα παρεῖναι. πᾶν γὰρ ἤδη σάδιον ὑπερφοβερὸν ὦ Ὀλύμπια τὰ μεγάλα νικήσαντι.

nes meæ audientium laudibus respondeant. Omnia illa ventosa & euanida, vt est in prouerbio, [t] sunt somnia & verborum vmbræ. [u] Cæterum ipsa veritas in præsens certissimis argumentis declarabitur. Ille exactus erit mearum lucubrationum finis & terminus, nec amplius ambiguitati locus relinquetur, ne tantùm quidem, quod vel vllius mentem aliquo dubio distrahat: sed aut optimum iuxta disciplinas æstimandum est, quod tibi oportet gloriam, aut omnium. Sed meliora proferenda, & magis ominatiora, ad tantum certamen eunti. [x] Videamur verò, ô superi, hominum opinione & existimatione non indigni: ac eam quæ nobis ab alijs euentura est, laudem confirmate, vt in posterum fidenti animo ad ampliorem perueniamus. Quippe omne stadium minus reformidandum est ei,

qui magna Olympia
diuicerit.

GILBER-

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

ARGVMENTVM.

LVcianus Timotheum inducit Harmonidæ præcepta dantem tibicinum: Suum, inquit, cuiusque est modulationis conseruandum, Phrygij Entheum quiddam & afflatum, Lydij Bacchicum, Dorij castum, Ionici verò iucundum & suaue. Quum verò Harmonides ipse à Timotheo peteret, quonam modo citò posset ex arte Musica innoteſcere, ei Timotheus respondit: Si peritioribus & optimatibus placeret. Harmonides id consilium spreuit, & intentissimè tibias inflauit, vt ita omnibus innoteſceret, sic non modò innotuit, sed cum spiritu & vitam amisit, quod ea causa libentius adoleſcentibus exposui, vt & illi à doctoribus & senioribus moneri ac doceri velint. Fuerunt autem apud Græcos hæc cantionum discrimina. Fuit enim Harmoniæ genus quoddam ad iucunditatem & hilaritatem inuentum, Idq; Ionium vocabant. Erat & Lydium ad insaniam & Bacchicum furorem incitans. Erat & Phrygium generans ἐνθουσιασμὸν: id est, diuinum quendam impetum & afflatum. Erat & Dorium, siue Doricum cantionis genus ad grauitatem & modestiam animos hominum reducens, cuius tanta vis erat, vt Basilius author sit, Pythagoram, cùm obuium haberet adoleſcentum gregem, qui ebrietate nimia debacchārētur & insanirent, iussisse plectēn mutare genus cantionis, & canere Doricum, statimque omnes reduxisse ad sobrietatem & modestiam. Prisci enim Dorium in rebus seriis adhibere solitos accepimus, non Phrygium, neque Lydium, quare cùm quid lætius aut iucundius vel dicendum, vel optandum esset, à Dorio in Phrygium desinebant. Cassiodorus de his modulis Epistolarum lib. 2 prodit: Dorius, inquit, prudentiæ largitor est, & castitatis effector. Phrygius pugnas excitat, votum furoris inflam-

mat. Aeolius animi tempestates tranquillat, somnúm que iam placatis attribuit. Iasius intellectum obtusum acuit, & terreno desiderio grauatis, cœlestium appetentiam bonorum operator indulget. Lydius contra nimias curas animæ tædiaque repertus remissione reparat & oblectatione corroborat. *Hæc quidem ille.* Sunt verò & ex his alij de quibus Aristoteli alijsque mentio. Fuit autem Timotheus Milesius citharœdus, vt alij Stephanus, celebratissimus, floruitque eodem, qua Euripides, hoc est, Philippi regis ætate.

a HARMONIDES.] *Occasio commendationis ab exemplo.* *b* Timotheum.] *Hic nobilissimus sub Alexandro Magno floruit, de cuius musica iam potenti, & qua Alexandrum ad bellum accendere solebat, meminit etiam Dion in libro de Regno.* *c* Iam edocuisti.] *Hic cogita quanta sermonis copia in vna Musicæ parte vsus sit Lucianus, cum potuisset summatim dicere: τὴν αὐλητικὴν ὅλως ἐκμεμαθήκας:* id est, *artem inflandi tibiam tam perdidici. Hoc exemplum Erasmus noster adduxit in secundo de Rerum copia commentario, de prima locupletandi ratione, quæ est, quando id latius explicatur, atque in partes diducitur, quod summatim ac generatim dici poterat.*

d Modos facere concinnos.] *Sunt qui modos, seu modulos, nomos, hoc est, leges appellant, quoniã quasi lege præscriptum sit, ne fidium vocumq; intentiones mutarentur.* *e* Conceptuum.] *Modorum seu nomorum ratio circumscribitur Phrygio tribuit τὸ ἐνθουσιαστικὸν, furorem, sed sacrum duntaxat: Lydio Bacchanalem lasciuiam, Dorico seueritatem, Ionico lucunditatem. Hæc Antigenidæ tibicini tribuit Apuleius lib. 1. Florid. Tybicen, inquit, quidam fuit Antigenidas, omnis vocule melleus modulator, & idem omnis modi peritus modificator seu tunc vellet Aeolion simplex, seu Iasium varium, seu Lydium querulum, seu Phrygium religiosum, seu Doricum bellicosum: quem Lucianus βαρυχρὸν vocat. Apuleius querulum cùm Ionicum Iasium dixit. Sunt plures modi, sed hos quatuor vt præcipuos duntaxat nominauit Lucianus, quos concentus seu harmoniæ proprietatem nominat. Nomorum porrò apud Pluiar. & Bœot. in Musica species multæ.* *f* Prętereuntium digito

ligito commonstret.] παιδείαν Luciano in suo sommio, talis scilicet o namentis eg te insignem & conspicuum reddam, t eorum quoque qui te aspicient, quisque proximè attestan- m leniter impellens atque commonens, digito te demonstret, tque dicat: Hic est ille, &c. Vide ea quæ ibi annotauimus. t in nostro Chiliarcho adag. 44. Digito ostendi, pro eo quod st, insignem esse, quod natum videri potest ab eo, quod in vi- a Diogenis de Demosthene narrat Laërtius. g Ad no- tuam.] Noctua noctu videt, canit & volat sola, odiosa cæ- teris auibus, in quas astuta vtitur dimicatione. Nam auicu- arum multitudine circundata, resupina pedibus pugnat, col- ectaque in arcum, rostro & vnguibus tota tegitur. Ei anxi- iatur accipiter, fœdere quodam naturæ, vt inquit Plinius. Laërtius scribit, Timonem Phliasium hoc nomine maximè eprehendisse Arcesilaum, quòd is populares plausus non ali- er consectaretur, atque noctua frequenti auium conuentu clau- i consueuit:

Hæc ait & turbam dextra lævaque frequentem
Ingreditur, volucres vlulas mirantur ineptæ.
Illa stupet stolidum: sed tu vanissime, plebis
Captator, quid ob hæc tam nõ præclara superbis?

Apologum Angel. Politianus in Lamia sua verbis expolitissi- nis exponit. h Marsyæ.] De Marsya scripsimus antè in ialogo Iunonis & Latonæ, & pòst in Tragopodagra, Vide fa- ulam apud Ouidium lib. 6. Fastor. Eiusdem Marsyæ meminit ucianus, aduersus indoctum suis libris tumentem. i Ince- ebris.] Abstrusæ. k Occultæ, quod aiunt.] Huius ada- gij sen us est, quasuis egregias dotes ingenij, si non perferas pere nde esse, quasi non habeas. Hoc refertur à Suetonio in Nero- ne, & Gellio libro Noctium 13. capite vltimo: Nosti, inquit, magister verbum illud, scilicet vetus, egregiam musicam, quæ t abscondita, illam esse nullius rei. Alluſit huc haud dubiè Ouidius cùm ait:

Tu licet ad Thamyram superes, atq; Orphea cantu,
Non erit ignotæ gratia magna lyræ.

l Parum sit tibi curæ.] Dionysius tybicen gloriatur apud Laërtium in Cratete, quòd nemo pulsus suos audisset, neque in

triremi, neque ad fontem, quemadmodum Ismeniæ. sentiens se nunquam captasse plausus sordidorum & imperitorum, sed sat habuisse se probari paucis eruditis. m Vitæ splendore.] *Ea est enim profectò laus iucunda, quæ ab ijs proficiscitur, qui ipsi in laude vixerunt. Cicero libro 15. Epistolarum familiarium: Lætus sum: laudari me, inquit Hector, opinor apud Næuium abs te, pater, laudato viro.* n Proinde.] *Propositio, quâ se commendat amico ex principibus vni.* o Gnomon.] *Γνώμων Latinis norma vocatur, ad quam exiguntur anguli, sicuti ad regulam longitudines, ad perpendiculum altitudines. Quæ Cicero libro 2. Academicarum quæstionum tria complexus est: Atqui si crederemus, inquit, non egeremus perpendiculis, non normis, non regulis.* p Aut quem.] *Ratio, à præstantia & iudicio personæ eius cui scribit.* q In vno viro iecimus aleam.] *Vide ea quæ annotauimus in Apologia, pro Imaginibus, & in Saturnalibus.* r Tu verò.] *Ab amplificatione personæ, à collatione.* s Sed & illud.] *A communi patria.* t Sunt somnia.] *Somnium est quod in somnis videre videmur: vnde prouerbialiter somnium & somnia rem futilem, inanem & nihili dicimus. Idem in dialogo Nirei, Thersitæ & Menippi:* ὀνείρους μοι λέγεις, *Somnia mihi narras.* u Cæterùm ipsa veritas.] *A ratione scriptoris.* x Videamur verò.] *Conclusio κατ' ἀκολουθίαν.*

ΣΚΥΘΗΣ Η ΠΕΡΙ ΞΕΝΟΥ. SCYTHA, SEV a Hospes.

Vincentio Obsopœo interprete.

ARGVMENTVM.

LAudat Macedonicos quosdam ciues, patronos, vt videtur, suos, vt à quibus maximè ádiutus, atque apud cæteros promotus fuerit. Facit autem hoc collatione quadam Anacharsidis Scythæ, & Solonis Athenienſis: ad quem cùm alter Athenas profectus, à Toxare populari suo ad ductus fuisset, & humaniter acce-

ptus

ptus ab illo, breui toti ciuitati notus atque acceptus fit. Eodem igitur pacto & se, cùm in Macedoniam venisset, ab omnibus, vt ad illos de quibus encomium hoc instituit, diuerteret, ijsque se commendaret, admonitum fuisse ait. Vt enim apud Athenienses aliquando Periclem, Aristotelem, & Solonem, quasi cæterorum omnium instar fuisse, ita hoc inter Macedonas reliquos excellere. Titulum ex eadem ratione, qua superiores, hæc quoque oratio habet. Cætera plana sunt.

Ὃν πρῶτος Ἀνάχαρσις ἀφίκετο ἐκ Σκυθίας Ἀθήναζε, παιδείας ἐπιθυμίᾳ τῆς Ἑλληνικῆς, ἀνὴρ Τόξαρις πρὸ αὐτοῦ, σοφὸς μὲν, καὶ φιλόκαλος ἀνὴρ, καὶ ἐπιτηδευμάτων φιλομαθὴς τῶν ἀρίστων. οὐκοῦν ἐκ τοῦ βασιλείου γένους ὢν, οὐδὲ τῶν πλουσίων, ἀπὸ Σκυθῶν τῶν πολλῶν, καὶ δημοτικῶν, οἷοί εἰσι παρ' αὐτοῖς οἱ ἀκλάποδον καλούμενοι· ἔστο δὲ ὅτι, δύο βοῶν ἀποστολὴν ἔναι, καὶ ἁμάξης μιᾶς. οὕτως ὁ Τόξαρις οὐδὲ ἀπῆλθεν ἔτι ὀπίσω εἰς Σκύθας, ἀλλ'

On [b] fuit primus [c] Anacharsis, qui ex Scythia Athenas vsque peregrè profectus est, Græcanicæ disciplinæ perdiscendæ desiderio: sed ante illum & Toxaris, vir & multiæ sapientiæ, & elegantiæ, ac rerum optimarum studiosus admodum, sed qui domi nõ erat de sanguine regio, neque ex ijs qui tiarat gestare solent: verũ vnus è vulgo Scytharum & popularium, cuiusmodi sunt qui apud illos vocãtur [d] Oclipedes: quo significant aliquem duorum boum & vnius plaustri esse dominũ. Hic ergo Toxaris haud iterũ postliminio ad Scythas regressus est,

ἀπ' Αθλώησιν ἀπέθανε· καὶ μετ' ὀλίγον καὶ ἥρως ἐδοξε, καὶ ἐντεμένεσιν αὐτῷ ξένῳ ἰατρῷ οἱ Αθλωεῖς· ἔνθα γὰρ τὸνομα ἥρως γενόμενον ἐπικτήσασθαι τιμὴν δ' αἰτίαν τῆς ἐπωνυμίας, καὶ ἄνωθεν ὅτε ἐς τοὺς ἥρωας ἐγκατελέγη, καὶ τῶν Ασκληπιαδῶν εἷς ἔδοξεν, ὃ χεῖρον ἴσως διηγήσασθαι, ὡς μάθῃς ὃ Σκύθας μόνον ἐπιχώριον ὂν ἀπαθανατίζειν, καὶ πέμπειν περὶ τὸν Ζάμολξιν, ἀλλὰ καὶ Αθλωεῦσιν ἐξεῖναι ποιοῦσι τοὺς Σκύθας ἐπὶ τῷ ἐναντίῳ· ἐγένετο γὰρ τὸν λοιμὸν τὸν μέγαν, ἔδοξεν ἡ Αρχιτέλους γυνὴ, Αρεοπαγίτου ἀνδρὸς, ἐπισάντα οἱ τῶν Σκύθην, ἐκπλύσαι ἐπεῖπεν Αθλωεῦσιν, ὅτι παύσαιντο τοῦ λοιμοῦ ἐχόμενοι, ἢν τοὺς στενωποὺς οἴνῳ πολλῷ ῥάνωσι. ἔτυχε γὰρ χειμὼν γενόμενον (οὐ γὰρ ἠμέλησαν Αθλωεῖς οἱ ἀκούσαντες) ἔπαυσε μηκέτι λοιμώττειν αὐτοὺς, εἴτε ἀπωθούς τινας πονηροὺς ὁ οἶνος ὀσμῇ ἐκκαύσας τῇ ὀδμῇ,

sed Athenis manens diē ſuum obiit, ac non multò pòſt etiā heros eſſe viſus eſt: atq́ hunc peregrinum medicum Athenienſes non ſecus atq́ vnum colunt ex heroum numero. Hoc enim nomen cùm heros eſſe declaretur, poſſidere cœpit. Sed enim cauſam cognominis, & quamodrem in heroum catalogum relatus ſit, vnuſq́ ex Aeſculapianis viſus ſit, non alieuū fortaſſe eſt percenſere, vt cognoſcatis. Non Scythis tantū moris eſt immortalitate donare homines, & ad Zamolxin e ablegare mortuos: ſed Atheniēſibus quoq́ licitū eſt, in Græcia Scythas deos facere. Quo tempore ſæuâ peſtilentiâ populus Athenienſis infeſtabatur, videre viſa eſt Architelis viri Areopagitici vxor ſibi Scythā adſtitiſſe dixiſſeq́ fore vt Athenienſes à peſtifero contagio liberarentur, ſi angiportus vino conſpergerent. Hoc cùm ſæpiùt fieret (neque enim Athenienſes mulierculæ verba audita dedeunt neglectui) factum eſt vt non ampliùs peſtis in eos graſſaretur, ſiue vaporibus quibuſdam noxijs vini odore extinctis,

ſiue

ἄτι ἄλλο τι πλέον εἰδὼς ὁ ἥ-
ρως ὁ Τόξαρις, ἅτι ἰατρικὸς
ὢν, σωτηρίας ἐπλωσεν. ὁ δ' ὅρ μι-
σθὸς τ' ἰάσεως ἔτι καὶ νῦν ἀπο
δίδοται αὐτῷ, λευκὸς ἵππος
καθαγόμενος ἐπὶ τὸ μνή-
μα, ὅθεν ἤλασεν ὁ Δημαινέ-
της προσιλθόντα αὐτὸν, ἐν τῇ-
δαδι ἐνῆναι τὰ περὶ τοῦ οἴνου.
καὶ εὑρέθη κεῖθι ὁ Τόξαρις τε-
θαμμένος, τῇ τε ἐπιγραφῇ
γνωσθείς, εἰ καὶ μὴ πᾶσα ἐφά-
νιζ' ἔτι· καὶ μάλιστα ὅτι ἐπὶ τῇ
στήλῃ Σκύθης ἀνὴρ ἐγκεκόλα-
πτο, τῇ λαιᾷ μὲν τόξον ἔχων
ἐντεταμένον, τῇ δεξιᾷ, δὲ βι-
βλίον ὡς ἐοικέναι ἔτι καὶ νῦν ἄλ-
λοις ἀναγινώσκειν ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ
τὸ τόξον ὅλον, καὶ τὸ βιβλίον
τὰ δ' ἄλλα τῆς στήλης καὶ τὸ πρό-
σωπον ὁ χρόνος ἤδη ἠφάνι-
κατό πως. ἔστι δὲ ὁ τοῦ Δι-
πύλου, ἐν ἀριστερᾷ ἐς Ακα-
δημίαν ἀπιόντων, ὀλίγα τὸ
χῶμα, καὶ ἡ στήλη χαμαὶ,
πλὴν ἀπ' ἐστεφανωμένη. καὶ
φασί τινας πυρετταίνοντας
ἤδη ἀνακωθῆναι ἀπ' αὐτοῦ.

siue aliud quiddam maioris efficaciæ norit heros Toxaris, quippe qui medicus exi-stens, ista Athenien sibus facienda suaserit. Itaq; curationis merces etiam nunc illi persoluitur. namniuei coloris equus ad eius monimentum quotannis immolatur, quo loci monstrauit Dimenide illũ accedẽtem ea quæ de vino spargendo diximus, imperasse. Et inuentus est eo loco Toxaris esse sepultus, ipsa inscriptione cognitus, tametsi non integra appareat: in primis verò quòd super columnam vir ornatu Scythico sculptus fuerat, læuâ arcũ intensum, dextrâ verò, vt visus est, librũ tenens. Etenim adhuc plus quàm dimidio corpoee conspicitur, & arcus totus vnà cũ codice: reliquas verò partes statuæ vnà cum fronte tẽporis lõginquitas iã deuastauit. Est aũt non procul ab ædibus Dipyli, à læua in Academiã ingredientibus tumulus non magnus, & statua humi sita, verùm subinde recentibus sertis redimita. Aiunt qúe nonnullos febre laborantes iam ab illo subleuatos esse.

καὶ μὰ τὸν Δί' οὐδὲν ἄπιστον, ὃς ὅλην ποτὲ ἐῤῥύσατο τὴν πόλιν. ἀλλὰ γὰρ οὐ περὶ ἐκείνου ἐμνήσθημεν αὐτῷ, ἔξεστι μὲν ἔτι ὁ Τόξαρις, ὁ Ἀνάχαρσις δὲ ἄρτι καταπεπλευκὼς, ἐκεῖθεν ἐκ Πραιῶν, οἷα δὴ ξένος, καὶ βάρβαρος, καὶ μετρίως ταραττόμενος ἔτι τὴν γνώμην, πάντα ἀγνοῶν, ψοφοδεὴς πρὸς τὰ πολλὰ, καὶ οὐκ ἔχων ὅ, τι χρήσαιτο ἑαυτῷ. καὶ γὰρ σωϊδίκα. ταραττόμενον παρὰ τὸν ὁρμοῦντα ἐπὶ τῇ σκευῇ, καὶ ὁμόγλωσσον ἀδήλως εἶναι, καὶ ὅλως, μετεμέλετο αὐτῷ ὁδὸν τὴν ὁδόν. καὶ ἐδόκει, βλέποντα μόνον τοὺς Ἀθηναίους, ἐπὶ πόδα εὐθὺς ὀπίσω χωρεῖν, καὶ πλοίου ἐπιβάντα, πλεῖν αὖθις ἐπὶ Βοσπόρου, ὅθεν ἡ πολλὴ ὁδὸς ἔμελλεν αὐτῷ ἔσεσθαι οἰκαδε, εἰς Σκύθας. οὕτως ἔχοντι τῷ Ἀναχάρσιδι ἐντυχάν δαίμων τις ἀγαθὸς, ὡς ἀληθῶς, ὁ Τό-

& per Iouem à vero non abhorret, quippe qui totam ciuitatem quondam peſte graua uatam liberauerit. Sed redeamus ad id cuius gratia illius mẽtionem fecimus. Adhuc quidem in viuis erat Toxaris, Anacharſis autem cùm nuper ſoluiſſet è patria, ex Pyræo in vrbem venit, veluti hoſpes & barbarus, nõn mediocriter animo perturbato, omnia ignorans, ad multa meticuloſus & trepidus, pendens animi quid ageret. Siquidem non obſcurè intelligebat à videntibus ſe haberi ludibrio propter habitus peregrini inſolentiam, & eandem linguam ſonare callentem inueniebat neminem. In ſumma, iam illium ſuſceptæ prnfectionis pœnitebat, conſtitutum habens in animo, viſis tantum Athenis auctutùm retrò abire in patriam, conſcenſoque nauigio iterum ſoluere in Boſporum, vnde non multum itineris illi conficiendum reſtabat in Scythiam. Ad hunc modum hæc ſecum reputanti Anacharſidi dæmon quiſquam bonus illi ſit obuiam, vt reuera credendum eſt, nempe

Toxaris

Τόξαρις ἤδη ἐν τῷ Κεραμεικῷ. καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐσθῆτα αὐτὴν ἐπισπάσατο, πατρίδα οὖσα, ἔπειτα μέντοι οὐ χαλεπῶς ἔμελλε καὶ αὐτὸν γνώσεσθαι τὸν Ἀνάχαρσιν, ἅτε γένους τοῦ δοκιμάτου ὄντα, καὶ ἐν τοῖς πρώτοις Σκυθῶν. ὁ Ἀνάχαρσις δὲ πάθος ἂν ἑλληνικὸν ἔγνω ὁμοεθνῆ ὄντα, Ἑλληνιστὶ ἐσαλπίνων, ἀπεξυρημένον τὸ γένειον, ἄξιφον, ἀσίδηρον, ἤδη σωμύλον, αὐτῶν τῶν Ἀττικῶν ἕνα τῶν αὐτοχθόνων; οὕτω μεταπεποίητο ἀπὸ τοῦ χρόνου. ἀλλὰ Τόξαρις Σκυθιστὶ προσεπὼν αὐτὸν, οὐ σύ, ἔφη, Ἀνάχαρσις ἂν τυγχάνεις, ὁ Δαυκίτου; ἐθάρρυνεν ὑφ' ἡδονῆς ὁ Ἀνάχαρσις, ὅτι καὶ ὁμόφωνον εὑρήκει τινὰ, καὶ τοῦτον εὐδόκιμον ὄντα ἐν Σκύθαις, καὶ ἤρετο, σὺ δὲ πόθεν οἶσθα ἡμᾶς, ὦ ξένε; καὶ αὐτὸς ἔφη, ἐκεῖθεν εἰμὶ παρ' ὑμῶν, Τόξαρις

Toxaris [f] *in Ceramico. Ad quod primùm illum pertraxit habitus, quem videbat sibi esse patrium. Deinde haud difficulter cogniturus erat & ipsum Anacharsis, nempe ex illustri ortum genere, quique inter Scytharum primates nõ infimum locum obtineret. Porrò autem Anacharsis vnde cognoscere potuisset popularẽ sibi esse Toxarim, more Græcorũ exornatum, mentum habentem detonsum, incinctum, nullo ferro munitum, iam multa facundia facetum & lepidum, & atque ex ipsis Atticis vnum indigenam? Adeò iam transformatus erat longinquitate temporis. Verùm Toxaris Scythica lingua affatus illum: Nonne tu, inquit, Anacharsis ille es Dauceto patre prognatus? Lachrymatus est præ gaudio Anacharsis, propterea quòd eiusdem linguæ hominem inuenisset, planéque callentem quis esset, aut quem apud Scythas dignitatis locum obtineret. & interrogauit: Tu verò vnde me noſti, ô hospes? Cui ille: Inde ego sum, inquit, è vobis oriundus, ex Scythia: nomẽ mihi est Toxa-*

ris, non

ως τὄνομα, ὃ τῶν ἐπιφανῶν ὥστε καὶ ἐγνῶσθαι ἄν σοι καθ' αὐτόμωρ, ἔφη, ὁ Τόξαρις ἦ, περὶ οὗ ἐγὼ ἤκουσα, ὥς τις Τόξαρις, ἔρωτι τῆς Ἑλλάδος, ἀφεληλυθὼς καὶ γαμετὴν ἐν Σκυθίᾳ, καὶ παιδία νεογνὰ, οἰχοιτο εἰς Ἀθήνας, καὶ νιῷ δισσοῖν κάθηται, τιμώμενος ὑπὸ τῶν ἀστῶν; ἐγὼ, ἔφη, ἐκεῖνός εἰμι, εἴ τις καμοὶ λόγος ἔτι παρ' ὑμῖν. ἐκεῖνος γὰρ ὁ Ἀνάχαρσις, μαθητὴν σε ἴσθι με γεγενημένον, καὶ ζηλωτὴν τοῦ ἔρωτος, ὃν ἐρᾷς τῆς Ἑλλάδος. καὶ καταγέ τοι τὴν ἐπιθυμίαν ταύτην ἀφορμήσας, ἥκω σοι, μνείαν παθὼν ἐν τοῖς ἐμοῖς ἔθνεσι. καὶ ἄγε μὴ σοί ἐνέτυχον, ἔγνως ἂν ἤδη, πρὶν ὅλιον λαῦσαι, ὀπίσω αὖθις ἐπὶ ναῦν καταίνας οὕτως ἐπαράγμενον, ξένα καὶ ἄγνωστα πάντα ὁρῶν. ἀλλὰ πρὸς Ἀσυνάκου καὶ Ζαμόλξιδος, τὸν παρόντων ἡμῖν θεῶν, σύ μοι, ὦ Τόξαρι, παραλαβὼν ξενάγησον,

ri, non ex claris illis ducenti generis originem, vt per hoc tibi notus esse queam. Num, inquit ille, tu es Toxaris, de quo ego inaudiui, Toxarim quendam amore visendæ Græciæ relictis domi vxore & infantibus filijs, Athenas esse profectum, & nunc ibi versari, máq; magno esse precio apud optimates? Ego, inquit, ille ipse ipsum, si qua etiam nũc apud vos de me fama superstes est. Proinde, inquit Anacharsis, scias me tuum factum esse discipulũ, ac amoris tui æmulum, quò huc perductus et, scilicet vt viderem Græciam. [h] Itaque huius negociationis gratia peregrè profectus veniò, infinitis malis perfunctus apud gentes in medio sitas. Et nisi tu mihi factus fuisses obuiam, iã decretũ erat, priusquam sol occidisset, me retrò ad nauem voluisse referre gressum. vsqueadeò consternatus eram animo, peregrina & incognita omnia conspiciens. [i] Sed age per Acinacem & Zamolxim deos nobis penates, tu me assumptum, ô Toxari, vt hospitem circumducito,

σον, καὶ δεῖξον τὰ κάλλιστα τῶν Ἀθηναίων, ἔπειτα καὶ τὰ ἐν τῇ ἄλλῃ Ἑλλάδι, νόμων, τε τοὺς ἀρίστους, καὶ ἀνδρῶν τὰς βιοτάσεις, καὶ ἤθη καὶ πανηγύρεις καὶ βίον αὐτῶν, καὶ πολιτείαν, δι' ἃς ἦρ σύ τε κἀγὼ μικρὰ σὺ ζωαύτλω ὁδὸν ἤλθομεν, μὴ πρεπόντως ἀθλαλον αὐτῶν ἀναστρεφούλα. τοῦτο μὲν ἔφη ὁ Τόξαρις, κάλλιστα ἐρωλικὸν ἔρημας, ἐπὶ τὰς θύρας αὐτὰς ἐληθόυλα, οἴχεσθαι ἀπιόυλα. πλὴν ἀλλὰ θάρρει. ἐὰν γὲ ἄρ, ὡς φὴς, ἀπίληθης, οὐδ' ἂν ἀφίκοιο ῥαδίως ἡ πόλις. οὐχ οὕτως ὀλίγα τὰ θέλγητρα ἔχει πρὸς τὸς ξένους, ἀλλὰ μάλα ἐπιπλύψεται σου, ὡς μήτε γυναικὸς ἔτι, μήτε παίδων, ἐί σοι ἤδη ἔσι, μνημονεῦσαι. ὡς δ' ἂν τάχιστα πᾶσαν ἴδοις τὴν πόλιν τῶν Ἀθηναίων, μᾶλλον δὲ τὴν Ἑλλάδα ἅπλην, καὶ τὰ Ἑλλήνων καλὰ, ἐγὼ ποιήσομαί σοι.

cito, ac mihi pulcherrima quæque quæ Athenis sunt, cõmonstrato: deinde, si qua etiam pãssim in reliqua sunt Græcia admiranda & visenda, cũ leges optimè constitutas, tũ viros quosq; integerrimos, ad hæc mores & ludos publicos, & vitã illorũ, & Rempub quorũ indaganda dorũ gratia prior tu, exime ego post te tantum itineris exhausimus. Et ne permittas, vt his omnibus nondum visis mihi retrò pes mouendus sit. Hoc equidem, inquit Toxaris, minimè amanter dixisti, vix factis pede liminib9, mox te redituru postliminio: Atqui bonũ habe animum: neq; enim, vt tu tecũ cogitas, abibis, neque te facilè dimissura est ciuitas. Neque verò adeò modica habet erga retinendos hospites demulcimenta aut illectamenta, verùm multò magis te susceptum ita tractabit, vt ne vxoris amplius, neq; liberorum, si quos interea nobis absente susceperis, admodum memor futurus sis. Cæterùm vt quàm celerrimè vniuersam Athenienſium vrbem visam cognoscas, aut potius omnem Græciam, & ea quæ apud Græcos maximè visenda sunt, ego tibi effectum reddam.

Agit

ἔστι σοφὸς ἀνὴρ ἐνταῦθα, ἐπιχώριός γε μέν, ἀπολημπόσας δὲ μάλα πολλὰ τῆς Ἀσίας, καὶ ἐς Αἴγυπτον, καὶ τοῖς ἀρίστοις τῶν ἀνθρώπων συγγενόμενος, τὰ ἄλλα ὁ τῶν πολλοῦ, ἀλλὰ καὶ κομιδῇ πένης. ὄψει γεροντα, ἔτω δημοτικῶς ἐσκευασμένον, πλὴν διά γε τὴν σοφίαν, καὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν, πάνυ τιμῶσιν αὐτὸν, ὥστε καὶ νομοθέτην χρῶνται πρὸς τὴν πολιτείαν, καὶ ἀξιοῦσι κατὰ τὰ ἐκείνου προστάγματα βιῶν. ἀτοῦτον φίλον κτήσαιο, καὶ μάθοις οἷός ἐστι, πάσαν νόμισον τὴν Ἑλλάδα ἐν ἀῶσι ἔχειν, καὶ τὸ κεφάλαιον ἤδη ἂν εἰδείης τῶν τῇδε ἀστάθμητον ὡς οὐκ ἔστιν, ὃ, τι ἂν μεῖζόν σοι καλὸν χαρίσασθαι δυνάμενον, ἢ συνήσας ἐκείνῳ. μὴ τοίνυν μέλλωμεν, ἔφη, ὦ Τόξαρι, ὁ Ἀνάχαρσις, ἀλλὰ μεταλαβὼν, ἄγε πρὸς αὐτόν.

Agit hic vir multæ & admirandæ sapientiæ, & quidem indigena, sed qui diu multumq; susceptis peregrinationibus & in Asiam & in Aegyptum profectus sit, ac cum optimis quibusque mortalibus vitæ consuetudinem habuit: cæterùm homo non admodum diues, verùm infimæ penè fortunæ mendicus. Videbis senem adeò populariter exornatum: verùntamen cùm propter sapientiæ excellentiam, tum aliarū virtutum quibus præditus est, præstantiam, ob omnibus certatim colitur, adeò vt etiam pro legum auctore eo vtantur in constituenda Repub. neque iuxtà eius præcepta viuere dedignantur. Hunc si amicitiâ tibi iunctum possederis, ac planè cuiusmodi vir sit, perdidiceris, vniuersam Græciam in te habiturum haud dubitanter existima. Et quod caput est nosse, sic habe, ex omnibus bonis hîc repositis, non maiori me tibi gratificari posse aut officio aut obsequio, quàm si huic te quam commendatissimum reddidero. Ne igitur cunctemur, ô Toxari, inquit Anacharsis, sed me assumens quantocyus ad illum ducito.

Sed

ἀτὰρ ἐκεῖνο δέδια, μὴ δυσπρόσοδός σοι τῷ ξυντυχὼν ἡμῶν. εὐφήμει, ἦδ' ὃς, ἐκεῖνο τὰ μέγιστα χαριεῖσθαί μοι δοκῶ, ἀφορμὴν παρασχὼν τῆς εἰς ξένον ἄνδρα εὐποιΐας. ἕπου μόνον· ἴσασι γὰρ ὅσοι περὶ τὸς ξένους εἰσὶν ἀδὸς, καὶ ἃ ἄμεινον ἐπιδεικνύναι καὶ χρηστότης, μᾶλλον δὲ πατρὸς δαίμονα οὕτω αὐτὸς ἡμῖν προσέσται, ὁ ἐπὶ σιωπαῖς, ὁ λαλῶν ἐαυτῷ, καὶ ἅμα προσεπὼν τὸν Σόλωνα. τοῦτό σοι, ἔφη δῶρον μέγιστον ἥκω ἄγων, ξένον ἄνδρα, φιλίας δεόμενον. Σκύθης δὲ ὢν τῶν παρ' ἡμῖν εὐπατριδῶν, ἦ ὅμως τἀκεῖ πάντα ἀφεὶς, ἥκει σωτσόμενος ὑμῖν, καὶ τὰ κάλλιστα ὀψόμενος τῆς Ἑλλάδος κἀγὼ ἐπιθυμῶ τινα ταύτῃ ἐξεῦρον αὐτῷ, ὅπως ῥᾷστα καὶ αὐτὸς μάθοι πάντα, καὶ γνώριμος γένοιτο τοῖς ἀείστοις.

Sed enim illud vereor, ne difficilis accessu sit, tuumque erga me studium tanquam superuacaneum respuat. Bona verba, inquit ille: videor enim illi rem omnium gratissimam facturus, beneuolentiæ erga hospitem ostentandæ occasionem illi offerens. Tantum verò me sequere, statimque qua sit erga hospites reuerentia, tum quàm à comitate non auersus, tum quæ alia eius bonitas, & ingenij amœnissimi suauitas, cognosces. Quin potius, bona fortuna duce, ille ipse nos accedit: nempe ille qui cogitabundus secum loquitur. Et cum dicto Solonem allocutus: Venio, inquit, maximum tibi munus adducens, virum peregrinum egentem amicitiæ. Est autè genere & natione Scytha, vnus apud nostrates ex nobilibus & summo loco natis. Omnibus verò in patria relictis, huc venit nobiscum conuersaturus, eaque quæ per Græciam sunt præstantissima, visurus. Porrò ego eius rei compendium illi inuentum curaui, quo pacto facillimè simul & expeditissimè vniuersa perdisceret, & optimi

σοις. τοῦτο δ' ἵν' οἱ προσαγαγεῖν αὐτόν. ἑτοίμως ἐγὼ Σόλωνα οἶδα, οὕτω πείσεις καὶ προξενήσεις αὐτοῦ, καὶ πολίτην γνήσιον ἀποφανεῖς τῆς Ἑλλάδος. καὶ ὅπερ σοι ἔφην μικρὸν ἔμπροσθεν, ὦ Ἀνάχαρσι, πάντα ἑώρακας ἤδη, Σόλωνα ἰδών. τοῦτο αἱ Ἀθῆναι. τοῦδε ἡ Ἑλλάς. οὐκ ἔτι ξένος, σύμπαντές σε ἴσασι, πάντες σε φιλοῦσι, τιμιώτερον εἶναι τὸ λαλᾶν τὸν προσβύτην τοῦτον. ἅπαντες ἐπιλήσαι τῶν ἐν Σκυθίᾳ σωρῶν αὐτῷ. ἴχνος τῆς ἀποδημίας τὰ ἆθλα, τοῦ ἔρωτος τὸ τέλος. οὗτός σοι ὁ Ἑλληνικὸς κανών, τοῦτο, λέγω τῆς φιλοσοφίας τῆς Ἀττικῆς. οὕτω τοίνυν γίγνωσκε, ὡς εὐδαιμονέστατος ὤν, ὃς συνέσῃ Σόλωνι, καὶ εἷς ᾧτινι χρῆσθαι αὐτῷ. μακρὸν ἂν εἴη διηγήσασθαι, ὅπως μὲν ἤλθη ὁ Σόλων ὡς ἡμᾶς, οἷα δὲ εἶπεν. ὡς

mis quibuſque innoteſceret. Aliam verò ad hæc conſequenda viam compendioſiorem non tenebam, quàm ſi hunc tibi adductum familiarem feciſſem. Itaque ſi Solonem ego planè pernoui, ſic facies, ac illum in bonorum notitiam & ſtudium perduces, & germanũ ciuem Græciæ eſſe oſtendes. Et quod tibi paulò antè dixi, Anacharſi, omnia iam viſo Solone conſpexiſti. Hoc ſunt Athenæ, hoc eſt, ipſa Græcia. Neq; ampliùs hoſpitem te eſſe puta. Omnes te nouerunt, omnes certatim amore te proſequuntur. Tantum tibi in hoc ſene bonum repoſitũ eſſe ne dubites. Omnium in Scythia relictorum te capiet obliuio, iuncta cum illo conuerſatione. Habes peregrinationis tuæ præmia, de amoris finem tantopere deſideratum. Hîc tibi Græca eſt regula, neq; non Atticæ philoſophiæ index certiſsimus. Quare hoc tibi perſuade, eum eſſe multò felicisſimum, quicunque cum Solone verſatus fuerit, eoq; amico vtitur. Perlongum eſſet referre, quantum cùm Solon ſit delectatus munere, tum

ὡς δὲ λοιπὸν σωθῆναι, ὁ μὲν
πανδοῦρον, καὶ διδάσκων τὰ
κάλλιστα, ὁ Σόλων, καὶ φίλον
ἅπασι ποιῶν τὸν Ἀνάχαρ-
σιν, καὶ προσάγων τοῖς Ἑλ-
λήνων καλοῖς, καὶ πάντα πρό-
θυμον ἐπιμελούμενον, ὅπως κά-
λλιστα διαπρίψῃ ἐν τῇ Ἑλλάδι.
ὁ δὲ τεθηπὼς τὴν σοφίαν αὐ-
τοῦ, καὶ μηδὲ τὸν ἕτερον πό-
δα ἐκὼν εἶναι ἀπολειπόμενον.
ὡς γοῦν ὑπέσχετο αὐτῷ ὁ Τό-
ξαρις, ἐξ ἑνὸς ἀνδρὸς τοῦ Σό-
λωνος ἅπαντα ἔγνω ἐν ἀκα-
ρεῖ, καὶ πᾶσιν ἦν γνώριμος,
καὶ ἐτιμᾶτο δὲ ἐκεῖνον· οὐ γὰρ
μικρὸν ἦν Σόλωνα ἐπαινῶν,
ἀλλ' οἱ ἄνθρωποι τούτῳ, ὡς
νομοθέτῃ πείθοντο. καὶ ἐφί-
λουν, ὃς ἐκεῖνον ἀοκιμάζοι,
καὶ ἐπίστευον ἀεὶ τοὺς ἄνδρας ἐ-
ναι τὰ τιμιώτατα, καὶ ἐμυή-
θη μόνος βαρβάρων Ἀνάχαρ-
σις

tum quibus verbis respondérit, ita, vt in reliquum tempus dulcissimè simul & coniunctissimè conuixerint, aliter quidem illorum, nempe Solon, docens & instituens rebus pulcherrimis, & amicum Anacharsin in omnium familiaritatem aggregans, Græcorumque optimatibus adducens, tum per omnia diligentissimè curam agens, quo pacto quamiucundissimè in Græcia in precio habitus præcelleret. Alter autem admirandam illius sapientiam attonito animo admiratus, ne altero quidem pede volens à senis latere discedebat. Itaq; quemadmodum illi pollicitus fuerat Toxaris, ex vnico Solone in puncto tẽporis vniuersa cognouit, ac omnibus innotuit, & illius gratia à cunctis familiariter colebatur. Neq; enim mediocri laude Anacharsis virtutes solebat extollere Solon: verùm hominibus & hoc moris erat, vt quemadmodum Solomi legislatori libenter dicto audientes erant, amore quoque & beneuolentia prosequebantur, quoscunque ille aliquo precio dignos esse existimabat, ac prorsus eosdem in reliquum viros optimos esse credebant. Solus verò ex Barbaris Anachar-

σις ἀμαθοποίητος γενόμενος, ἀ
λλὰ Θεοξένῳ πιστεύειν, καὶ τῷ
τὰ ἴσα φρονοῦντι περὶ αὐτοῦ. καὶ
οὐκ ἄν οὐδὲ ἀνείρηψεν, οἶ-
μαι, ἐς Σκύθας, ἀ μὴ Σόλωνι
ἀπέθανε. βούλει οὖν ἤδη
ἐπαγάγω τῷ μύθῳ τὸ τέλος,
ὡς μὴ ἀκέφαλος πλανοῖτο;
ὥρα γάρ ἐστιν, οὗ τινός μοι
ἕνεκα ὁ Ἀνάχαρσις ἐκ Σκυ-
θίας, καὶ Τόξαρις τὰ νεῶν ἐς
Μακεδονίαν ἦκετον, ἔτι καὶ
Σόλωνα γέροντα ἄνδρα ἐπα-
γόμενος Ἀθηνῶν. φημὶ δὲ
ὅμοιόν τι καὶ αὐτὸς παθεῖν
τῷ Ἀναχάρσιδι. καὶ πρὸς
Χαρίτων, μὴ νεμεσήσητέ μοι
τῆς εἰκόνος, ἐ βασιλικῷ ἀν-
δρὶ ἐμαυτὸν ἔικασα· βάρ-
βαρος μὲν γὰρ κἀκεῖνος.
καὶ οὐδέν τι φαίης ἂν τοὺς
Σύρους ὑμᾶς φαυλοτέρους εἶ-
ναι τῶν Σκυθῶν. ἀτὰρ οὐδὲ
κατὰ τὸ βασιλικὸν ἀσποιῶ
τἀμὰ ἐς τὴν ὁμοιότητα, κατ'
ἐκεῖνα δέ. ὅτι γὰρ πρῶτον ἐ-
πιδήμησα ὑμῶν τῇ πόλει,

sis initiatus est, ac ciuitate donatus, si Theoxeno fides habenda est, qui præter cætera & hoc de illo literis ac memoriæ prodidit. Sed neque, vt opinor, retrò ad Scythas Anacharsis abijt, nisi Solone mortuo. Vultis igitur fabulæ finem iam imponam, ne sine capite obambulet? proinde iam tempus est cognoscendi ciues, cuius rei gratia mihi Anacharsis ex Scythia, & Toxaris in præsentia venerunt in Macedoniam, ad quos Solonem quoque adultæ ætatis hominem ab Athenis adduxi. [k] Siquidem aio & me non dissimile quiddam cum Anacharside passum esse. Ac per Gratias vos obsecro, ne indignabundo animo mihi vitio vertatis similitudinem, si viro regio memet ipse comparauero. Barbarus enim ille fuit: cæterùm nos Syros ulla in re Scythis deteriores

non facilè dixeris. Atqui neq; res meas cũ regia magnificentia cõponere annitor similitudine, nisi quantum ad ea quæ diximus. Nam cùm primùm in vestrã vrbẽ hospes immigrassem,

statim

ἐξεπλάγην μὲν ἐυθὺς, ἰδὼν τὸ μέγεθος, καὶ τὸ κάλλος, καὶ τῶν ἐμπολιτευομένων τὸ πλῆθος, καὶ πλοῦ ἄλλου δυνάμιν, καὶ λαμπρότητα πᾶσαν. ὥστε ἐπὶ πολὺ ἐτεθάπτην πρὸς ταῦτα, καὶ οὐκ ἐξήρκουν τῷ θαύματι, οἷόν τι καὶ ὁ νησιώτης ἐκεῖνος νεανίσκος ἐπεπόνθει, πρὸς πλοῦ τοῦ Μενελάου οἰκίαν. καὶ ἔμπορον οὕτω διατεθῆσθαι πλοῦ γνώμην, ἰδὼν πόλιν ἀκμάζουσαν ἀκμῇ ἑαυτῇ, καὶ κατὰ τὸν ποιητὴν πλοῦ ἐκεῖνον, Ἀνθεῦσαν ἀγαθοῖς πᾶσιν, οἷς θάλλει πόλις. οὕτω δὴ ἔχων, ἐσκοπούμην ἤδη περὶ τῶν πρακτέων, καὶ τὸ μὲν δέξω τὸν λόγον ὑμῖν, πάλαι ἐβουλόμην. τίσι γὰρ ἂν ἄλλοις ἐδείξα, σιωπῇ παροδεύσας τηλικαύτην πόλιν; ἐμαυτῷ γὰρ, ἔδη ἀποκρύψομαι τἀληθῆ, οἵ τινες οἱ προύχοντες ἦσαν, καὶ οἷς ἄν τις προσελθὼν, καὶ συγγρα-

statim animo obstupefactus fum, visa eius & amplitudine & pulchritudine, ac incolarum multitudine, aliaque potentia & splendore omni cognito. Itaque multo tempore animo hærebam attonitus ad hæc, nec poteram cuncta abundè satis admiratione prosequi: cuiusmodi quiddam & [1] insularis ille iuuenis conspectis Menelai ædibus passus est. Neque verò alium ego obtinebam animum, intuitus vrbem tanto vigore vigentem, ac iuxta Poëtam illum omnibus bonis florentem; quibus ciuitas felix & beata solet affluere. Hoc iam affectus animo, deinceps de ijs quæ agenda forent, mecum deliberabam. Iam enim olim constitutum habebam, oratione vos & laudibus illustrare. Quibus enim alijs ostendi, silentio tam præclaram ciuitatem præteriens? Quippe quærebam (neque enim veritatem prudens celabo) si qui essent qui reliquos dignitate anteirent, & quos aggressus aliquis, ac

συγγραψάμενον πεσάτας, συναγωνισᾶς χρῶτο πὸς τὰ ὅλα. ἐνταῦθά μοι οὐχ ἕις, ὥσπερ ὁ Ἀναχάρσιδι, καὶ οὗτος βάρβαρος, ὁ Τόξαρις, ἀλλὰ πολλοί, μᾶλλον δὲ πάντες τὰ αὐτὰ, μόνον οὐκ αὐταῖς συλλαβαῖς ἔλεγον· ὦ ξένε, πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι χρηστοὶ, καὶ δίκαιοι ἀνὰ τὴν πόλιν, καὶ οὐκ ἂν ἀπαχθεῖ τοιούτους ἄνδρας ἀλλαχοῦ. δύο δὲ μάλιστα ἐστὸν ἡμῖν ἄνδρε ἀείσω, γνώμῃ μὲν καὶ ἀξιώματι πολὺ πάντων ἀπάντων, παιδείᾳ δὲ, καὶ λόγων δυνάμει τῇ Ἀττικῇ δικαίᾳ παραβάλλοις ἄν. ὁ δὲ παρὰ τοῦ δήμου εὔνοια, πάνυ ἐρωτικὴ πὸς αὐτὸς, καὶ τοῦτ' γίγνεται ὅ, τι ἂν ἄριστον ἐν τῇ πόλει. πολὺ μὲν γὰρ χρηστότητα, καὶ πολὺ πὸς τοὺς ξένους φιλανθρωπίαν, καὶ τὸ ἐν μηδὲν τοσοῦτον ἀνεπίφθονον, καὶ τὸ μετ' εὐνοίας ἀδιάσιμον, καὶ τὸ πρᾶον,

historia de illis memoriæ prodita, adiutoribus vteretur ad omnia. Ibi verò mihi non vnus, quemadmodum Anacharsidi, & ille quidem barbarus Toxaris, sed plures, aut potius omnes eadem tantùm non ijsdem syllabis respondebant. Multi quidem & alij præclari & industrij viri, ô hospes, in hac vrbe habitant, nec temerè alibi eiusmodi viros inuenies perinde bonos. [m] *Duo tamen cumprimis sunt longè optimi & præstantissimi, generis splendore & dignitate omnibus longè superiores: cæterùm disciplinarum cognitione ac dicendi facultate, Atticæ Musæ eos non absurdè comparaueris. Populi mirus erga illos fauor, & studium singulare exstitit. Et hoc quoque quod in ciuitate optimũ & præstantissimum esse constat, illorum bonitatem, & obuiam erga hospites humanitatem, nullamque in tanta magnitudine inuidentiam, ac reuerentiam coniunctam cùm beneuolentia, tum animi*

manſue-

ον, καὶ τὸ ἀνπρόσοδον, αὐτὸς ἂν ἄλλοις διηγήσασθαι, παραθεὶς μικρὸν ὕστερον. καὶ ὡς μάλιστα θαυμάσῃς, μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς οἰκίας ἐστὸν, υἱὸς καὶ πατὴρ, ὁ μὲν, εἴ τινα Σόλωνα, ἢ Περικλέα, ἢ Ἀριστείδην ἐπινοεῖς· ὁ δὲ υἱὸς, καὶ ὀφθεὶς μὲν αὐτίκα ἀπάξεταί σε. οὕτω μέγας ἐστὶ, καὶ καλὸς ἀρρενωπόν τινα πρὸ ὤμορφίαν. ἂν δὲ καὶ φθέγξασθαι μόνον. οἰχήσεταί σε ἀπὸ τῶν ὤτων ἀναλύσαμενος, ζωσάμενος Ἀφροδίτην ἐπὶ τῇ γλώττῃ ὁ νεανίσκος ἔχει, ἅ γε τοι πόλις ἅπασα, κιχηνότων ἀκούσομεν, ὁπόταν ἂν δημηγορήσων παρέλθοι. ὁποῖόν φασι τὸς τοῖς Ἀθηναίοις πρὸς τὸν τῦ Κλεινίου πεπονθέναι, παρ' ὅσον ζῶις μὲν οὐκ ἂν μακρὰν μετεμέλησε τὸν ἔρωτος, ὃν ἠράσθησαν τῦ Ἀλκιβιάδου. τῦτον δὲ οὐ πόλις οὐ φιλεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ αἰδεῖται ἥδη

manſuetudinem & morum facilitatem quibuſuis accedentibus expoſitam, ipſe hauddubiè alijs verbis celebrabis, paulò pòſt harum rerum facto periculo. Atque vt mireris impenſiùs, ex vna eadémque familia ſunt pater & filius. Alter quidem non alius quam ſi Solonem, aut Periclem, aut Ariſtidem animo conceperis: alter verò filius, te ſaltè conſpectum actutum domum abductурus eſt. Adeò præſtanti corpore viſendus eſt, & maſculâ quadam forma decorus & amabilis. Quòd ſi modò ore você ſoluto loqui inceperit, ducet te reuinctum ab auribus. tantam dicendi venerem, & verborum ſuauitatem iuuenis in lingua ſita poſſidet. Quinetiam [n] vniuerſa ciuitas ad audiendum inhiat, quoties ad populum verba facturus progreditur: euiuſmodi aiunt Athenienſibus quondam accidiſſe in Cliniæ filio adamando, præterquam quòd non multò pòſt eos amoris ſummè pœnituerit, quo [o] Alcibiadem complexi fuerant. Porrò hunc non ciuitas ſolùm arctiſsimè diligit, verumetiam reuerenter habere non

ἄλλα ἀξιοῖ. καὶ ὅλως, ἵν' ταῦτο ὑμῖν δημόσιον ἀγαθόν ἔστι, καὶ μέγα ὄφελος ἅπασιν, ἀνὴρ οὗτος. ἐὰν δὲ αὐτός τι, καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, δίξαντό σε, καὶ φίλον ποιήσαντο, πᾶσαν ἕξεις τὴν πόλιν· καὶ ἐπισπάσει καὶ τὴν χεῖρα ἕτοιμον, καὶ οὐκέτ' εὐδοιάσιμα τὰ σά. ταῦτα καὶ τὸν Δία ἅπαντ' ἄν εἴη ὀρθῶς, εἰ καὶ καὶ ὅρκον ἐπάγοι τις καὶ λόγῳ· καί μοι, ἄλλα πρεσβεύοντος ἐρημίαν ἔδοξα. οὐκ ἔδρας τοίνυν, ἀλλ' ἀμβολὰς ἔργον, ὡς ὁ Κεῖος φησίν, ἀλλὰ καὶ πάντα μὲν κάλων κινεῖν, πάντα δὲ πράττειν, καὶ λέγειν, ὡς φίλοι ὑμῖν τοιοῦτοι γένοιντο. ἦν γὰρ τοῦθ' ὑπάρξῃ, εὐδία πάντα, καὶ πλοῦς ἴσος, καὶ λεπτὸν μὲν ἡ θάλασσα, καὶ ὁ λιμὴν πλησίον.

dedignatur. In summa, vnà cum hoc nobis populare bonum est hic vir, & ingens commoditas omnibus. Hic si te & eius pater susceperint, & tecum amicitiam & societatem fecerint, totam ciuitatem deuinctam habebis. Tantùm autem ad illum manus extendenda est, nec amplius res tuæ erunt in ambiguo. Hæc per Iouem ab omnibus dicebantur, etsi iureiurando oratio mea mihi confirmanda sit. Ac mihi iam earum rerum facienti periculum, ne minimam quidem partem dicendo assecutus esse videor. Itaq; neque desidiæ, neque moræ indulgendæ locus est, vt ait Poëta Ceius, verùm omnes rudentes pariter mouendi sunt, præterea nihil non dicendũ & faciendum, quo in amicitiam illorum insinuemur. Quod quidem si ex sententia consecuti fuerimus, tranquilla sunt omnia, & nauigatio non improspera, ac mare placidum, & portus in propinquo constitutus.

GILBERTI COGNATI
ANNOTATIONES.

a HOSPES.] *Aut hospitum excipiendorum præfectus. Suidas:* προξένους ἐκάλουν, τοὺς παραγινομένους, εἰς τὸ ἐπιδέχεσθαι τοὺς ξένους, ἐξ ἄλλων πόλεων ἀφιγμένους. *i. Proxenos appellabant, qui essent hospitibus excipiendis præfecti. Hic enim erga peregrinos humanitatis laudem & imaginem continet.* *b* Non fuit.] *Exempli narratio, qua quos laudare instituit, cum veteri Solone comparat, eosq; quasi omnium aliorum instar quoddam facit.*

c Anacharsides.] *Vide huius vitam & epitaphium apud Laërtium. Nam is Scytha natus, inter celebres philosophos habitus est Athenis, de quo fertur epigramma hoc Ioannis Alexandri Brissicani, ad Ioannem Februm:*

Hospes Anacharsis Scythicis egressus ab oris,
(Nam patriæ morum est nomine victus amor)
Multorum mores, multorum vidit & vrbes:
Nempe Ithaci fertur laus ea prima ducis.
Tandem animi linguæq; vt cultū absolueret, vrbem
Cecropiam celeri pergit adire gradu.
Atq; isthic simili Græcorum ornatus amictu,
Nam Scythiæ dederat cætera cuncta suæ.
Viuendi non pauca exempla accepit Athenis:
Vrbs equidem exemplo, sæpe iuuare solet
Dogmata tum magni didicit consulta Solonis:
Sic tacitas vires sæpe magister habet.
Idem hospes Latijs nunc se quoq; finibus infert,
Romana immutans pallia Græca toga.
Illi, igitur qui mos tuus est me interprete, amicos,
Pande fores, placido suscipe & hospitio.
Certè hominem sic istuc cupiat quod dicitur esse,
Sincera hospitij tessara sola facit.
Quòd si illam improbitas morū, faber optime, frangat,
Non video quidnam turpius esse queat. *d* Octipedes.] *Scythico prouerbio dicebantur, quibus rusticanæ tantùm opes erant, quiq; duos possiderent boues, & currum vnum. Inter opes enim rusticanas, præcipuè recenset Hesiodus lib. 2. Operum*

perum & dicrum τὸν βοῶν ἀροτῆρα. i. bouem aratorem. e Ablegare.] Morem hunc mittendi ad Zamolxim scribit Herodotus in 4. Strabo in 7. & Suidas in dictione Ζαμόλξις. f In Ceramico.] Locus erat Athenis, vbi, qui in bello ceciderant, sepeliebantur: autore Suida. Meminit & Pausanias in Græcia, Attica, & Lucianus in Piscatore. Item in Meretricio Melissæ & Bacchidis, vbi pro loco, in quo meretrices habitabant, capitur. g Atque ex his ipsis Atticis.] Athenienses se dicebant esse αὐτόχθονες, quasi interrigenas dicas, ex ipsa terra genitos, ipsius terræ alumnos, indigenas. Aiunt Erichtheum ex terra editum, præbuisse argumentum, vt Athenienses, quibus is imperârit, terra item geniti censerentur, ac nominarentur αὐτόχθονες, sicuti etiam docuit Plato. Proinde eius rei symbolum τέττιγας. i. cicadas aureas solitos gestare, dictosq; eo nomine Tettigophoros. Etenim eiusmodi traditur animalis origo. Cuius rei testis quoq; locupletissimus est Thucydides historia prima, id quod Virgilius, in Cyri indicat:

Aurea solenni comptum quem fibula situ,
Mosopio erecti, nectabat dente cicadæ. Meminit & Iustinus libro 2. & Demosthenes in Oratione περὶ τῆς παραπρεσβείας: μόνοι γὰρ τῶν πάντων αὐτόχθονες ὑμεῖς. Tertullianus in libro de velandis virginibus. Athenæus in libr. β. δειπνοσοφιστῶν. Verùm omnium copiosissimè interpres Aristophanis in Nubibus: εἰ μὲν παλαιοὶ κατὰ τὸν ἀνάστολον, τῶν τριχῶν χρυσῶν ἐχρῶντο τέττιγι τεκμήριον, ὅτι αὐτόχθονες ἦσαν, &c. Quo loco citat & Thucydidem eius rei authorem. Erechthei filias in numero deorum habitas M. Cicero refert. h Itaque huius negociationis.] Cicero lib. 3. Officiorum, mercatum bonarum artium appellat. Max. Tyrius Platonicus, Sermone 17. scribit, Pythagoricos honestam mercaturam in Græciam misisse, nempe ex Italia scientias quasdam Athenas vsque. Plato in Sophista & in Pythagora, docet longè nos attentiores esse debere in disciplinis, quàm in ayis mercibus emendis. In eundum modum & Isocrates admonet, esse longè quàm turpissimum mercatores immensa maria transmittere, quò facultates suas augeant, & adolescentes neutiquam industriæ contendere, quo rectam animi constitutionem è bonis studijs assequantur.

i Sed

i Sed age.] *Per ſuos deos vnaquæque gens iurare conſueuit. Scytharum dij ſunt Acinacis, Zalmois & Ventus. Vide Lucianum in Toxaride.* k Siquidem aio.] *Adaptatio ſuæ cauſſæ.* l Inſularis ille.] *Telemachus, ſcilicet ex inſula Ithaca, Homerus Odyſſ.* δ *Menelai domum ex auro, electro, argento & ebore concinnatam, cum ſtupore quodam miratur.* m Duo tamen.] *Collatio & amplificatio perſonarum.* n Vniuerſa ciuitas inhiat.] ἡ πόλις ἅπασα κεχηνότως ἄκουεν. id eſt, *vrbs tota hiantes auſcultant. Syntheſis eſt generis & numeri,* o Alcibiadem complexi.] *Hoc abundè ſcribit Plutarchus in Alcibiade, Ariſtophanes in Ranis, & Val. Maximus lib. 7. de Sapienter factis & dictis.*

ΠΩΣ ΔΕΙ ΙΣΤΟ-ρίαν συγγρά-φειν.

QVOMODO Hiſtoria ſcribenda ſit.

Iacobo Micyllo interprete.

ARGVMENTVM.

DIdaſcalicus liber eſt, continens præcepta ac regulas de hiſtoria ſcribenda. Diuiditur autem in duas partes. In priore expoſito fine ſeu officio Hiſtorici, & confutatis ijs, qui duplicem Hiſtoriæ finem faciunt, vtile videlicet & delectabile, mox vitia recenſet, quæ tum in verbis & compoſitione, tum in ipſis rebus vitanda ſit, & hoc ſub exemplis aliorum, quo quique modo aut genere peccârint, oſtendendo. In poſteriore autem parte primùm quæ afferre ad hanc rem, quæque antea quaſi domi ſuæ comparata habere debeat is, qui ad ſcribendam hiſtoriam accedit, exponit. Deinde regulas primùm de rebus, deinde de expoſitione & phraſi verborum, poſtremò & de partibus operis tradit, etiam hîc exemplis aliorum præcepta ſua confirmando.

Orditur autem ab occaſione, quam collatione Abderitici morbi amplificat.

Ἀβδηρίτας φασὶ, Λυσιμάχου ἤδη βασιλεύοντος, ἐμπεσεῖν τι νόσημα, ὦ φίλε Φίλων, τοιόνδε· πυρετάνειν μὲν γὰρ τὰ πρῶτα παυδημεὶ ἅπαντας, ἀπὸ τῆς πρώτης εὐθὺς ἐρρωμένους, καὶ λιπαρεῖ τῷ πυρετῷ, περὶ δὲ τὸν ἑβδόμιον, τοῖς μὲν αἷμα πολὺ ἐκ ῥινῶν ῥυὲν, τοῖς δὲ ἱδρὼς ἐπιγενόμενος πολὺς, καὶ οὕτως ἔλυσε τὸν πυρετὸν, ἐς γέλωτόν τι πάντως πρέπουσι τὰς γνώμας αὐτῶν. ἅπαντες γὰρ ἐς τραγῳδίαν παρεκινοῦντο, καὶ ἰαμβεῖα ἐφθέγγοντο, καὶ μέγα ἐβόων, μάλιστα δὲ τὸν Εὐριπίδου Ἀνδρομέδαν ἐμανώδουν, καὶ τὸν τοῦ Περσέως ῥῆσιν ἐν μιᾷ διῆξαν. καὶ μετὰ τοῦτο ἡ πόλις ὠχρῶν ἁπάντων καὶ λιπῶν. τῶν ἑβδομαίων ἐκείνων τραγῳδῶν· Σὺ δὲ ὦ θεῶν τύραννε, καὶ ἀνθρώπων ἔρως, καὶ

Abderitis a fuit, ut aiunt, Lysimacho b iam regnante morbus incidisse, optime Philo, huiusce modi quondam: Febricitari principio quidem cœpisse per vrbem vniuersos, primo statim die febri cõtinua ac valida grauiter correptos. Circa septimum autem diem alijs quidem multus è naribus profluens sanguis, alijs verò exortus sudor, etiam ipse immodicus febrim dissoluit, ac finijt. Cæterùm ridicula quadam perturbatione mentes illorum idem hic morbus inuoluit. Omnes enim quasi ad c Tragœdias agendas impellebantur, & Iambica personabant, multúmque vociferabantur. Maximè autem Euripidis Andromedam canticis referebant, & Persei sermonem per vices recitabant. Plenáque adeò ciuitas erat pallidis & macilentis illis septimanis Tragœdis notum illud:

At ô tyranne hominum & diuorum, Amor.

Et

καὶ τἆλλα μεγάλῃ τῇ φωνῇ ἀναβοῶντων καὶ τοῦδε ἐπιβολὴν, ἄχρι δὴ χειμῶν, καὶ μύρου δὲ μεγαλωνύμου, ἐκπαύσοι ληροῦντας αὐτούς. αἰτίαν δέ μοι δοκεῖ τῶν δεινοτάτων παρασχεῖν Ἀρχέλαος ὁ τραγῳδός. εὐδοκιμῶν τότε, μεσοῦντος θέρους, ἐν πομπῇ τῷ φλογμῷ τραγῳδήσας αὐτοῖς τὴν Ἀνδρομέδαν, ὡς ἀνέξαι τι ἐκ τοῦ θεάτρου τοὺς πολλοὺς, καὶ ἀναπάντας ὕστερον εἰς τὴν τραγῳδίαν παρελθεῖν, ἐπιπολὺ ἐμφιλοχωρήσης δ' Ἀνδρομέδας τῇ μνήμῃ αὐτῶν, ὡσὰν τῶν Περσέως ἔτι σὺν τῇ Μεδούσῃ, τὴν ἑκάστου νοῦν νόμῳ πεπιεζομένων. ὡς οὖν ἔφασιν, ἐνὶ παραβαλεῖν, τὸ ἀβδηριτικὸν ἐκεῖνο πάθος καὶ νῦν τὰς πολλὰς τῶν πεπαιδευμένων περιειλύνθει, οὐχ ὥσπερ τραγῳδεῖν. ἐλάττων γὰρ ἂν ἦν τὸ παράπαν, ἀλλοτρίοις ἰαμβείοις, καὶ φαύλοις ἐγκεχυμένοις, ἀλλ' ἀφ' οὗ δὴ τάχιστα ποιεῖν ταῦτα ἐκινήθησαν, ὁπόσα

Et cætera quæ sequuntur, magna voce exclamantibus, & hoc in longum vsque, donec superueniente iam hyeme, frigus nimium obor[illegible] ab insania ac nugis [illegible] liberet ipsos. Causam [illegible] rei videtur mihi pra[illegible] chelaus Tragicus P[illegible] ii illis temporibus [illegible]ceris erat, qui media æstate, multóque æstu, Andromedæ fabulam ipsis egerat, ita vt multi ex theatro redirent febricitantes, & mentibus euersi postea in eandem Tragœdiam delaberentur, obseruante illorũ memoriæ Andromedã, ac Perseo vnà cum Medusa singulorum animis & cogitationibus obuolante. Vt igitur alterum cum altero comparetur, quemadmodum vulgò dicunt, Abderiticum illud malum etiam hoc tempore plerosque doctorum inuasit: & non vt ipsi quæque Tragœdias agant. nam in hoc minùs delirarent, alienis Iambicis, ijsq; haud malis occupati: sed ex quo obuia illa, & velut ante pedes exposita

semel

ὁ πόλεμος ὁ πρὸς τοὺς βαρβάρους, καὶ τὸ ἐν Ἀρμενίᾳ τραῦμα, καὶ ἡ σωτήριος ἐκείνη νίκη, οὐδεὶς ὅστις οὐχ ἱστορίαν συγγράφει. μᾶλλον δὲ Θουκυδίδαι, καὶ Ἡρόδοτοι, καὶ Ξενοφῶντες ὑμῖν ἅπαντες γεγόνασιν· καὶ ὡς ἔοικεν, ἀληθὲς ἄρα τὸ τοῦ Πολέμωνος ἔπος ἦν, πατὴρ, εἴγε καὶ συγγραφέων τοσούτους ἀνέφυσεν, ἀπὸ μιᾶς τῆς πληγῆς. ταῦτα ἐγὼ, ὦ φίλος, ὁρῶν καὶ ἀκούων ἐμαυτῷ τὸν τοῦ Σινωπέως ἐκεῖνο ἐσῆλθεν. ὁπότε γὰρ ὁ Φίλιππος ἐλέγετο ἤδη ἐπὶ Κόρινθον παραγενέσθαι, οἱ Κορίνθιοι πάντες ἐταράττοντο, καὶ ἐν ἔργῳ ἦσαν· ὁ μὲν ὅπλα ἐπισκευάζων, ὁ δὲ λίθους φορῶν, ὁ δὲ τοὺς οἰκοδομοῦντας τοῦ τείχους, ὁ δὲ ἐπάλξεις ὑποστηρίζων, ὁ δὲ ἄλλο τι τῶν χρησίμων ὑπουργῶν. ὁ δὲ Διογένης ὁρῶν ταῦτα, ἐπεὶ μηδὲν ἔχοι ὅ, τι καὶ πράττοι (ἔδει

fuga enim se proripuit, edita tristi quadam & lamentabili voce. Nos igitur iam die apparente videmus nidum ingenti naui similem ex arboribus congestum. Inerant autem & oua, quorum vnumquodque Chio dolio erat capacius. Atqui & pulli iam intus conspiciebantur, & crocitabant. Cùm igitur vnum ex ouis securibus præcidissemus, pullum implumem viginti vulturibus ampliorem eduximus. Vbi verò propè ducentis stadijs à nido digressi fuimus, mira & inusitata prodigia nobis obuenêre. Nam qui in prora erat cheniscus, subitò alas emisit, & exclamauit. Porrò gubernator Scintharus cùm iam caluus esset, capillos produxit, & quod est omnium inusitatissimum, ipse malus nauis germinauit, & ramos propagauit, atque in vertice fructum edidit. Erant autem eius fructus fici, & vuæ permagnæ, necdum satis maturæ. Hæc postea quam vidimus,

ὡς τὸ εἰκὸς ἐταράχθημεν, καὶ ηὐχόμεθα τοῖς θεοῖς, ἀποτρέψαι τὸ ἀποκύημα τὸ φανταθμα. ἔπω δὲ πεντακοσίους σταδίους διεληλύθοντες, εἴδομεν ὕλην μεγίστην, καὶ κάλλιστον, πίτυων καὶ κυπαρίττων καὶ ἡμᾶς μὴ ἐκάσαμεν ἤπειρον εἶναι. τόδε δὲ ὦ φίλος ἔφη, ἄβυσσος, ἀείζοις διηρημένη βαθυρροις ἐκαταφυτουόμενον. ἔσηκει δὲ τὰ βάθρα ὅμως ἀκίνητα, ὀρθὰ, καθάπερ ἑστηκότα· ἐπιπλεύσαντες δὲ ὅμως, καὶ τὸ πᾶν καταυοήσαντες, ἐν ἀπόρῳ ἐγόμεθα, τί χρὴ δρᾶν· ὅτι γὰρ διὰ τῶν δένδρων πλεῖν διατὸν ἦν, συνεὶς γὰρ καὶ πρόσθεν ἦν, ὅτι ἀναστρέφειν ῥᾴδιον ἐδόκει ἐγὼ δὲ ἀναβὰς ἐπὶ τὸ μέγιστον δένδρον, ἀπεσκόπουν τὰ ἐπίκεινα, ὅπως ἔχοι. καὶ ἑώρων ἐπὶ σταδίους μὲν πεντήκοντα, ἢ ὀλίγῳ πλείους, τὴν ὕλην ὅσαν· ἔπειτα δὲ αὖθις ἕτερον ὠκεανὸν ἐκδεχόμενον. καὶ δὴ ἐφάνη ἡμῖν, ἀναβεβηκόσι τὴν κορυφὴν ἐπὶ τῶν μόμων τῶν δένδρων (συνεὶς γὰρ ἦν) ὑπερβάσα, ἐς ὠκεανὸν

non iniuria turbati sumus, deos precati vt portentosam visionem auerterent. Nondum autè quingentis stadijs processeramus, cùm videremus syluam magnã & frondosam pinis & cupressis. Nos autem arbitrabamur continentem esse, verùm erat gurges, cui fundus non erat, arboribus, quæ radices non haberent, totus consitus. Ipsæ tamen arbores immobiles stabant, ac erectæ, ac si supernatarent. Cùm ergo accessissemus propiùs, & totã rem animaduertissemus, dubitabamus quidnam fieri conueniret. Nam per arbores nauigare haud facilè erat, quòd densæ ac contiguæ essent: neque reuerti facilè videbatur. Itaque ascendens in altissimam arborem, contemplabar quomodo se haberẽt, quæ sequerentur: atq; syluam video supra quinquaginta stadia aut paulò pauciora porrectam, aliumq; vidi Oceanũ succedere. Tum ibi visum est nobis nauem in arborũ frondes, (erãt enim densæ) &, si fieri

ἀναλαμβάνομεν, εἰς τὴν ἑτέραν θάλατταν, ἣ ὅτως ἐποιοῦμεν· ἐκδήσαντες γὰρ αὐτὴν κάλῳ μεγάλῳ, καὶ ἀναβαίνοντες ἐπὶ τὰ δένδρα, μόλις ἀνειμησάμεθα, καὶ θέντες ἐπὶ τὴν ἁλάδωρ, ὡς τάσαντές τε τὰ ἱστία, καθάπερ ἐν θαλάττῃ ἐπλέομεν, τῷ ἀνέμῳ κεκαθυπηρετημένοι. ἔνθα μοι καὶ τὸ Ἀντιμάχου ποιητοῦ ἐπος εἰσῆλθε· φησὶ γάρ που κἀκεῖνος, Τοῖσι δ' ὑπείροντα δι' ὕδατος ἐρχομένοισι. διαβαίνομεν δ' ὅμως πάλιν ὕλην, ἀφικόμεθα πρὸς τὸ ὕδωρ, καὶ πάλιν ὁμοίως καταθέντες τὴν ναῦν, ἐπλέομεν δι' καθαροῦ καὶ διαυγοῦς ὕδατος, ἄχρι δή ἐπέσημεν χάσματι μεγάλῳ, εἰς τὸ ὕδατος διηρημένῳ καθάπερ ἐν τῇ γῇ πολλάκις ὁρῶμεν ὑπὸ σεισμῶν γιγνόμενα διαχωρήματα· ἢ μὴν οὐ νικῶς, καθελόντων ἡμῶν τὰ ἱστία, ῥᾳδίως ἔσχε, παρ' ὀλίγον ἐλθοῦσα καταφερὴς ἐς βυθόν. ὑπερκύψαντες δὲ ἡμεῖς, ἑωρῶμεν βάθος, ὅσον σταδίων χιλίων, μάλα φοβερόν, καὶ παράδοξον· ἀσήκα δὲ

sifieri posset, in aliud mare transferre. quod & fecimus. Nam nauē magno fune colligauimus, ac in arbores conscendimus, eamq; aegrè in altū eduximus. quam cū super ramis demisissemus, explicatis velis velut in mari vento impellente nauigabamus. Hic & mihi Antimachi poëtæ versus in mentem venit. Nam & quodam loco ille ait:

Iis qui syluosum tentant per cærula cursum.

Superata tamen aliquando syluâ ad aquā deuenimus, vbi demissa naui per purā & lympidam aquā nauigabamus, donec ad hiatum quendam magnū, qui aqua hinc atq; hinc diuisa contigerat, peruenimus, quæ admodū in terra à terræ motu nonnunquam voragines fieri videmus. Nauis autem mox detractis velis facilè constitit, quamq; parùm ab fuit quin in præceps delaberetur. At nos perspicientes videmus voraginē per quā horrendā & incredibilē, ad mille ferè stadia patēre. Nam

γὰρ τὸ ὕδωρ, ὥσπερ μεμιγ-
μένον. περιβλέποντες δὲ κα-
τὰ δεξιὰ, ὁρῶμεν πόρρωθεν
γέφυραν ἐπιξυγνύουσαν, ὕδα-
τος σωτήριον καὶ τὰ πλοῖα,
κατὰ τοῦτο ἐπιφάνειαν, καὶ δ'
ἑτέρας θαλάττης, ἐς τοῦτο ἐκ-
τέραν διαῤῥέουσης. προσι-
λάσαντες οὖν ταῖς κώπαις,
κατ' ἐκεῖνο παρεθράμομεν, οὐ
μετὰ πολλῆς ἀγωνίας ἐπερά-
σαμεν, ὅ ποτε προσδοκήσαν-
τες. ἐντεῦθεν ἡμᾶς ὑπεδέχετο
πέλαγός τι προσηνὲς, καὶ νῆσος
οὐ μεγάλη εὐπετείτως συ-
νοικουμένη. ἐνέμοντο δὲ αὐτοῦ
ἄνθρωποι ἄγριοι, βουκέφαλοι,
κέρατα ἔχοντες, οἷον παρ' ἡ-
μῖν τὸν Μινώταυρον ἀνα-
πλάττουσιν. ἀποβάντες δ', προ-
σήμεμεν ὑδρευσόμενοι, καί τοι
καὶ σιτία λαμβάνοντες, εἰ που
ἀπαντήσειαμεν. οὐ γὰρ ἔτι ἔχο-
μεν. καὶ ὕδωρ μὲν αὐτοῦ πλη-
σίον εὕρομεν, ἄπο δὲ τοῦδε ἐ-
νεφαίνετο, πολὺ μυκηθμὸς
πολὺς οὐ πόρρωθεν ἠκούετο.
δόξαντες οὖν ἀγέλην εἶναι
βοῶν κατ' ὀλίγον προχωροῦν-
τες, ἐπὶ ἡμῶν τοῖς ἀνθρώποις.
οἱ δὲ ἰδόντες, ἡμᾶς ἐδίωκον, καὶ

aqua velut vtrinq; diuisa stabat. Circumspicientes autē ad dextrā videmus procul pontē extructū, aqua duo maria iungente, quātū ad superficiē attinet, & ex alio mare in aliud defluente. Incumbentes igitur remis ad illud delati sumus, ac multo labore præter spem traiecimus. Hinc nos suscepit mare placidū ac mite, insulāque non magna, ad quam facilis erat accessus. Hanc autem incolebāt Bucephali, homines feri ac agrestes, cornutiq;, cuiusmodi apud nos Minotaurum fabulantur fuisse. Descendentes igitur ibamus aquatū, etsi vsquam fieri posset, commeatū comparaturi. iam enim nobis defecerat. Et aquas quidem illic nō procul inuenimus, & præterea nihil apparebat, nisi fortasse quòd mugitus creber non longè exaudiebatur. Arbitrati igitur boum esse gregem, paululùm procedentes in homines incidimus. At illi vbi nos viderunt, mox insectati sunt, & ires

τρεῖς μὲν τῶν ἑταίρων λαμβάνουσιν. οἱ δὲ λοιποὶ πρὸς τὴν θάλατταν καταφεύγομεν. ἔνθα μέν τοι πάντες ὁπλισάμενοι (οὐ γὰρ εἰκὸς ἡμῖν ἀτιμωρήτους περιιδεῖν τοὺς φίλους) ἐμπίπτομεν τοῖς Βουκεφάλοις, τὰ μέρια τῶν ἀνηρημένων διαιρουμένοις. φοβήσαντες δὲ πάντας, ἐδιώκομεν, καὶ κτείνομεν ὅσον πεντήκοντα, καὶ ζῶντας αὐτῶν δύο λαμβάνομεν, καὶ αὖθις ὀπίσω ἀνεστρέφομεν, τοὺς αἰχμαλώτους ἔχοντες. σιτίον μέν τι οὐδὲν, εὕρομεν. οἱ μὴν ὄνοι ἄπαντες παρῆσαν ἀπροφάτως τοὺς παρειλημμένους. ἐγὼ δὲ οὐκ εὐδοκίμασον· ἀπὸ δόλου ἔφασαν, ἐφύλαττον αὐτοὺς, ἄχει δὲ ἀφικνοῦντο παρὰ τῶν Βουκεφάλων πρέσβεις, ἀπαιτοῦντες ἐπὶ λύτροις τοὺς συνειλημμένους. συνίεμεν γὰρ αὐτῶν ὀλυρώδεστερον, καὶ γοερόν τι μυκωμένων, ὥσπερ ἱκετευόντων. τὰ λύτρα δὲ ἦν τυροὶ πολλοὶ, καὶ ἰχθῦς ξηροὶ, καὶ κρόμμυα, καὶ ἔλαφοι τέτταρες, τρεῖς ἑκάστη πόδας ἔχουσα· δύο μὲν τοὺς ὄπισθεν,

tres è comitum numero ceperunt, reliqui verò ad mare confugimus. Hinc nos vnà omnes armis instructi (neque enim socios multos negligere consilium erat) irruimus in Bucephalos, qui iam interfectorum carnes inter se diuidebant. Terrefactos igitur ad vnum persequuti sumus, & circiter quinquaginta interfecimus, captis ex illis duobus viuis: ac iterum reuersi sumus, captiuos nobiscum trahentes. Porrò commeatus nihil offendimus: quare nonnulli suadebant vt captiui iugularentur. at mihi non probabatur: verùm vinctos seruaui, donec legati à Bucephalis repetentes, redimerentque captiuos. Intelligebamus autem eos ex nutibus, & tristi quodam mugitu quē edebant velut supplicantes. Erat autem redemptionis precium, multi casei, & sicci pisces, & cepe cum ceruis quatuor, quorum vnicuiq; tres duntaxat essent pedes: duo quidem in parte po-

φιν, οἱ δὲ πρόσω εἰς ἕνα συμπεφύκεσαν. ἐπὶ τούτοις ἀποδόντες τὰς σωτηρίους, καὶ μίαν ἡμέραν ἐπιμείναντες, ἀνήχθημεν. ἤδη δὲ ἰχθύες τινὲς ἡμῖν ἐφαίνοντο, καὶ ὄρνεα παραπέτοντο, καὶ ἄλλα, ὁπόσα γῆς πλησίον ὄντος, σημεῖα προφαίνει. μετ' ὀλίγον δὲ καὶ ἄνδρας εἴδομεν, καινῷ τρόπῳ ναυτιλίας χρωμένους. αὐτοί γὲ, καὶ ναῦται, καὶ νῆες ἦσαν. λέξω δὲ τοῦ πλοῦ τὸν τρόπον. ὕπτιοι κείμενοι ἐπὶ ζυῦ ὕδατος, ὀρθώσαντες τὰ ἀιδοῖα (μεγάλα δὲ φέρουσιν) ἐξ αὐτῶν ὀθόνην πετάσαντο, καὶ ταῖς χερσὶ δύο ξύλα κατέχουσι, ἐμπίπλουσι δὲ τὸν ἄνεμον, ἔπλεον. ἄλλοι δὲ μετὰ τούτους, ἐπὶ φελλῶν καθήμενοι, ζεύξαντες δύο δελφῖνας, ἤλαυνόν τε, καὶ ὑπεξῆγον· οἱ δὲ προϊόντες, ἐπισύροντες τοὺς φελλούς. οὗτοι ἡμᾶς οὔτε ἠδίκουν, οὔτε ἔφευγον, ἀλλ' ἤλαυνον ἀδεῶς τε καὶ ἁπλοϊκῶς, τὸ ἆδος ζεῦγος ἡμετέρου πλοίου θαυμάζοντες, καὶ πάντοθεν περισκοποῦντες. ἐπὶ-

steriore: nã qui in anteriore erant, in vnum concreuerãt: His cõditionibus redditis captiuis, vnum tantũ diem commorati recessimus. Iam inde nobis pisces apparebãt, & aues præteruolabant, & eiusmodi alia, quæ terræ vicina signa solent esse, occurrebãt. Neq; verò multò pòst homines vidimus, qui nouo & insolito more arte nautica vterentur. Ipsi enim simul & nautæ & naues erant. Libet aũt nauigationis modum indicare. Resupinati super aquam iacebant, erectis in altum pudendis: nam illa grandia ferunt. ex illis linteũ extendebãt, & manibus pedem tenebant, ac incidente vento nauigabant. Post hos & alij suberib. insidentes, iunctis duobus delphinis remigabant equitabãtq; alij præcedentes subera trahebant. Hi nullà nos iniuria affecêre, neq; fugerũt, sed intrepidè et pacatè vehebantur, nauis nostræ figuram admirati, & vndique circumspectãtes. Sub vesperam

φας ἦλθε, πόσον χθαμαὶ νέα ὡ
ὠ μεγάλη, κατῳκεῖτο δ' αὖτε
ὑπὸ γυναικῶν, ὡς ἐνομίζομεν,
Ελλάδα φωνὴν προϊεμένων.
προσῆσαν γὰρ, καὶ ἐδέξιοῦντο,
καὶ ἀσπάζοντο, πάνυ ἑταιρικῶς
ἐκπεπλεγμένοι, καλαὶ πᾶσαι,
καὶ νεάνιδες, ποδήρεις τὰς χι-
τῶνας ἐπισυρόμεναι. ἡ μὲν οὖν
νῆσος ἐκαλεῖτο Καβαλοῦσα, ἡ
δὲ πόλις αὖτε, Υδαμαρδία.
λαβοῦσαι δ' ὄρμησάς με γυναῖ-
κες, ἑκάστη πρὸς ἑαυτὴν ἀπῆγε,
καὶ ξένον ἐποιεῖτο. ἐγὼ δὲ μι-
κρὸν ὑποσὰς (ὑγρὰ γὰρ ἐμοὶ
τὰ ὑμῖν) ἀνεβλεψά τι πε-
ριβλέπων, ὁρῶ ποσῶν ἀνθρώ
πων ὀστᾶ, καὶ κρανία ἀμφί. καὶ
τὸ μὲν βοὴν ἐσάναι, καὶ τοὺς ἑ-
ταίρους συγκαλέσαι, καὶ ἐς τὰ
ὅπλα χωρεῖν οὐκ ἐδοκίμαζον·
πρόχειρα δὲ τὴν μα-
λάχην, ποιὰ ἠυχόμην αὐτῇ,
διαφυγεῖν ἐκ τῶν παρόντων
κακῶν. μετ' ὀλίγον δὲ, ἡ ξέ-
νης διακονουμένης, εἶδον τὰ
σκέλη γυναικὸς, ἀντ' ὄνυχος ὁ-
πλάς. καὶ δὴ σπασάμην τὸ
ξίφος, συναμβάνω τι αὐτῆς,

ram autem appulimus ad in-
sulam non admodum ma-
gnã, quæ, vt arbitrabamur,
à mulieribus Græca lingua
loquentibus habitabatur. Nã
nos accesserunt, & excepe-
runt, salutârunt́q, meretricie
admodum compta ornatæq,
ac formosæ omnes ac iuuen-
culæ, talares tunicas secũ tra-
hentes. Insulæ quidem nomẽ
erat Cabalusa, ciuitatis ve-
rò Hydamardia. Susceperũt
itaq nos mulieres, & secum
quemq singulæ abduxerunt,
ac hospitem fecerunt. Ego
verò cunctabundus substiti.
nihil enim fausti ominabar:
circunspiciensq diligentiùs,
video multorum hominum
ossa, & caluas passim iacẽ-
re. Vt autem clamorem su-
scitarem, & socios cõuocа-
rem, ac ad arma prosilirem,
non placuit: verùm accepta
in manus malua, enixè ora-
bam eam, vt ex præsentibus
malis euaderem. ac paulò
pòst cùm ministraret hospi-
ta, vidi non mulieris crura,

sed vngulas asini. Ibi mox & eam educto gladio corripio,

καὶ λύσας, περὶ τῶν ὅλων ἀνάκρινον. ἡ δὲ, ἄκουσα μέν, ἔφη δὲ ὅμως, αὐτὰς μὲν εἶναι θαλασσίους γυναῖκας, Ονοσκελίας προσαγορευομένας, προφὰν δὲ ποιεῖσθαι τοὺς ἐπιδημοῦντας ξένους· ἐπεὶδὰρ γε, ἔφη μεθύσωμεν αὐτούς, σιωπῇ θέουσα, κοιμωμένοις ἐπιχειροῦμεν. ἀκούσας δὲ ταῦτα, ἐκείνην μὲν κατέλιπον αὐτοῦ λελυμένην, αὐτὸς δὲ ἀναβὰς ἐπὶ τὸ σῖτον ἐβόων τε, καὶ τοὺς ἑταίρους συνεκάλουν. ἐπεὶ δὲ συνῆλθον, τὰ πάντα ἐμηνύομεν αὐτοῖς, καὶ τάτε ὀστᾶ ἐδείκνυον, καὶ ἦγον ἅπαντας πρὸς τὴν λελυμένην. ἡ δὲ αὐτίκα ὕδωρ ἐγένετο, καὶ ἀφανὴς ἦν· ὅμως δὲ τὸ ξίφος τῆς εἰς ὕδωρ κατθεῖσα, παρέμενον· τὸ δὲ αἷμα ἐγένετο. ταχέως οὖν ἐπὶ ναῦν κατελθόντες, ἀπεπλεύσαμεν. καὶ ἐπεὶ ἡμέρα ὑπέλαμψε, τήν τε ἤπειρον ἀπολειπόμενοι, ἐκάζομεν εἶναι τὴν ἀντιπέραν τῇ ὑφ' ἡμῶν οἰκουμένῃ κατοικίαν. προσκυνήσαντες δὲ, καὶ προσευξάμενοι, περὶ τῶν μελλόντων ἐσκοποῦμεν.

& vindictam de omnibus interrogo. Illa autem, etsi inuita, fassa est tamen se mulieres esse marinas, quæ Onosceleæ appellantur, vesciq; peregrinis hospitibus. Vbi enim, inquit, eos iam temulentos reddidimus, illis concumbentes, dormientes inuadimus. Hæc postquam audîssem ego, illam quidem vinctam reliqui, verùm supra tectum ascendi ipse, & vociferabar, comitesq; conuocabam. Qui vbi conuenissent, illis totam rem indicabam, & ossa ostendebam, atque intrò ad vinctam ducebam. At illa protinùs in aquam versa est, & euanuit. ego verò experiri volens, gladium in aquam condidi, illaq; mox sanguis effecta est. Ocyùs igitur nauem repetentes abnauigauimus. Hinc postquam illuxit dies, conspecta terra, coniecimus esse eam, quæ nostro orbi opposita est. Procidentes itaque, atque precati, quid esset futurum dispiciebamus.

Quibus-

καὶ τοῖς μὲν ἐδόκει ἐπιβᾶσι μόνον, αὖθις ἐπὶ σίσω ἀναστρέφειν· τοῖς δὲ, τὸ μὲν πλοῖον αὐτοῦ καταλιπεῖν, ἀναλαβόντας δὲ ἃς τῶν Μισοδαιμόνων, πειρᾶσθαι τῶν ἐνοικούντων. ἐν ὅσῳ δὲ ταῦτα ἐλογιζόμεθα, χειμὼν σφοδρὸς ἐπιπίπτων, καὶ προσαράξας τὸ σκάφος τῷ αἰγιαλῷ, διέλυσεν. ἡμεῖς δὲ μόλις ἐξενηξάμενοι, τὰ ὅπλα ἔκαστος, καί τι ἄλλο οἷός τις ἦν, ἁρπασάμενοι. ταῦτα μὲν, τὰ μέχρι τῆς ἑτέρας γῆς σωθέντα μοι ἐν τῇ θαλάττῃ, καὶ παρὰ τὸν πλοῦν ἐν ταῖς νήσοις, καὶ ἐν ᾧ ἀέρι, καὶ μετὰ ταῦτα, ἐν ᾧ κήτει, καὶ ἐπὶ ἐξήλθομεν, παρά τι τοῖς Ἥρωσι, καὶ τοῖς Ὀνείροις, καὶ τὰ τελευταῖα, παρὰ τοῖς Βουκεφάλοις, καὶ τοῖς Ονοσκελέσι· τὰ δ' ἐπὶ τῆς γῆς, ἐν ταῖς ἑξῆς βίβλοις διηγήσομαι.

Quibusdam autem placebat ascendere duntaxat, & rursum redire: aliis verò illic relicta naui, ad terræ meditullium proficisci exploratũ incolas. Interea cũ hæc cogitaremus, aborta vehemens tempestas, nauẽ littori impactam cõminuit. Nos verò ægrè enatauimus, armis, & quod quisq; poterat, secũ correptis. Hæc autem & huiusmodi fuêre, quæ mihi, donec ad alteram terrã venirem, contigere, nimirum quæ in mari, & inter nauigandum, in insulis, & in aëre, & quæ posteà in ceto, & cum ab illo exissemus, quæ apud Heroês & Somnia, postremò quæ apud Bucephalos, & Onoscelcas: cætera autẽ quæ in terra acciderũt, sequentibus libris enarrabo.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

a MOMO placuit.] *Lucianus hîc alludere videtur ad id quod de Momo scripsit Aristoteles de partibus animalium libro 3. eum naturam incusasse, quòd bobus cornua in capite, non in armis potius addiderit, videlicet quòd vehementiùs possint ferire. Idem Lucian. in Nigrino: Momus, inquit, reprehendebat*

tauri artificē Deum, qui non præposuisset oculis cornua. Is aūt reprehensionis cōuiuijq́; Deus apud priscos fuit habitus, quādo etiā vitijs, morbisq́;, & multis etiā pestib. sua illi præfecerunt numina. Hunc Hesiod. poëta in Thegonia Noctis filium prodidit, absq́; genitore. b Galatheæ Nereidi.] *Nerei filiæ, quæ dicitur quasi lactis filia Galathea.* c Tyro.] *De ea habes Dialogum, inter Deorum dialogos Neptuni & Euippei; Item in Philopatre.*

d Ad prorā aūt.] *Proditum est à veterib. poëtis, esse quasdam in Oceano insulas, ad quas post mortē deferantur eorū animi, qui sanctè religioseq́; vixerint. Ibi eos inter se iucundissimè ac suauissimè viuere, in amœnissimo quodā prato, quod gemmeæ florū oculis naribusq́; gratissimorū varietate perpetuò distinctū picturatumq́; sit. Nunquā non illic nitere cœlū, frondere arbores, pubescere herbas, ridere omnia, spirare assiduè mollissimos fauonios, quorū flabellis arborū comæ leniter ventilatæ, placidissimo murmure aurib. blandiantur. Eò accedere innumerabilem vim ac copiā immortaliū auicularum, quæ vsq; & vsq; liquidissimos cantus tenui gutture fundentes, intimos audientium sensus incredibili voluptate permulceant. Pratū ipsum perennibus riuulis variè intersecari, quorū aqua nitidissima ad versicolores lapillos molliter fracta & allisa susurrū efficiat dulcissimū. Ita, quæ flosculorū ambrosios odores exhalantiū suauitate, qua zephyrorū viritantib. arborū ramis illudentium sibilo, qua volucrū concentibus, quæ blando murmurantiū riuulorū strepitu beatas illas mentes indesinenter hilarari. Ergo alios ad Orphei, Amphionis ve lyram choreas agere, alios psallere, alios corollas texere, alios in herba fusos, quā tellus tremulis laurorū ac myrtorū opacatur vmbraculis, iucundissimos sermones conserere. Humū ipsam opū suarū prodigā, sine vllo cultu, ter quotquot annis, vbertate summa alimentorū copiā eis suggerere, ac subministrare. Hæc aliaq́; similia de insulis beatorū post Homerū alij poëtæ, atq; Lucianus noster hic & de Luctu, vt dicti, fabulantur. Imò Lucianus summa festiuitate hanc fabulā repræsentat & eludit.* e Regnare in ea Cret. Rhadā.] *Rhadamāthus Lyciæ rex, filius Iouis ex Europa, Minois & Aeaci frater, vir iustissimus. Vide Virg. 6. Aen & Seruium in eundē.* f De Aiace Tel.] *Occubuit ad Troiā, vt scribūt, Sophocles in Aiace & Cretēsis Dictys in histo-*

ria

ria belli Troiani. g Theſeo al. eſſe mul.] *Theſei plures mu-lieres fuiſſe ſcribit Plutar. in ipſo Theſeo.* h Hi corpora non hab.] *Hoſpites neminẽ omnino vident, ſentiunt tamen ingentẽ concurſum fieri ad littus, hominũ congratulantiũ ijs qui recentes venerunt, eosq; maxima cũ lætitia excipientium.* i Qui Elyſius voc.] *In quo animas boni meriti antiqui tranſire exiſtimabant, & beatorũ inſulas eſſe dicebãt, vt autor eſt Seruius.* k Cũcta aff. vẽti.] *Homerus Fauoniũ inter oẽs ventos admodũ ſerenum flare per cãpos Elyſios dixit.* l Homeri verſ.] *Nullius opera in tãta celebritate & laude fuerũt apud veteres quàm Homeri, ita vt maxima rediret fama ad eos, quos in ſuis ſcriptis vel ſemel nominaſſet. Eius ſunt duo præcipua poẽmata, Ilias & Odyſſea. in hac Vlyſſis deſcribit errores: in illa verò bellũ Troianũ, ac potiſſimùm Achillis geſta. Homeri aũt poẽmata quanti fecerint Athenienſes, quãq; vtilia eſſe ad inflãmandos honeſtatis ac dignitatis amore animos iudicârint, hinc exiſtimari licet, quod legem tulerunt, vt quinto quoq; anno in Panathenæis, eius vnius ex omni poẽtarum numero carmina publicè canerentur. Ita enim cogitabant, leges præcipere quidẽ quid faciendũ, fugiendũq; ſit, ſed, propter breuitatem, non docere: at poẽtas, qui vitã hominum imitantes, res præclarè & fortiter geſtas copioſè exponerẽt, easq; propemodũ ante oculos conſtituerent, aptiores eſſe ad perſuadendũ. Similẽ honorẽ habuerũt Aeſchylo, vt diximus, aduerſus Indoctum inferiùs.* m Steſichorus, & ipſi Hel. recõ.] *Steſichorus poẽta propter Helenæ vituperationẽ oculis captus nõ prius, niſi placatò palinodia oblæſo numine, videre potuit. De eo in Macrobijs.* n Oẽs quidẽ ſemideos.] ἡμιθέους. i. *ſemidei non integri dij, neq; homines, ſed altero parente diuino, altero humano: aut ſemidei, ratione virtutis, qua ſupra humanã naturam aſcendebant proximè ad diuinã: vel, qui in natura humana, virtute diuina præditi erant. Tertullianus quatuor Gentilium deorũ differẽtias fuiſſe ſcripſit: quorũ quidã ſelecti, & maiorũ gentium dij vocati ſunt: quidam ſemidei & heroes: quidam medioxumi: & quidam ſemones. Selectos deos credidit antiquitas eos, quib. maior ineſſet poteſtas, & 24. excogitauit hiſce nominibus: Iupiter, Saturnus, Ianus, Apollo, Genius, Mercurius, Mars, Vulcanus, Neptunus, Cupido, Orcus qui dicitur Pluto, Liber pater. Duodecim deorum ſelectarũ nomina: Iuno, Tellus, Ceres, Lucina, Diana,*

Minerua, Venus, Vesta, Thetys, Bona dea, Isis, Themis. Semideos vocârunt antiqui viros probos, & fœminas sanctimonia vitæ spectabiles: vt Aesculapium, Herculem, Romulum, ex hominibus assumptos in cœlum. Semones verò dixerunt, qui à lunari globo & à media aëris regione potens in terram imperium habent, & dominium in reliquas creaturas: quales fuerunt Vertumnus, Hippo, Priapus. Medioxumos nuncupârunt eos, qui mediocris essent potestatis, & minorum Gentium dij, quorum numerus planè fuit incognitus. Nam eò superstitionis deducta fuit antiquitas, vt cuilibet numini, elemento, herbæ, radicibus arbori & fructibus terræ, deum assignauerit. Syluis & nemoribus quatuor deos attribuerunt: Faunos, Panes, Satyros & Syluanos. o De eo affirmant.] *Iupiter in Bis accusato Homerum vocat cæcum & præstigiatorem. Thersites itidem in Mortuorum dialogis. Martianus lib. 1. de nuptijs Philologiæ, cæcutientem Mæonium dixit. Alij adeò pauperem fuisse dicunt, vt non esset illi vnde sumptus puero à quo duceretur, impenderet. Fecit nominis eius claritas, vt quem viuum, rebusq; omnibus egentem nemo agnouerit, nunc multæ Græciæ vrbes certatim sibi vendicent, adeò vt quibus potissimùm credere debeamus, non facilè fuerit discernere. Quod etiam testatur Cic. pro Archia: Homerum, inquit, Colophonij ciuem esse dicunt suum, Chij suum vendicant, Salaminij repetunt, Smyrnæi verò suum, esse confirmant. Itaq; delubrum eius in oppido dedicauerunt. Multi alij prætereà pugnant inter se, atque contendunt. Extat de ea re distichon Græcum apud Gell. lib. 3. cap. 11.* p Euphorbi nomine.] *Troianus fuit adolescens Panthi filius, fratris Hecubæ, teste Homero Iliad. 17. Interfectus à Menelao. Eum fuisse tempore belli Troiani dixit Pythagoras: vt est apud Laërtium in Pythagora, & Ouid. libr. 15. Metamor.* q Pauonum pennis.] *In pauonis cauda Iuno Argi oculos posuisse dicitur. Ouid. in fine 1. Metamorph.* r Impiorum loco plecterentur.] *Sceleratorum. Impius autem dicitur in deos, in patriam, & in parentes. Cic. 3. Tusc. Qui in parentes vultu nubilo, irato, acerbo, importuno est, quamuis eos, neque dicto, neque facto vllo lædat, is impius est: qui verò parentes pulsat, aut necat, maximè impius est.* s Phalaridem Agrigentinum.] *Hic Agrigen-*

Agrigentinorum tyrannus, cui Perillus taurum æneum fabricauit, quo impositi noxij dum torrerentur, tauri mugitum reddebant. Tandem vniuersa Agrigentinorum multitudo in eum impetum fecit, quòd nesciret modum pœnis statuere. De eo Seneca lib. de Clem. 2. c. 4. Illos ergo crudeles vocabo, qui puniendi causam habent, modum non habent, sicut in Phalari, quem aiunt non quidem in homines innocentes, sed super humanum ac probabilem modum sæuisse. Huius meminit quoque idem Seneca lib. de Ira 2. t Et Busiridem Aegyptium.] *Busiris rex Aegyptiorum Neptuni & Libyæ filius, qui Thrasii consilio hospites immolabat incognitos, & nullius criminis reos, vt eorum sanguine pluuiam eliceret, cuius penuria Aegyptus nouem annis laborauerat: tandem ab Hercule interemptus, vt quidam tradunt. Nam Strabo lib. 17. fabulã esse putat, quod de eo memoriæ proditum est. De eo Seneca eodem lib. de Clementia 2. c. 4. Crudeles qui ignotos homines & obuios, non in compendium, sed occidendi causa occidunt, nec interficere contenti, sæuiunt: vt Busiris ille, u* Diomedem Thracẽ.] *Diomedes rex Thraciæ, dum equos suos humana carne aleret, in Tyrida oppido truculentus, ab Hercule equis ipsis ad deuorandũ obiectus est. Ouid 9. Metamorph.*

Quid quũ Thracis equos humano sanguine pingues
Plenaq; corporibus laceris præsepia vidi?

Vtaq; deiecit dominumq;, ipsosq; peremit? *x* Scironem.] *Latronem insignem, qui proximos Megaris scopulos insidens, in viatores prætereuntes nullo non crudelitatis genere sæuiebat. Hunc tandem Theseus dicitur occidisse. y* Et Pityocampten.] *Schinin insignem latronem, qui circa Isthmi initium, teste Pausania, miro crudelitatis genere sæuiebat. Apprehensas enim piceas in terram flectebat, & quos pugna vicisset, hos alligatos sinebat in aërem efferri, quocirca cum vtraque arbor alligatum ad se traheret, vinculiq; nodus in neutram laxaretur partem, sed vtrinque pariter conuelleret, eueniebat, vt qui alligatus esset, lacerarentur. Eodem pacto ipsum quoq; Schinin Theseus dilaniauit, viamq; quæ ex Trœzene Athenas ducit, latronibus infestam, tutam reddidit. Ouid. lib. 7. Aen.*

Occidit ille Schinis, magnis malè viribus vsus. *Pityocampte, hoc est, pinuum inuruator appellatus est etiam in*

apologia

apologia contra eum qui dixerat: Prometheus es in verbis, in fi-
ne, & Admonuit autē.] *Cùm ex insulis fortunatis dimitte-*
retur, fingit se à Rhadamantho admonitum, tria obseruare. Nē
gladio ignem diuerberaret, siue dissecaret. Quid autem istud si-
bi velit, apud Pythagoram, non facilè fuerit augurari. D. Hie-
ronym. atq; etiam Cyrillus, impudentē, ac ira percitū animum,
verborum asperitate (is enim gladius est) non esse lacessendū ex-
ponunt. Diogenes, potentiorum iracundiam non incitandam in-
terpretatur, cui sententiæ subscribit etiam Plutarch. Et Horat.
cùm in Sermonibus dixit: Atq; ignem gladio scrutare, *ni-*
hil aliud sibi voluit, nisi admonere nos, ne magnorum hominum
indignationem aduersus nos prouocaremus, lacessereműsve. Lu-
cianus, Basilius & Plato, rem quæ neq; usui, neq; efficaciæ ressō-
dere possit, non solicitandam attendendámve, hinc significari
arbitrati sunt. Cui similia hæc, Aquam in mortario tundere, &
latterem lauare. De quibus vide Erasmum nostrum. A Ma-
xima verò omniū.] *Lucianus hîc cùm in campis Elysiis, di-*
uersa nocentium genera grauissimis pœnis affici, se vidisse refe-
rat: acerrimè eos qui in vita mentiti essent, apud illos puniri ait,
quorum Herodotū Ctesiamq; principes ponit, facetissimè æquo,
sed id animo spectasse sibi mungens, quippe qui nullius sibi men-
dacij esset conscius. Idem etiam in eo Dialogo, qui Φιλοψεύδης
ἢ ἀπιστῶν *inscribitur, veteres Græcos, præcipueq; Herodotū Cte-*
siamq; Cnidium, atq; his superiores: & Homerum deniq; etiam
scriptis mendacia conseruasse testatur, non modò vt ad eos qui-
bus ipsi recitabant, sed ad posteros quoque, quasi per manus
tradita, pulcherrimis verbis metrisq; seruata peruenirent. Lucia-
ni de ijs scriptoribus iudicium non est improbandum, cùm & a-
lij Græci complures in eadem fuerint sententia: Strabóq; ac Dio-
dorus Siculus, non semel eos nugatos asserit. B Et vix à Leu-
cothea.] *Cic. lib. 3. de Nat. deor. Quid deinde? Ino dea dici-*
tur, quæ Leucothea à Græcis, à nobis Matuta dicitur, cùm sit Cad-
mi filia. C È medio sublatus sum.] *Quomodo verò id*
factū sit, Didymus satis succinctè refert: ait enim: οἱ νεώτεροι τὸ
ὡδὲ πλέγμενον αὐτόλαστον, τ' κύρκης ἢ ὀδυσσέως ὡς δοκεῖ κρί-
νει ζήτησιν τῦ παιδὸς εἰς ἰθακλῶ ἐλθὼν ὑπ' ἀγγελίας παιδὸς
ἀφικομένου τὴν γνώμην κρίνεσθαι. *Recentiores hæc de Telegono*
Circes

Cyrces Vlyssisq; filio dicta confinxerunt, qui cùm ad quærendum patrem in Ithacam esset profectus, eum per ignorantiam turturis esse occidisse existimatur. Vlyssis mortem magis explicitè nobis exponit septimus Dictys Cretensis de bello Troiano liber, in cuius calce hæc de ea re legimus: Vlyssem nempè frequentibus auguriis somnijsq; territum, quòd à filio sibi timeret: propterea que Telemachum in Cephaloniæ campos relegasset. Telegonum ex eo, & Cyrcæ genitum, ab Aeæa insula, vt patrem cognosceret, venisse. qui cùm ab Vlyssis custodibus aditu ad patrem prohiberetur, eorumq; nonnullos trucidasset, ab Vlysse ad clamoris nuncium excitato, lancea petitus, fatum quidem ipse euitauit: hastili autẽ cuius summitati marinæ turturis os præfixerat, patrem inscius interfecit. D Nam qui in prora erat cheniscus,] *De cheniscо nauis meminit idem Lucian. in Nauigio seu de Votis, vbi nos plura.* E Minotaurum.] *Fuit is Minotaurus ex adulterio Pasiphaës, & Tauri, qui scriba Minois fuit, genitus, ac propter ignominiam in Labyrintho conclusus à Minoë. Hinc poëtæ finxerunt, Minotaurum monstrum quoddam esse, quod ex homine tauroq; natum.*

ΛΕΞΙΦΑΝΗΣ. LEXIPHANES.

Iacobo Micyllo interprete.

ARGVMENTVM.

DEridet hoc dialogo Lucianus Cacozelos istos, & affectatores obscuri atque inusitati sermonis, qui dum verbis plerunque obsoletis, & ab vltima vetustate repetitis, interdum etiam nouis, & à se confictis, omnia obscurant, & quasi quibusdam tenebris inuolunt, egregiè eloquentes ac docti perhiberi cupiunt: ficto ad hoc exemplo Lexiphanis cuiusdam, quem dialogum quendam ad imitationem (vt ipse quidem videri vult) Symposij Platonis compositum, recitantem introduxit, adeò ineptum atque ridiculum, vt propter verborum obscuritatem, quæ tamen eiusmodi sunt, vt vix ab ipsis illis antiquæ comœdiæ scriptoribus, ex quibus pleraque ea desumpta sunt, si redeant, intelligi satis posse videantur: res quoque & ipsum argumentum eiusmodi

eiuſmodi ſint, vt non facilè quicquam frigidius excogitari queat. Quo illud nimirum indicare voluit, affectatores iſtos, dum non res quas dicant, ſed verba ad quæ res accommodent, quærunt, in vtroq; pariter ridiculè ac ſtultè ſeſe dare ſolere. Subijcit tamen ad finem paræneſes quaſdam, quibus eundem hunc Lexiphanem, rectam eloquentiæ ac ſtudiorum bonorum rationem edocet: quale quiddam infrà quoq; in Rhetorum didaſcalo facit, vbi duplicem ad eloquentiam comparandam viam proponit: alteram aſperam quidem, ſed veram ac rectam; alteram autem compendioſam ac facilem, ſed ad nouum atque affectatum iſtud genus, cuius exemplum hic proponit, ducentem. Semper autem hoc hominum genus apud omnes odio habitum fuit. Quid enim deteſtabilius, quàm id quod omnium præſtantiſſimum à natura accepimus, & quo ſolo à cæteris animantibus differimus, ita corrumpere ac deformare, vt iam neq; effectum amplius ſuũ habeat (quem enim moueant aut doceant non intellecta?) neque ad id adhiberi queat, ad quod ab initio comparatum eſt? Proinde & olim legimus Auguſtum Cæſarem ob hoc vitium Mecœnatem & item Caium nepotẽ reprehendere ſolitum: & apud Athenæum irridentur cùm alij quidam, tum Dionyſius, qui virginem μέναυδον, & bouem γαζόταυρον, & porcum ἰαχόν, & alia id genus nouis atque affectatis verbis dixiſſet. Noſtra quoque ætate Dialogus Oſcorum atque Volſcorum ille, indicio eſt quantum ab hoc dicendi genere, doctorum ingenia ſemper abhorruerint. Porrò quod ad verſionem attinet, equidem veniam à lectoribus precor audaciæ, huius meæ, qui ſcriptum adeò tenebricoſum, & alicubi (vt videtur) non ſatis integrum quoque, vertendum mihi ſumpſerim in tanta veterum authorum paucitate atque penuria ſine quibus pleraq; intelligi hîc rectè non poſſunt. Quòd ſanè haud vnquã facturus fuiſſem, niſi inſtituti operis & amici eius cui hanc operam locaui, maiorem quàm famæ rationem habendam putaſſem.

Nam

Nam illud ingenuè fateor, me non pauca planè adhuc assecutum non esse, & pleraque per coniecturas & modica quædam vestigia incedendo, leuiter, & quasi per quandam transennam, vt dicitur magis aspexisse quàm deprehendisse. Ob quæ etiam si reprehendendus fuero, illud tamen non omnino contemnendum effeciſſe me puto, quòd per hoc alijs ac doctoribus quibusdam ansam inuestigandi atque vltrà contendendi præbuisse videor. Neq; verò illud mè latet, quòd hoc argumentum non simplicibus verbis vertendum atq; tractandũ fuerat, & quòd simili aliquo dictionis genere ludendum, & Græcis respondendum erat, propterea quòd hîc nihil aliud quàm verba, & eorum siue antiquitas siue obscuritas spectanda veniant, rebus ipsis ne tantillum quidem eos qui hæc Latinè legant, iuuantibus. Sed tamen cùm in eo genere ipse mihi nihil tribuam, neque me dignum aliquid præstare posse viderim, malui equidem quibuscunq; verbis ac modis reddere hæc: cætera autem quæ ad ludum & festiuitatem pertinent, illi relinquere, qui & ingenio plus valent, & in eo genere aliquando periculum fecerunt.

Λυκίνος, Λεξιφάνης, καὶ Σφπόλις.

LVCIANVS.

Ἐξιφάνης ὁ καλὸς μετὰ βιβλίου. Λεξ. νὴ Δί', ὦ Λυκῖνε, γράμμα δή τι τυτιὸν τῶν ἡμῶν νοχμόν. Λυκ. ἤδη γάρ τι περὶ αὐχμῶν ἡμῖν γράφεις; Λε. ὁ δῆτα, οὐδ' αὐχμὸν εἶπον. ἀλλ'

Exiphanes, formosus ille, cum libro scilicet. LEXI *Per Iouem, Luciane, scriptum est hornum quoddam meorum, calidum adhuc.* LVCIA *Iam enim quippiam de squaloribus nobis scribis?* LEX. *Haud equidem. Neq; verò squalorem dixi,*

ἀπ' ὥρα σοι τὸ ἀρτιγραφὲς ὅτῳ καλεῖν· σὺ δ' ἀυψιλόβυσα ἔοικας ἔχειν ὦτα. Λυκῖν. σύγγνωθι, ὦ ἑταῖρε, πολὺ γὰρ τοῦ ἀνχμοῦ τὸ νεοχμὸν μετέχει. ἀπ' ἀπί μοι, τίς ὁ νῦν ὢν συγγράμματι; Λε. ἀντισυμποσιάζω τὸν Ἀρίσωνος ἐν αὐτῷ. Λυ. πολλοὶ μὲν οἱ Ἀρίσωνες, σὺ δέ, ὅσον ἀπὸ τοῦ συμποσίου, τὸν Πλάτωνά μοι δοκεῖς λέγειν. Λε. ὀρθῶς ἀνέγνως. τὸ δὲ λειπόμενον, ὡς ἁπλῶς πάντη ἀνόητον ἂν εἴη. Λυ. ἐκ δὴ ὀλίγα μοι αὐτὸν ἀνάγνωθι τοῦ βιβλίου, ὅπως μὴ πάνυ ἀπαύστως ἀχθεσθείμεν τῆς ἐπιδόσεως· νεκταρῶδες γάρ τι καὶ ἔοικας οἰνοχοήσειν ἡμῖν ἀπ' αὐτοῦ. Λε. τί μὲν ἔρωνα πολλοῖ καταβαλεῖ, σὺ δὲ ἀνωφερὰ ποιήσας τὰ ὦτα, κλῆσ ἄκουε· ἀπίσω δὲ ἐπιβύσματα, ἐκ ψήλης. Λυ. λέγε θαῤῥῶν, ὡς ἔμοιγε ὅτι Κύψελός τις ὅτι Περίανδρος ἐν τοῖς ὠσὶ κάθηται.

Λε.

ſed venuſtas quædam eſt, ſcriptum adhuc recens ita appellare. Tu autem videris aures ſordibus oppletas habere. LVC. *Ignoſce amice: nam multum affinitatis inter ſe habent calor & ſqualor. Sed dic mihi quódnam argumentum ſcripti iſtius eſt?* LEX. *Conuiuium in eo vicisſim inſtituo contra Ariſtonis illud.* LVC. *Multi quidem Ariſtones ſunt: ſed tu, quantum ex ſympoſio colligere licet, Platonem videris mihi dicere.* LEX. *Rectè ſentis: cæterùm quod dicitur, vt facilè cuiuis alteri inexplicabile fuiſſet.* LVC. *Proinde mihi pauca ipſius libri recita, vt ne omnino expers ſim epuli iſtius. Nectar enim quoddam pocillaturus ex ipſo nobis eſſe videre.* LEX. *Cauillatorem igitur hunc abs te in humum proijce. Ipſe verò auribus factis permeabilibus, auſcultа iam: abſit autem obturatrix iſta Cypſelis.* LVC. *Dic audacter. Nam mihi quidem neq; Cypſelus neq; Periander in auribus reſidet.*

LEX.

Λε. σκόπει δὴ μεθ' ἑαυτοῦ, ὅπως διαπεράνομαι, ὦ Λυκῖνε, τὸν λόγον, ἐὰν οὐ ἀρχὴν γοῦν εἰσι, καὶ πρέπουσαν τῇ εὐλογίᾳ ἐπιδεικνύμενον, καὶ αὐξησις, ἔτι δὲ εὐώνυμος. Λυ. ἔοικε τοιοῦτος ἔσεσθαι, σὸς γοῦν ὤν, ἀπ' ἀρχαίου πολύ. Λεξ. ἔπειτα δειπνήσομεν, εἶθ' ὡς ὁ Καλλικλῆς. ἔπειτα τὸν δειλινὸν περιδινησόμεθα ἐν Λυκείῳ. νῦν δὲ ἤδη καιρὸς ὅπως χρίεσθαι τὸ ἐλαιοκαὶς, καὶ πρὸς τῷ ἥλιῳ θέρεσθαι, καὶ λουσάμενοι ἀριστοῦμεν· καὶ ἤδη γε ἀπιτητέα. σὺ δέ, ὦ παῖ, στλεγγίδα μοι, καὶ βύρσαν, καὶ φοινικίαν καὶ ῥύμμαλα ναυσολεῖν εἰς τὸ βαλανεῖον, καὶ τὸ πίλημα κομίζειν· ἔχεις δὲ χαμάξε παρὰ τῷ ἐγκοθήκῃ δύ' ὀβολώ. σὺ δέ τι καὶ πράξεις, ὦ Λεξίφανες; ἥξεις, ἢ ἐπινύσεί τι αὐτόθι; κἀγὼ, ἐῶ δ' ἐγὼ, πρὶ παλαιὸν λελοῦσθαι· ἐκ οὐπόρως τι γὰρ ἔχω, καὶ τὰ ἀμφὶ τῷ πάμῳ μαλακίζομαι, ἐπ' ἀσφάδης ὀχηθείς. ὁ γὰρ

LEX. *Aduerte itaque inter ea quo pacto peragam, Lycine, orationem, an ea principium commodum vtique habeat, ac multum eloquentiæ præ se ferat, stylo haudquaquam trito atque obuio cõposita, præterea autem & verbis bonis ornata.* LVC. *Apparet huiusce modi esse, præsertim tua cùm sit: sed incipe tandem.* LEX. *Proinde cœnabimus postea, inquit Callicles. Exin vespertinum illud (quòd solet) in Lycéo obambulabimus. Iam nunc autem tempus est vngendi, pro meridiano atq; æstiuo more, & ad Solis splẽdorem apricãdi, ac postquã lauerimus, panem esitandi. Atque adeò abeundum iam est. Tu verò puer strigilem mihi, ac vestem pelliceam, linteáq;, & saponem, vt mittas in balneum, atq; abluotiam vt afferas. Habes autẽ hami iuxta armariolũ duos obolos. Sed & tu quid ages, Lexiphanes? Veniésne, an amplius hîc demoraberis? Tum ego: Iam olim, inquã, lauaturio. Nam & ægrè incedo, & ex ijs quæ circa anũ sunt, malè habeo, mula clitellaria vectus videlicet.*

ὁ γὰρ ἀσραβολάτης ἐπέσπευχε, καίτοι ἀσκωλιάζων αὐτός. ἀλλὰ γὰρ ἐν αὐτῷ ὀκ ἀκμὴς ἔτι τῷ ἀγρῷ κατέλαβον γὰρ τοὺς ἐργάτας νυγείζοντας τῷ θεινλίῳ, ὠδλίῳ, τοὺς δ' τάφον τῷ ἐμῷ πατρὶ καταασκευάζοντας. συντυμβωρυχήσας δ' αὐτοῖς, καὶ τοῖς ἀναχώσι τὰ ἄνδηρα, καὶ αὐτὸς ὀλίγα συγχαροπονήσας, ἐκείνους μὲν ἀφῆκα, τῷ τι κρύους ἔνεκα, καὶ ὅτι καύματα ἔτι. οἶδα δ', ὡς ἐν κρύει σφοδρῷ γίνεται τὰ καύματα. ἐγὼ δ' περιελθὼν τὰ ἀρώματα, σκόροδά τι εὗρον ἐν αὐτοῖς περφυκότα καὶ γη-παλάλας τινὰς ἀνορύξας, καὶ τ' σκανδίκων καὶ βρακάνων λαχανευσάμενος ἔτι δ' χάλχευς πειάμενος, (οὔπω δ' οἱ λειμῶνες ἀνθοσμίαν ἦσαν, ὡς αὐτοποδητὶ βαδίζειν) ἀνατιθεὶς ἐπὶ τῷ ἀσράβλῳ, ἐδάρρων τὸν ὄρρον. καὶ νῦν βαδίζω τι ὀλιγωρῶς, καὶ ἑδίω βαμὰ, καὶ μαλακιῷ τὸ σῶμα, καὶ δρομαι διανυ-σαι ἐν τῷ ὕδατι ἐπιπλεῖσον.

Approperabat enim mulios tametsi claudicaret ipse. Sed & in ipso agro absque labore non fui. Deprehendi enim operarios contillantes æstiuam cantionem, eos nimirũ qui patri meo sepulchrum extruebant. Postquam igitur eũ illis vnà fodissem, & cum ijs quoque qui ripam aggerebant, ipse parumper manum operi admouissem, illos quidem reliqui & frigoris causa, & quia vredo quædam erat. Scis autem quòd in frigore vehementi vredines generentur. Ego verò obambulans culta agrorum, etiam allia reperi inter ipsa enata: Ac terræ clauis aliquot effossis, Scanarijsq; herbis & Bracanis esui collectis: pierèa & hordeo coëmpto (nondum autem prata florescentibus vitibus fragrabant, vt pedibus incedere liberet) sublatus in mulam, attriui summum podicem. Et nunc ex eo ægrè & cum dolore incedo, & sudo frequenter, & corpore langueſco, opúsque habeo quàm plurimùm in aqua pernatare.

Iuuat

χαίρω δ', μετὰ κάματον ἀ-
πολούμενος, ἀπερίξομαι ὅμ
κἀγὼ αὐτὸς τὸν παῖδα, ὅν εἰκὸς
ἢ παρὰ τῇ λιθοπώλιδι, ἢ
περὶ τὸν ὀνομακρίτου μὲ περι-
μένειν. καί τοι προηγόρευ-
το αὐτῷ ἐπὶ τὰ Σίλγη ἀπαν-
τᾶν. ἀλλ' ἐς μακρὸν οὐτοσὶ
αὐτὸς ἐμπολήσας γε, ὡς ὁρῶ,
πυελάτιόν τί τινα, καὶ ἐγκρυ-
φίας, καὶ γήτεια, καὶ φύκας,
καὶ οἶβον τουτονί, καὶ λωγά-
νιον, καὶ τὸ βοὸς τὸ πολύπλυ-
κον ἔγκατον, καὶ φώκτας. εὖ-
γε, ὦ Ἀττικίων, ὅτι μοι ἄβα-
τον ἐποίησας τὸ πολὺ τῆς ὁδοῦ.
ἐγὼ γὰρ ἅδ' ὤν, σίμος, ὦ δέσπο-
τα, ἐπιγίγνομαι, σὺ δὲ περιορῶν.
σὺ δὲ πῇ χθὲς ἐδείπνεις, μῶν
παρὰ Ὀνομακρίτῳ; ὁ μὲν Δί',
ἵν' ἐγὼ, ἀλλ' ἀγρόν δέ τιν' ἔ-
χομεν, ψύλλαν κατατείνας.
οἶδα δέ, ὡς φιλαγρός ἁμι,
ὑμεῖς δ' ἴσως ὥσθέ μι λαλα-
γεῖν πολλάβους. ἀλλ' εἰσιών,
ταῦτά τοι καὶ τὰ ἄλλα διδώσω,
καὶ τλῶ κάρδοπαν σμῆν, ὡς θε-
λαλίνας μάθοιτε ὑμῖν. ἐγὼ
δὲ ἐκπαλοιφήσω ἀπιὼν.

Iuuat aũt post labore ablui.
Proin ipse puerum curriculo
ablegabo, qui verisimile est
aut apud Lecithopolidem,
aut certè apud eũ qui saccu-
los distrahit, me expectare.
Atqui edictum illi fuerat, vt
ad Selga obuiã veniret. Sed
in tẽpore eccũ ipsum, adest,
mercatus panem colostratũ,
& alios subcimericios, & ce-
pas viridescentes, & Fucas, &
œbũ istũ, & leporinã, & bo-
uis intestinũ illud multiplex
& rugosum, & Phocas. Eu-
ge, ô Atticion, rectè abs te
factum, quòd magna itineris
peragẽdi parte me subleuâ-
sti. Ego verò, inquit ille, Sillus
propemodũ here fact9 sum,
dũ te circũspicio. Cæterùm
vbi tu heri cœnâsti? Nũ apud
Onomacritũ? Haud quaquã
ploué, inquã ego, sed rus ibã,
vbi ripæ aggerẽ portẽdi. Scis
aũ quã studiosus agrorũ sim.
Vos au ẽ fortassẽ putabatis
Cottaborum strepitus exer-
cuisse me. Sed ingressus, hæc
atq; alia suauiter cõdito, ac mactram emũda, vt Thridacinæ
nobis pinsatis. Ego aũtẽ abiens, in sicco & ad solem vngar-

καὶ ἡμᾶς, ἦδ' ὅς, ὁ Φιλῖνος ἑ-
πόμενος καὶ Ονόμαρχος, καὶ Ελ-
λάνικος· ἐσόμεθα. καὶ
γὰρ ὁ γνάμων σκιᾷ μέσῳ
πόλου. καὶ δι', μὴ ἐν λου-
τρίῳ ἀρλεσώμεθα, κατόπιν
τῶν καεμάντων, μετὰ τὸ σύρ-
φακος βύβλια ὠσιζόμενοι. καὶ
ὁ Ελάνικος ἔφη· ἐγὼ δὲ καὶ
δυσωπῶ· καὶ γὰρ τὰ κόρα μοι
ἐπιτεθόλωθον, καὶ σπαρδα-
μυκτῶ θαμὰ, καὶ ἀρτίδακρύς
ἐμι. καὶ τὰ ὄμματά μοι φαρ-
μυκᾶ, καὶ δεόμαι Ασκληπιά-
δου τινὸς ὀφθαλμοσόφου, ὃς
ταράξας, καὶ ἐγχέας μοι φάρ-
μακον, ἀπερυθειάσαι ποιήσῃ
τὼς ὀφθαλμώς, καὶ μηκέτι λη-
μαλέους ἐῶν, μηδὲ διρὸν βλέ-
πειν. τοιαῦτα ἄπλα διεξιόντες
ἅπαντες οἱ παρόντες, ἀπήμε-
νάπερ ἤκομεν εἰς τὸ γυμ-
νάσιον, ἀπιθυμέοντες ἤδη, ὁ
μέν τις ἀκροχειρισμῷ. ὁ δὲ
παγκρατισμῷ καὶ ὀρθοπάλῃ ἐ-
χρῆτο. ὁ δὲ λίπα χριόμενος ἐ-
λυγίζετο, ὁ δὲ ἀντίβαλε τῷ κω-

Et nos, inquit Philinus, ego videlicet & Onomarchus, & Hellanicus hic ſequemur. Nam & gnomon mediũ iam horologiũ vmbra deſignat, & periculum eſt ne in aqua iſta impura, & aliorũ eluuie coinquinata lauãdum nobis ſit à tergo Carimãtum inter fecẽ vulgi, confertis illis vndiq; nos trudentibus. Ibi tum Hellanicus: Ego verò, inquit etiam ægrè mtueor, & mihi pupillæ oculorum quaſi quodam atramẽto offuſcatæ ſunt, & nicto frequenter, & lacrymas ſubinde emitto: atq; ipſi mihi oculi medicinã geſtiunt, ac opus habeo Aeſculapij filio aliquo, medicinæ ocularis probè perito, qui miſcẽdo atq; infundẽdo medicamẽtum aliquod rutilare mihi faciat oculos, & non amplius lippitudine laborare, aut humidũ & aquoſum videre. Atque huiuſcemodi quædam inter nos verbis proſecuti, eò ſi qui tũ aderamus abiui mus. Et poſtquã venimus ad gymnaſiũ, exuti veſtibus, alius quidẽ pancratio, alius aũt luctæ & palæſtræ recta exercebatur, alius pinguiter perũctus mẽbra variè diſtorquebat, alius iaculo con-

λύκῳ, ὁ δὲ μολυβδαίνας χρῆ-
μασιν ἀράττων ἔχων, ἐκπε-
ροβάλλ. ἔπειτα σωθέντες, καὶ
ἀλλήλους καταγνωσάμενοι, καὶ
ἐμπαίξαντες τῷ γυμνασίῳ, ἐ-
γὼ μὲν καὶ Φίλινος, ἐν τῇ θέρ-
μῃ πάλιν καταπονηθέντες ἐ-
ξήειμεν· οἱ λοιποὶ δὲ, τὸ ψυ-
χροβαφὲς κάρα ἀλιφινίσαν-
τες, παραχίνον τρόπον ἐνεδρύχιοι θαυ
μασίως ἀναδύεσθαι δὲ αὖ-
θις ἄλλοσε ἄλλα ἐφῶμεν· ἐγὼ
μὲν ὑποδησάμενος, ἐξυόμην
τὴν κεφαλὴν τῷ ὀβελίσκῳ ξύ-
ων· καὶ γὰρ ἐκεῖνο, οὐκ ἐν Κηπίοις, ἀλλ'
ἐν σκαφίοις ἐκουράμην, ὡς ἄρα ὑ
πὸ τοῦ ἀνδρὸς κόννος, καὶ τὴν
πορφυρίδα ἀρκεσομένης. ἄλ
λος ἐτρίβετο φάρμακα, ὃς ἔπειτα ἐπί-
νων ὑπὸ τοῦ ἔρωτος τὰς ῥα-
φανίδας ἐμυσίλατο· ἐχθυν-
ρᾶ ἦν. ἄλλος ἤδη φαυλί-
ας, ὁ δὲ ἀγρίους καὶ κριθῶν. καὶ
πάνυ καιρὸς ἦν ἐπ' ἀγκῶν
ἐκκλίνειν· ἔκειντο δὲ καὶ ὀ-
κλαδίαι τινὲς ἐπικεκλασμέναι· τὸ μὲν δεῖπνον ἦν ἐκ συμφορῶν.

lo contendebat, alius plumbeos quosdam lapides obnixè atq; vibratim tenens manu iaciebat. Deinde vbi mutuò exercuissemus nos atque alter alterũ postergassemus, gymnasioq; satis illusissemus: ego quidem & Philinus postquã in labro calido abluissemus nos, abiimus. Reliqui verò, vbi caput frigida tinctũ, Delphinũ more immersissent, mirabili quodãmodo inter aquas iuxtà adnatabãt. Reuersi aũt iterũ, diuersis locis diuersa agitabamus. Ego quidem subligatis crepidis, caput fricabam detracto strigile. Non enim in Cepῖ, sed in Scaphῖ modum tonsus eram, vt qui non multò antè mentum ac verticẽ detondissem. Alius aũt calida glutiebat, alius ventrem reiectabat, alius raphanis in tenues partes concisis absorbebat salsas ac piscolentas illas offellas, alius agrestes oliuas commanducabat, alius etiam hordeum ingurgitabat. Atque vbi iam tempus erat, in cubitos inclinati cœnabamus. Positæ autem erant & sellæ & grabatula quædam. Proin cœna quidem collatitia erat.

παρεσκεύασο δὲ πολλὰ καὶ ποικίλα, λιχνικὰ ὄντα, καὶ σχιστὰ ἔσθου, καὶ ἠτριῶσα, καὶ τοκάδ' ὑὸς, τὸ ἐμβρυοδόχον ἔντερον, καὶ λοβὸς ἐκ ταγλώσου, καὶ μυελωτὸς, καὶ ἀβυρτάκη, καὶ τοιαῦταί τινες καρυκεῖαι, καὶ θρυμματίδες, καὶ θεῖα, καὶ μελιτόεντα. τῶν δὲ ὑποβρυχίων τὰ σιλάχια πολλὰ, καὶ ὅσα ὀστράκινα τὸ δέρμα, καὶ τευθὶς Ποντικὰ τῶν ἐκ Σαργάνης, καὶ κωπαὶ δὲ, καὶ ὄρνις σώφρων, καὶ ἀλικτρυὼν ἤδη ἀποδὸς καὶ ἐχθὺς ὢν παράσιτος. καὶ οἶνον δὲ ὄλον ἐπονομαῖ ἔχομεν, καὶ βοὸς λεπογυώμονος κωλῶ. ἄρτοι μὲν τοι ἦσαν σιφαῖοι, οὐ φαῦλοι, καὶ ἄλλοι νουμηνιοι, ὑπερήμεραι τῆς ἑορτῆς, καὶ λάχανα, τάττι ὑπόγεια, καὶ τὰ ὑπέργεια. οἶνος δὲ ὢν οὐ γέρων, ἀλλὰ τῶν ἀπ' ἄρτι, ἤδη μὲν

Apparata autem erant multa, & varia, bifida videlicet ſuilla, & laterum pulpamenta, & ſuminis quædam, & ſuis nuper enixæ inteſtinum illud quo fœtus recipit, & hepar è ſartagine, & allitatum, & Abyrtace, & ſimilia quædam condimenta opipara, deinde & Thrymmatides, & fricti llæ ficulnis foliis inuolutæ, & ex melle dulciaria. Ex natatilibus autem & marinis cartilaginea multa, & quæcunque oſtraceis tegunt ur, & offæ ponticæ, eorum quæ ſportulis ſiue naſſis excipiuntur, & anguillæ copaides, & gallina altilis, & gallus qui canere deſiit. Etiam piſcis erat paraſitus, & ourem totam in furno aſſatã habebamus, bouiſq; iam grandioris atq; æuo confecti pernã anteriorem. At verò panes aderant ſiliginei, non mali, & alij nouilunares, poſt feſtum ceu præterito vadimonio dilati, & holera tum ſubterranea, tum in altum excreſcentia. Vinum autem erat, non vetus, ſed ex ijs quæ in viribus offeruntur, quod iam muſtum quidem deſierát eſſe, nondum

μὴ ἀληθὴς, ἀπιθὴς δ' ἐστί. ποτὰ δ' ἐπὶ πᾶσι τοῖς δείπνοις ἐπὶ τῆς Δελφινίδος τραπέζης, ὁ λυχνιμίτων, καὶ πρύλλης μυτοφόρος, ὑλαβῆ ἔχων τὸν ἔμβολον, καὶ βομβυλιὸς, καὶ διροκύπελλον· καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα, οἷα Θηρικλῆς ὤπλα ἐμαγείρει τις. καὶ ἄλλα ἐδώδιμα, τὰ μὲν Φωκαΐθεν, τὰ δὲ Κνιδόθεν· πάντα μὲν τοι ἀνυμοφόρητα, καὶ ὑμενόστρακα. ἄμβια δὲ ἐνῆν, καὶ φιαλίδες, καὶ ποτήρια γραμματικά, ὥστε μεστὸν ἐνῆν τὸ λυχνίον. ὁ μὲν δή τοι ἱπνολέβης ὑπερεφλάζων, ἐς λυφαλὺν ἡμῖν ἐπέτρεπε τοὺς ἄνθρακας. ἐπινομὴν δὲ ἀμυσὶ καὶ ἤδη, ἀκροθώρακον ἔμπην, ἔτι ἐχεύμεθα καγχαρίδι. καὶ δὴ σικύλιός τις ἡμῖν τὸν ποδοκτύπην καὶ τριγωνίστριαν, μετὰ δὲ, ὁ μὲν τις ἐπὶ τὸν καταπέλτην ἀναῤῥιχησάμενος, ἐπιφόρημα ἰζήτει, ὁ δὲ λυχνίδα ἴ-

nondum tamen ad plenum coctum erat. Pocula verò posita erant omnis generis in Delphinide mensa, putacrater ille occultator frontis, & clauatus, Mentoreum opus, habens ansam prehensu facilem, & Bombylius, & Dirocypelum, & fictilia multa, qualia Thericles coquebat, multicapaciáque, atque alia latioris, quorum quædam ex Phocæa, alia verò è Gnido aduecta fuerunt. Omnia verò tenuia, fragiliáque, ac teneras testas habentia. Erant autem ibi & cymbia, & paruæ phialæ quædam, & pocula quædam grammatica, ita vt plenus esset abacus. At verò lebes furnarius ebulliens, in caput nobis euertit carbones. Bibimus autem continuis hauſtibus, & iam inebriati eramus, atque exinde vngebamur cancharide, & introduxit nobis quispiam podoctypam, & trigonistriam, atque exinde alius quidam in tabulatum assultans, irrumpendi locum quærebat, alius autem crepitu ac plau-

λα ἔπαιζον· ἄλλοι δ' ἐρρίπτουν τὸ σωρίλωτι τῷ σοφῷ. καὶ ἐν ταύτῃ λιλουμένοι, ἅτε πάμπαν ἡμῖν ἀντιπάγκαλοι, Μεγαλώνυμός τε ὁ λιποδίφης, καὶ Χαρέας ὁ χρυσοτίκτων, ὁ κατὰ νότου ποικίλος, καὶ ὁ Λοκάταξις Βδελυμός. ἐγὼ οὖν προύλεγον αὐτοῖς, τί παθόντες, ὦ ἄνδρες, ἥκοιτε. ὁ μὲν οὖν Χαρέας, ἐγὼ ἔφη, ὅτι περόν τινα ἐπρόπτων, καὶ ἐπῳδίας, καὶ σίκλας τῇ θυγατρὶ τῇ ἐμῇ, καὶ δὴ τοῦτο ὑμῖν ἐπιδείκνυμι ἀφίγμαι· ἐγὼ δέ, ἔφη ὁ Μεγαλώνυμος, περὶ ἄλλα εἶχον· ἐμὲ μὲν γὰρ ἄδικος ἡμέρα, ὡς ἔστι, καὶ ἄλογος. ὡς ἄρα οὐδὲν ἐχρῆν λωποτίας ὄφελος, ὅτι ῥᾳδιουργεῖν ἔχομεν, ὅτι ἡμιρόλογον ὡς ὑφορώμεθα. τὸν δὲ θόρυβον ὅτι ὁ στρατηγὸς ὁπλίτης ὤν, λαβὼν ἔχθιστα ἱμάτια, ἀνήκεστα καὶ ἀφόρητα ὑποδήματα, ἐξέφρησε ἑαυτόν. ἔπειτ' ἐνθὺς

sudigitorum lúdebat: alius porò cum ris[illegible]mbos lasciuiter agitabat. Atque interea vbi iam lauissemus, comessantes ad nos intrò irruperunt vltrò, non accersiti, Megalonymus causarum ac litium sectator ille, & Charea auifex, is qui tergum variegatum habet, & Budemus Ocataxis. Ego verò interrogabam eos, quidnam accidisset eis cur tam serò venirent? Charea igitur: Segmentum quoddam, inquit, & inaures & pedicas filiæ meæ apparabam, & ob hoc ad nepotia vobis veni. At ego, inquit Megalonymus, aliis rebus occupatus fui. Dies enim fuit haudquaquam iudicialis, vt scitis, & nefastus: proinde, vtpotè silentio in foro existente, neque perorare licuit, neque per diem dicendo, aquam & clepsydram dispensare. Cùm audissem autem quòd Imperator conspiciendum sese præberet, acceptis vestibus inusitatis, & bono stamine textis, subligaculisq; calceis antea non gestatis, proripui meipsum foràs: atq; exinde

ἀνδρὸς ἐντυγχάνω Δαδούχῳ τε καὶ Ἱεροφάντῃ, καὶ ἄλλοις ἀρρητοποιοῖς, Δενίαν σύρεσθαι ἄγοντας ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἐγκλήματα ἐπάγοντας, ὅτι ὠνόμασεν αὐτούς, καὶ ταῦτα εἰδὼς, ὅτι ἐξ οὗπερ ἐμυήθησαν, ἀνώνυμοί τε εἰσι, καὶ οὐκ ἔτι ὀνομασταί, ὡς ἂν ἱερώνυμοι ἤδη γεγενημένοι. οὐκ οἶδα, ἔφην ἐγώ, ὃν λέγεις, τὸν Δενίαν. ἐκάλει δ' οὖν με τοὔνομα. ἔστιν, ἦδ' ὅς, ἐν ταῖς σκιαραφείοις ἐγκαυστικὸς ἄνθρωπος, τῶν αὐτολεκύθων, καὶ τὸ αὐτοκάβδαλον, ἀεὶ λευκαίνων, ἐνδρομίδας ἐμβεβρεμένος, ἢ βαυκίδας, ἀμφιμάσχαλον ἔχων. τί οὖν, ἔφην ἐγώ, ἔδωκεν ἀμυγὴν δίκην, ἢ πλὰξ, πατάξας ὤχετο; καὶ μὴν ἐκεῖνός γε, ἦδ' ὅς, ὁ τέως ἀοκνέμενος, ἤδη ἔμπεδός ἐστιν. ὁ γὰρ στρατηγὸς, καί τοι ἀτιμαγέλοιῶτι καρποδόσμαί τε αὐτῷ πεπεισμένος καὶ πειθήριον ἐν

exinde ſtatim incidi in Daduchum & Hierophantem, ac cæteros arcanis ac turpibus operantes, qui Diniam obtorto collo ad magiſtratum rapiebant, reum facientes, quòd ipſos nominâſſet, idq; cùm ſciret, quòd ex eo tempore, quando initiati fuiſſent, & ſine nomine forent, & innominabiles, vtpotè ſacrinomines iam facti. At neſcio, inquam, quémnam hunc Diniam dicas. Vocabat igitur me nomine. Eſt, inquit, in tabernis aleatorijs homo perditus, ex egenis ac vilibus iſtis, ſemper comatus ac ſqualidus, endromidum aut baucidarum calceamento ſubligatus, ac veſte manicata indutus. Quid igitur, inquam, dedítne pœnas aliquo modo? an calcibus inſultans aufugit? At verò ille, inquit Megalonymus, qui antè inter tibias & cantores perſtrepebat, iam immobilis ac tacitus eſt. Nam Imperator ſegregatum, & à reliquo grege ſeorſim amotum, circundatis illi manicis, & intento vinculo

ἐν ποδοκάκαις καὶ ποδοσφαλαις ὑποίησεν εἶναι. ὥστε ἐν δεσμοῖς ὢν ὑπέβλυπέ τι ὁ δακοδλάμων, ἀπὸ τοῦ δέους, καὶ ποφδαλεῖ & λῷ, καὶ χρήματα ἀντίψυχα διδόναι ἤθελεν. ἐμὲ δ', ἔφη ὁ Εὔδημος, ἀπὸ τὸ ἀκροκυνιφεῖς μετεπέμψατο Δαμασίας, ὁ ποτὲ μὲν ἀθλητὴς καὶ πολυνίκης, νυνὶ δὲ ἤδη ἀπὸ γήρως ἐξαθλῶν. οἶδα τὸν χαλκοῦν τὸν ἑστῶτα ἐν τῇ ἀγορᾷ, καὶ τὰ μὲν πυθῶν, τὰ δ' ὤων, διετέλει. ἐξοικιεῖν γὰρ ἔμελε τὴν θυγατέρα, καὶ ἤδη ἐκάλλωπεν αὐτὴν, ἔτι μειρακιῶδές τι δακνὸν ἐμποιῶν, διὰ τὴν ἑορτήν. ὁ γὰρ υἱὸς αὐτοῦ, ὁ Δίων, οὐκ οἶδ' ἐφ' ὅτῳ λυπηθεὶς, μᾶλλον δὲ θυμοχθίᾳ σχεθεὶς, ἀπήγξατο ἑαυτόν. καὶ τοῦτο, ἀφελόμενος ἄν, εἰ μὴ ἐγὼ ἐπιὼν, ἀπαγχόνισαί τι ἁπλοῦν παρακαθήμενος, ἐπινύσσων τὸν ἄνθρωπον,

vinculo collari, in pedicis ac tibialibus tormentis degere hominem fecit. Quare in vinculis existens, pedebat nonnihil miser ille præ timore, & crepabundus erat, pecuniámque pro redimenda vita dare volebat. At me, inquit Eudemus, summo diluculo accersiri ad se fecit Damasias, is qui olim quidem athleta fuit, multásque victorias retulit, nunc autem præ senectute iam à certaminibus abstinet. Nosti æream statuam in foro positam. Ac alia quidem picando, alia inflammando peregi. Domum enim deducturus hodie fuerat filiam suam ad nouum maritum, iamq; adeò exornabat illam: cùm interea anxium quoddam malum interueniens, diremit festum. Nam filius ipsius Dion nescio qua causa mœrore affectus, imò deorum odio aliquo agitatus, strangulârat seipsum. Ac satis scitote, periisset ille, nisi ego superueniens ablaqueassem ipsum, & à resti soluissem, diu geniculatim assidens, & compungens hominem

πον, βαυκαλῶν καὶ σκωλωνίξων, μὴ πῃ ἔτι σωιχὴς ἔπι τὼ φάρυγγα, τὸ δὲ μάλιστα ὀνήσαν ἐκεῖνο ἰῶ, ὅτι ἀμφοτέραις κατασχὼν αὐτὸ τὰ ἄκρα, διεπίεσα μῶν ἐκεῖνον· ἰῶ δ' ἐγὼ, φὴς Δίωνα ‖ καταπύγωνα καὶ λακκοσχίαν ‖ μύρτωνα, καὶ σχινοτρώκ]αν νιανίσκον, ἀναφλῶν]α καὶ βλιμάζον]α, ἰῶ τινα πειράσῃ πόθωνα ἄθη]άι, μὴ ἐῶν ἐκεῖνός γε καὶ λικαλίς; ἀπάζει γε τὼ θεὸν, ἦδ' ὅς, ὁ Εὔδημος θαυμάσας· Ἀρτεμις γὰρ ἔστιν αὐτοῖς ἐν πόσῃ τι ἀυλῇ, σκοπάδειον ἔργον, ταύτῃ προσπεσόν]ε, ὅτι Δαμάσιος, καὶ ἡ γυνὴ αὐτὸ, πρεσβύτις ἤδη, καὶ τὼ λιφαλῶ πολιὰς ἀκειβῶς, ἱκέτινον ἐκλῆσαι σφᾶς. ἃ δὲ αὐτίκα ἐπέγνωσι, καὶ σῶς ἰῶ, καὶ νεῶ Θεόδωρον μᾶλλον δὲ πρεσφανῶς Ἀρ]εμίδωρον ἔχουσι τὸν νιανίσκον. ἀνέθεσαν οὖν αὐτῇ τάτι ἄλλα, καὶ βέλη καὶ τόξα, ὅτι

ô galle. Mihi igitur multò ſecutius operæ cerdonicæ pronum incumbere, quàm ex aurea bibere phiala comiter delatum hauſtum, cæterùm cicuta aconitoq; temperatum. Nam mihi quidem hoc vnum eſt periculi, vt ſi paululùm [hh] aberret ſmilion, deflectatq; à recta inciſione, ſummum ſecantis digitum exiguo ſanguine tingat: at iſti, quemadmodum narras, letifera agunt conuiuia, atq; id innumerabilibus in malis conſtituti. [ii] Deinde vbi conciderint, perſimiles eſſe videntur tragœdiarum hiſtrionibus. Nam multi, ſicut videre licet, [kk] Cecropes ſunt ſcilicet, [ll] aut Siſyphi, aut Telephi, diademata geſtant, argenteiſq; capulis gladios, comamq; ventilantem, & auro intertextam chlamydem. quòd ſi quis (qualia inimirum permulta ſolent accidere) impulſos illos media in ſcena præcipites det, riſum profectò moueat ſpectatoribus, videlicet perſona vnà cum ipſo diademate contrita,

ἠμαγμένης δὲ τῆς ἀληθοῦς λιπαρᾶς τῷ ὑποκειτῷ, καὶ τῶν σκελῶν ἐπιπαλὺ γυμνουμένων ὡς τῆς τειθύτου τὰ ἔνδοθεν φαίνεσθαι ῥάκια, λύσλωα ὄντα, καὶ τῶν ἐμβάδων τὴν ὑπόλισιν ἀμορφοτάτην, καὶ ἐκὶ μικρὰ κατὰ λόγον τῶν ποδῶν. ὁρᾷς ὅπως μὴ καὶ ἀπάξειν ἐλίγαξας ἤδη, ὦ βέλτιστε Ἀλεκτρυών, ἀπὸ τυραννίδος μὴ ζοιζύρου τινὸς ὄφιν ὄντα· ἵππον δὲ ἢ λύκον, ἢ ἰχθῦν ἢ βάτραχον ὁπότε γένοιο, πῶς ἂν φέροις ἐκείνην τὴν διαιτησίν; Ἀλλὰ μικρὸν ζοιζύρου ἀναμενεῖς τὸν λόγον, καὶ ὁ τῦ παρόντος μαρῇ. πλὴν τό γε κιφάλαιον, οἶδεις ὅτις ὐκ ἀπραγμονέστερον τῶν βίων ἑλοῖο μοι τῦ ἀνθρωπείου, μόνας τὰς φυσικὰς ἐπιθυμίας καὶ χρείας ἐμμιμησάμενον, τηλοῦλλο δὲ ἴσον, ἢ συκοφάντην βάτραχον, ἢ σοφιστὴν λοιδορον, ἢ ὀλιγοποιὸν λύκον, ἢ λίνασθον ἀλεκτρυόνα ἢ τέττα, ὅσα ὑμεῖς ἐπιτηδεύετε, οὐκ

contrita, vero autem actoris capite luxato, cruribusq; maxima ex parte renudatis: vt iam interioris amictus quàm miseri sint panni, fiat perspicuum: ac cothurnorum quos pedibus induxerunt, appareat deformitas, haudquaquam ad pedis modum respondentium. Vide vt me iam similitudines conferre docueris, optime gallе. Cæterùm tyrannis talis quædam res tibi visa est esse: verùm vbi equus esses, aut canis, aut piscis, aut rana, quomodo eam vitæ rationem ferebas? GALLVS. Istum quem nunc suscitas sermonem, & longior sit, neque huius temporis. Illud autem vnum in genere dixerim, nullam ex omnibus vitam mihi non visam tranquilliorem vita humana, naturalibus duntaxat cupiditatibus & vsibus circumscriptam. Siquidem publicanum equum, aut sycophantem ranam, aut sophistam graculum, aut popinatorem culicem, aut cinædum gallum, atq; id genus alia, quæ vos studio cõminiscimini, haud-

ἀμηχάνοις ἐν ἐκείνοις. Μι. ἀληθῆ ταῦτα λέγεις, ὦ Αἰκυρφόρι γῶ κ', ὅτι πέπονθα, οὐκ αἰσχύνομαι πρὸς σὲ λέγειν. ἀδίπω δλώμαι ἀφμαθεῖν τὴν ἐπιθυμίαν, ἣν ἐκ παίδων ἔχον, πλόσι ὃ γενέσθαι, ἀπά μοι καὶ τὸ νύπνιον ἔτι πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἐσηκεν, ἐπιδεικνύμενον τὸ χρυσίον. καὶ μάλιστα ἐπὶ τὸν καθαράτον Σίμωνι ἀποπνίγομαι, πυρῶντι ἐν ἀγαθοῖς τοσούτοις. Αλι. ἐγὼ σε ἰάσομαι, ὦ Μίκυλε, καὶ ἐπείπερ ἔτι νὺξ ἐστιν, ἐξαναστὰς, ἕπου μοι· ἀπάξω γάρ σε πρὸς αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν Σίμωνα, καὶ εἰς τὰς τῶν ἄλλων πλουσίων οἰκίας, ὡς ἴδοις, οἷα τὰ παρ' αὐτοῖς ἐστί. Μι. πῶς τοῦτο, μὴ κλεισμένων, τῶν θυρῶν; μὴ καὶ διορυχεῖν με ἀναγκάσεις; Αλι. ἀλλαμῶς, ἀλλ' ὁ Ερμῆς, οὗπερ ἱερός εἰμι, ἐξαίρετόν μοι ἔδωκέ μοι τοῦτο, λίτης τὸ ἀριθμὸν πλῆθος τὸ μέγιστον, ὁδὶ ἀπαλότητα ἐπικαμπὲς ἔστι.

quaquam inter illos videbit. MIC. Quæ dicis, ô galle, fortasse vera sunt: verùm non me pudebit apud te fateri quod mihi accidit. Haud vnquam quiui dediscere cupiditatem illam à puero mihi insitam, videlicet vt diues euadam. Quin nunc quoque somnium illud ob oculos versatur, aurum ostentans: potissimùm autem sceleſtus ille Simon excruciat, qui quidem tantas inter opes delicietur. GAL. At ego te isto leuabo morbo, Micylle, tametsi nox etiamdum est. Surge modò ac sequere me. Siquidem ad ipsum te Simonem adducam, atque in aliorum diuitum ædes, quò mirum videas quomodo res habeant apud illos. MIC. Isthuc quo pacto, clausis foribus? Num me parietes transfodere compelles? GAL. Nequaquam: verùm Mercurius, cui sum sacer, hoc optanti mihi largitus est, vt sit quis longissimam caudæ plumam, quæ ob mollitiem inflectitur. MIC. Atqui

Μι. Δύο δ' ἔστι σοι δεξιαῖ τα. Αλε. τὸ δεξιὸν, οἵνῳ ὅτῳ ἂν ἐγὼ ἁρπάσας πράσχω ἔχειν, ἐς ὅσον ἂν βούλωμαι, ἀνοίγειν τε ὁ σιδηρᾶς πάσας θύρας δύναται, καὶ ὁρᾶν τὰ πάντα, ἂν ὁρώμενος αὐτός. Μι. ἐλελήθεις με, ὦ Αλεκτρυὼν, καὶ σὺ γόης ὤν. ἐμοὶ δ' οὖν εἴ τι σοὶ ἄπαξ πράσχεις, ὄψει τὰ Σίμωνος πάντα ἐν βραχεῖ δεῦρο μεταφερόμενα· μισθίου γὰρ αὐτὰ πρίαμενος, ὁ δ' ἄνθις πιπράσκεται, ἀργύριον τὰ μαλλύματα. Αλε. εὐθύμως γε νίκαν ταῦτ· πράγματι γὰρ ὁ Ερμῆς, ἢν σιδηρόν τι ἐργάσηται ὁ ἔχων τὸ πλοῖον, ἀναβοήσεταί μοι, καταφωράσει αὐτόν. Μι. ἀπίθανον λέγεις, ἐπειδὴ καὶ Ερμῆν αὐτὸν ὄντα. σοῖς ἄλλοις φθονεῖν τι δύναται. ἀτὰρ ὅμως ἀφίξομαι γὰρ τὰ χρυσία, ἢν δύνωμαι. Αλ. ἀπόπλου, ὦ Μίκυλε, πρότερον τὸ πλοῖον. τί τοῦτο, ἄμφω ἀπέπτιλας; Μι. ἀσφαλίσομαι

Atqui duas habes eiusmodi. GAL. *At dextram ex his auulsam cuicunque ego gestandam dedero, is quoad voluero, fores omneis poterit aperire, cunctáque videre, ipse inuisibilis.* MIC. *Equidem ignorabam, ô gallule, te præstigiarum quoque peritum esse. Porrò si mihi isthuc semel præstiteris, videbis illicò Simonis vniuersas opes huc deportatas: nam eas huc rediens transferam: at ille rursum circumrodet ebibetq; putria coria, quibus cõsueuit soleas compingere.* GAL. *Atqui nefas sit isthuc facere. siquidem Mercurius illud mihi mandauit, vt si quis pennam tenens, istiusmodi quippiam patrârit, vociferans furem proderem.* MICY. *Rem neutiquam viri similem narras, nempe Mercurium, quum ipse sit fur, non sinere alios vt idem faciant. Sed tamen abeamus. Nam aurum auferam, si modò possim.* GAL. *Pennam priùs reuellito. Quid hoc rei? ambas reuulsisti.* MICY. *Tutius*

λείψον ὅπως, ὦ Αλεκτρυών, μὴ σοι ἄπλοον ἄμορφον τὸ πρᾶγμα ἂν ἔτι, ὡς μὴ χωλούοις σφε θάτερον τῶν ὀρῶν μέρος. Αλ. ἴαγε. ἐπὶ τὸν Σίμωνα πρῶτον ἄπιμεν, ἢ παρ' ἄλλον τινὰ τῶν πλουσίων; Μι. οὐμμὲν οὖν, ἀλλὰ περὶ τὸν Σίμωνα, ὃς ἀντὶ δισυλλάβου τετρασυλλαβος, ἤδη πλουτήσας, ἔναυ ἀξιοῖ. καὶ δὴ παρόντες ἐπὶ τὰς θύρας. τί δῆτα ποιῶ τὸ μετὰ τοῦτο; Αλ. ἐπίθου τὸ πτερὸν ἐπὶ τὸ λεπάδιον. Μι. ἰδοὺ δή, ὦ Ηράκλεις, ἀναπέπτασται, ὥσπερ ἐλέλειπτο, ἡ θύρα. Αλ. ἴθι νῦν εἰς τὰ πρόσω. ὁρᾷς αὐτὸν ἀγρυπνοῦντα, καὶ λογιζόμενον; Μι. ὁρῶ νὴ Δία, πόρρω μαυράν τινα καὶ λιψῶσαν λύχνιδα, καὶ ἀχρὸς δή ἐστιν, ἂν οἶδ' ὁπόθεν, ὦ Αλεκτρυών. καὶ μαλακῶς πως ὅλως, ἐκτέτηκεν ὑπὸ φροντίδων δηλαδή. οὐ γὰρ νοσεῖν ἄντως εἰκός. Αλ. ἄκουσον ἃ φησιν· ἴσως γὰρ ὅθεν ὅδε εἰσήκει ἔχει. Σί. οὐκοῦν ταῦτα μὲν ἐᾶσον

hoc quidem, ô galle, tum tibi minus fœdum sit futurum, ne altera caudæ parte mutilatus claudices. GAL. Age sanè. Sed vtrum Simonem prius adimus, an alium quempiam diuitum? MIC. Haud aliò, imò ad Simonẽ, qui videlicet pro disyllabo tetrasyllabus esse affectet, posteaquam dives euasit. Sed iam ad fores accessimus. Quid igitur deinceps facio? GAL. Pennam seræ admoue. MIC. Ecce autem, dij boni, ostium perinde atq; clausi resilit. GAL. Perge, porrò præcedens. PP Vides illum vigilantem ac supputantem? MIC. Video per Iouem, & quidem ad obscuram siticulosamq; lucernam. Præterea pallet, haud scio vnde, galle, totusq; exaruit, atq; extenuatus est. qq mirum ni curis: neq; enim auditum est illum alioqui malè habere. GAL. Auscultea quid dicat. siquidem intelliges quibus de causis ad eum modum sit affectus. SIM. Nimirum septuaginta illa

ἑβδομήκοντα ἐκεῖνα πάνυ ἀσφαλῶς ὑπὸ τῇ κλίνῃ κατορώρυκται, καὶ οὐδεὶς ὅλως εἶδε. τὰ δ' ἑκκαίδεκα ἔδε Σωσυλᾶς ὁ ἱπποκόμος ὑπὸ τῇ φάτνῃ κατακρυπτόμενός με. ὅλως γοιῦν περὶ τὸ ἱππωνᾶν ὀκνηρὸν ἐς πάνυ ἐπιμελὴς, ἄλλως τε καὶ φιλόπονος ὤν· ἐπεὶ δὲ διηρπάσθη πολλῷ πλείω ζυτῶν ἢ πόθεν γὰρ ὁ Τίβιος τοσοῦτον μύρον ἀνῆκεν ὅτῳ μίσθαν ὠψώνησε ἐλθεῖν; ἐλίσσετο δὲ τῇ γυναικὶ ἐπόβιον ἐωνῆσθαι πρᾶγμα δραχμῶν. ὅλως τἀμὰ ῥᾷδιον σκεδασθῆναι κακοδαίμονος. ἀλλ' οὐδὲ τὰ ἐπώματα τὰ ἐν ἀσφαλεῖ μοι ἀπόκειται, ζοφώδη ὄντα. δίκαιόν γοιῦν μή τις ἀνορύξας τὸν ζῖχαν, ὑφέληται ταῦτα. πολλοὶ φθονοῦσι, καὶ ἐπιβουλεύουσί μοι, καὶ μάλιστα ὁ γείτων Μίκυλλος. ΜΙ. Μὰ Δία· σοὶ γὰρ ὅμοιος ἐγὼ, καὶ τὰ τρύβλια ἀπὸ μαλλοῦ ἔχω. ΑΛΛΟ. αἰδῶ σοῦ, ὦ Μίκυλλε, μὴ καταφωράσῃ πρόνοια

illa talenta tutò admodum sub lectica defossa sunt, neque quisquam alius omnino vidit. At verò sedecim illa Sosylus equisio vidit me sub præsepe occultantem. Itaque de curando stabulo non est admodum solicitus, quanquam nec aliàs admodum laboris appetens. Verisimile est autem, illum multò etiam his plura sustulisse. Nam vnde alioqui Tibius heri tam ingens salsamentum illi obsonio proposuisset? Tum autè aiunt illum monile emisse vxori drachmis quinq. Heu misero mihi. Hi omnia mea dissipabũt bona. Quid quòd ne pocula quidem sat in tuto mihi recondita sunt, quũ sint multa? Vereor enim ne quis ea suffossa pariete tollat. Complures mihi inuident, atque insidias parant: præter cæteros autem Micyllus iste vicinus. MIC. Ita per Iouem. Nam tibi sum similis, ac patellas sub ala gesto. GAL. Tace, Micylle, ne protinus ipso in furto nos prodas.

πρόντας ἡμᾶς. Σί. ἄμεινον γοῦν, ἄγρυπνον αὐτὴ φυλάττειν, ἅπαξ μὲν πρίαμι δραχμὰς ἐν κύκλῳ τοῦ οἰκίαν. τίς οὗτος; ὁρῶ σέ γε, ὦ τοιχωρύχε, μὰ Δία, ἐπεὶ λίαν γε ὦν τυγχάνεις. εὖ ἴσθι, ἀριθμήσω ἄνθις, ἀνορύξας τὸ χρυσίον, μή τι μοι πρόλαβῃ. ἰδού, πάλιν ἐψόφησέ τις ἐπ' ἐμοί, δηλαδὴ πολιορκοῦμαι, οὐκ ἐπιβουλεύομαι πρὸς ἁπάντων. πᾶ μοι τὸ ξιφίδιον, ἂν λάβω τινὰ θάπτω ἄνθις τὸ χρυσίον. Αλ. τοιαῦτα μέν σοι, ὦ Μίκυλλε, τὰ Σίμωνος. ἀπίωμεν ἐπὶ ἄλλον παρ' ἄλλον τινά, ἕως ἔτι ὀλίγον τῆς νυκτὸς λοιπόν ἐστιν. Μι. ὁ δαιμόνιε, οἷον βίον τὸν βίον ἐχθροῖς ἔστω πλουτεῖν γάρ τοι καὶ μόλις ἔφης σοῦ κατορύξας αὐτόν, ἀπολεῖν βούλομαι. Σί. τίς πάταξέ με; λῃστεύομαι ὁ δυστυχής. Μι. οἴμοι, κἀγὼ ἀργύριόν τι, καὶ ὅμοιον γίγνεται τὸ χρῶμα τῷ χρυσῷ, πεσόντος αὐτοῦ. ἡμᾶς δέ, ὦ δαιμόνιε, γνίφωνα δαιμ-

prodas. SIM. Optimum igitur fuerit, vt ipse insomnis seruem. Omnem obibo domum, in orbem obambulans. Quid iste? Video te per Iouem, ô parietum perfossor, posteaquam es columna. bene res se habet. Pernumerabo denuò refossum argentum, ne quid forte dudum me fugerit. En rursum obstrepuit mihi nescio quis. Nimirum obsideor, atque insidijs appetor ab omnibus. Vbi mihi gladius, si quenquam deprehendero? Rursum aurum defodiamus. GAL. Sic tibi habent, ô Micylle, res Simonis. Sed abeamus ad alium quempiam, donec noctis adhuc aliquantulum super est. MIC. O miser, cuiusmodi viuit vitam? hostibus eueniat ad hunc modum diuites esse. Itaque pugno illi in maxillam illiso, volo discedere. SI. Quis me pulsauit? Latrocinio despolior miser. MI. Plora ac vigila, auriq; similis corpore reddaris, quàdo quidē illi affixus ac deditus es. Nos aūt, si videtur, Gnȳphonem

λανδεῖλῶ ἴδωμεν· οὐ μακρὰν δὲ καὶ οὗτος οἰκεῖ, ἀνέῳκται αὐτῷ ἡμῖν ἡ θύρα. ΑΛ. ὁρᾶς ἐπαγρυπνοῦντα καὶ τὸν ἐπὶ φροντίδων, ἀναλογιζόμενον τοὺς τόκους, καὶ τὰς διπλώσεις διατρυκλικότα, ὃν δεινὸς μὴ ὀλίγον πάντα ταῦτα λιπόντα, σίλφιον ἢ ἐμπίδα ἢ μύαν γενέσθαι. ΜΙ. ὁρῶ διακοδαίμονα, καὶ ἀνόητον ἄνθρωπον, ὅστις νῦν πολὺ τῆς σίλφης ἢ ἐμπίδος ἄμεινον βιοῦται. ὡς ἵνα μὴ οὗτος ἐντέτηκεν ὅλος ὑπὸ τῶν λογισμῶν; ἐπ' ἄμεινον ἀπίωμεν. ΑΛ. παρὰ τὸν Εὐκράτιδα, ἃ δοκεῖ. καὶ ἰδοὺ γὰρ ἀνέῳκται καὶ αὐτῷ ἡ θύρα, ὥστε εἰσίωμεν. ΜΙ. ἅπαντα ταῦτα μικρὸν ἔμπροσθεν ἐμὲ λῶ. ΑΛΕ. ἔτι γὰρ σὺ ἀνεπιστολῆς τὸν πλοῦτον ὁρᾷς τοῦ Εὐκράτους αὐτοῦ μὲν ὑπὸ τοῦ οἰκέτου, προβύτου ἄνθρωπον. ΜΙ. ὁρῶ νὴ Δία διαπυγοσιώλου τινὰ, καὶ πασχητιασμὸν, καὶ ἀσιλλάριον ὅτι ἀνθρωπίνων· τὸν γυναῖκα δὲ ἐτέρωθι, ὑπὸ τοῦ μαγείρου μοιχευομένην καὶ

phonem fœneratorem viſamus. Nam nec is procul hinc habitat. Ipſæ nobis ſuapte ſponte fores patuerunt. GA. Vides hunc quoque curis inuigilantem, & vſurarum rationes iterantem digitis contortis? cui propemodum relictis his omnibus ſit in ſilpham aut culicem aut muſcam abeundũ. MIC. Equidem video miſerum ac vecordem hominem, ne nunc quidem multò meliorem viuere vitam, quàm ſilphæ aut culicis: adeò totus & hic à curis & rationibus eſt extenuatus. Nunc ad alium eamus. GAL. Ad tuum, ſi videtur, Eucratem. En tibi fores per ſe patuêre. Quin introimus? MIC. Paulò antè hæc omnia mea erant. GAL. At etiam nunc tu diuitias ſomnias? Vides igitur Eucratem ipſum quidem à famulo, virum natu grandem? MIC. Video profectò quidem haudquaquam virile. Porrò vxorem à coquo conſtupra-

altera ex parte ipſam item

ri. GAL.

καὶ αὐτλεῖν. Αλε. τί οὖν ἐθέλοις ἂν καὶ τούτων κληρονομῆσαι, ὦ Μίκυλε, πάντα ἔχειν τὰ Εὐκράτους; Μι. μηδαμῶς, ὦ Αλεκτρυών, λιμῷ πρότερον ἀπολοίμην, ἢ τοιοῦτόν τι πάθοιμι. χαίρειν τὸ χρυσίον, καὶ τὰ δεῖπνα. δύο ὀβολοί μοι μᾶλλον ἢ πλοῦτος ὅδε μᾶλλον, ἢ τοιχωρυχηθῆναι πρὸς τῶν οἰκετῶν. Αλε. ἀλλὰ νῦν ἡμέρα γάρ ἤδη ἀμφὶ τὸ λυκαυγὲς αὐτό, ἀπίωμεν οἴκαδε, παρ' ἡμᾶς. τὰ λοιπὰ δ' ἐσαῦθις ὄψει, ὦ Μίκυλε.

ri. GAL. Quid ergo? Num optaris & horum hæres exiſtere, Micylle, cunctáque poſsidere quæ ſunt Eucratis? MIC. Haudquaquam, galle: imò fame citiùs interierim, quàm id genus quippiam patrarem. Valeat aurum & conuiuia. Duo oboli mihi potiores diuitiæ ſunt, quàm ſi à domeſticis mihi domus perfodiatur. GAL. Sed iam nunc, quandoquidè dies fermè diluxit, domum ad nos redeamus. Reliqua rurſus aliàs videbis, Micylle.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

ARGVMENTVM.

Dialogus longè feſtiuiſſimus, in quo Pythagoram vèlut impoſtorem ac præſtigiatorem taxat, tum eius dogma de metempſychoſi aut metamorphoſi prodigioſa animarum, hoc eſt, migratione earum in varia corpora, ob quod à carnium eſu abſtinebant. De qua re Laërt. lib. 8. & Plutarch. in comm. περὶ σαρκοφαγίας. Hanc ſuperſtitionem latenter carpere & ſuggillare videtur Eurip. in Hippolyto περὶ μετεμψυχώσεως. i. de tranſmigratione animarum in varia corpora cùm hominum, tum etiam brutorum. vide vitam Pythagoræ à Diogene Laërtio deſcriptam. Item Plutarch. in vita Homeri: & Ouid. 15. Metam. apud quem ſic Pythagoras loquitur:

Morte carent animæ ſemperq; priore relicta

Sedes

Sedè, nouis domibus viuunt habitantq; receptæ.

Ipse ego nam memini Troiani tempore belli, &c. Postea Pythagoras factus est, postremò in gallum transmutatus, vt festiuè ludit hîc Lucianus Stoicorum etiam fastū ridet, qui alioqui mollissimi vultus, vestiumq; seueritatē, vitæ continentiam præ se ferebant. Peculiariter tamē eos notat, qui obtentu sanctimoniæ fœdam cauponam exercent, speciosisq; titulis seuero vultu, sapientiæ opinione cultu externo simplicioribus imponunt. Quòs Græci eleganter λογεμπόρους καὶ λογοκαπήλους dicunt. Gellius, æruscatores vocat, qui cibum quæstumq; ex mendacijs, & id genus officijs ac præstigijs capient. Hoc genere hominum nostra quoq; ætas nimis differta est. Diuitum ac regum vita quantis sit ærumnis obnoxia, docet: contrà quàm expedita res paupertas hilaris, suaq; contenta sorte. Introducit Gallum cum hero suo Micyllo sutore cōfabulantē, magis ridiculè quàm vllus possit γελωτοποιὸς: sed rursus sapientibus, quàm Sorbonicorū ac Sophistarum vulgus nonnūquam in scholis magno supercilio magnis de nugis disputat. Solent autem vel extremæ sortis homines, aliquando magnifica quædā somniare: quemadmodum hic Micyllus, qui per somnum opulentissimus, experrectus cerdo quispiam erat, Iro penè pauperior. Nam somniare, sperandi genus est, inquit Erasmus. Non dissimilem vanæ spei ac cupiditatis imaginem, Theocritus proponit in Piscatore, Eidillio 25. qui somniat se grandem piscem aureum cœpisse, atque ingenti gaudio exanimatum sanctè iurasse, nunquam se amplius dum viueret, piscib. capiendis operam daturum esse, sed de aureo ille pisce quem in somnis cœperat, sumptū facturum, atq; ita suauiter in ocio & luxu vitam exacturum suam. Manè cum vnà cum somno & aureus ille piscis, & spes ipsa auolasset, neq; esset experrecto ex aurifero illo somno vnde victitaret: nisi & ipse, & vxor ac liberi fame perire vellent, vel inuitus, & contrà quàm iurauerat in somnis, ad consuetos labores redire cogitur. Quod autē homines magno-

magnopere cupiunt & optant, de eo sominiant. Vide prouerbium Erasmi: Quæcunq; in somno videntur.

a Atte scelestissime.] *Exordium ab imprecatione.* b Antelucano morsicat.] *Galli canius importunus nonnunquã est. & quoniam nos à lecto excusitat, à Græcis (vt Plinius inquit) ἀλεκτρυὼν ἢ ἀλέκτωρ dictus est.* c Titillatque nam.] *Amplificatio à tempore.* d Gnomon aduentantis diei.] id est, *horologium. Id fieri docent Physici, per σκιοθηρικὸν.*

e Quasi vellus illud.] *Alludit ad fabellam de dracone, pernigili custode aurei velleris. Ouid. in Metamor.* f Here Mycille, equidem.] *Defensio per absolutionem, à fine.* g Lucem anteuertissem.] *Gallus enim à poëtis dicitur lucis prænuncius ales: & auis lucis, à Martiale hoc versu:*

Cristatæq; sonant vndiq; lucis aues.

h Magis mutus fuero piscibus.] *Aristoteles 2. de Anima adimit omnibus piscibus vocem, excepto scaphro & porco fluuiatili. Veteres aũt quemuis piscem vocabant ἔμπνουν, quòd vocem edere non posset. Vnde Plutarchus in Symposiacis, & Athenæus, existimant Pythagoricos à piscibus abstinuisse ob ἐχεμυθίαν*: id est, *silentium, quam Pythagoras docuit. Idem Lucianus in Alcyone*: *Nam muta sanè quæ in aquis degunt. Erasmus noster in lingua: Quin & ipsa linguæ forma facit ad vocem promendam; vnde pisces, quoniam linguam habent à terrestribus animantibus differentem, omnino muti sunt.* i Per somnium diues.] *Simile protulit Cicero in Sallustium: Vade tu, qui modò ne paternam quidem domum redimere potueris, repentè tanquam somnio beatus, hortos preciosissimos, villam Tiburti, & Cæsaris reliquas possessiones paraueris. Quicquid enim optâris, id somniare contigit quibuslibet, sicuti Micyllus diuitem se ac præpotentem somniat. Pastor quidem apud Theocritum in Ecloga nona:*

ἔχω δέ τοι ὅσσ' ἐνὶ ὕπνῳ
Φαίνονται, πολλὰς μὲν ὄις, πολλὰς δὲ χιμαίρας. id est,

Possideo quæcunq; solent sub nocte videri
In somnis, vim magnam ouium, multasq; capellas.

Apud eundem Theocritum Piscator somniat aureum piscem. Et infimæ sortis homines, nonnunquam reginarum coniugium

ingium somniant. k Esurias experrectus.] *Solomon in Proverb cap. 6. Vsquequò piger dormis? quando surges è somno tuo? Paululùm dormies, & veniet tibi quasi viator egestas, & pauperies quasi vir armatus.* l O prodigiorum.] Τεγέτιος Ζεύς, *Iupiter prodigiorum auersor. Sophocles in Oedipo Epicolono vocat malorum depulsorem:* Ζεῦ ἀλεξίκακε, τίς ποθ' ὁ πρέσβυς; id est: *Iupiter malorum depulsor, quisnam hic senex? Hesychius ait,* τερατίους θεούς, *deos esse signorum ac prodigiorum effectores.* m Auersor Iupiter.] *Ab admiratione.*

n Malorum depulsor Hercules.] Ἀλεξίκακος Hercules, *hoc est, expellens mala, post Apollinem etiam dictus est, cuius etiam meminit Hesychius. Quibus monstris terras liberârit, plena sunt omnia.* o At tu mihi.] *Nouitatem rei eleuat ab exemplis.* p Achillis equus.] *Xanthus Achillis equus concionans apud Homerum* Ιλιαδ. τ. *in fine:* τὸν δ' ἄρ' ὑπὸ ζυγόφιν, σφετέρῃ πόδας ἀίολος ἵππος, &c. q Μακρὸν χαίρειν φράσαι.] *Longum valere iussisset. Rem autem à qua nos abdicamus, ei renunciare dicimur, ac longum valere iubere: sumpta metaphora ab ijs, qui discedunt diutiùs abfuturi, seu nunquam redituri. Vsurpat Lucianus in Ione Tragœdo. item in Apologia* ὧδε δ' ἐν τῇ προσαγορεύσει πταίσμασιν, *interpretatur prouerbium his quidem verbis:* τὸ γοῦν μακρὰν χαίρειν τὸ μηκέτι φροντίζειν δηλοῖ; id est, *hoc dictum longum valere, declarat nobis non amplius curæ futurum. Virgil.*

Et longum formose vale, vale, inquit Iola.

r Nauis, cui nomen Argo.] *Argo dicitur fuisse prima nauium, in qua Iason cum quinquaginta quatuor heroibus Thessalis nauigauit Colchos, ad rapiendum vellus aureum. Dicta ab eiusdem nominis artifice, qui etiam inter nauigandum eius resarciendæ curam susceperat. Alij ab ἄργος, quod est velox. Facta est autem arboribus Dodonæ syluæ Epyri Ioui sacræ, quibus olim oracula reddebantur. Vocales enim fuisse dicuntur. Vnde & Poëtæ finxerunt, hanc nauem fuisse vocalem & loquaculam. Seneca:* - ipsaque vocem prodidit Argo. *Ad id Poëta doctissimus respexit, quod Argonauticôn 4. Apollonius scribit, in carina nauis Argus à Pallade lignum fuisse impactũ ex Dodonide fago, quod humano voce fungeretur quan-*

doque. Sic enim ait: αὐτίκα δ' ἀφρωΐαχος ἀνδρομέη ἐνεπὴ μετὰ τηλόθεν ἀὐδὴ ἐν γλαυφυέεσσιν ὑφ' ἡνιόχοις δέρη. Propterea Lycophron alicubi λάλητρον ἱππαγὼν: i. garrulam nuncupat picam. Eius interpres: Illa, inquit λαλητικὴ τὴν ἔχει τὴν πρόπτιν ἐκ τῆς δωδώνης δρυός: i. Carinam habebat loquacissimam ex Dodonæ quercu. Porrò vetus Arati Phænomenon interpres scribit, Danaum ab Aegypto fratre se proripientem, auxilio Mineruam inuocasse, à qua primùm sit compacta nauis, quæ Argo sit appellata, eaque petierit Danaus Argos. Auctor autem Aeschylus, ab Minerua eadem materiam quandam loquentem naui insertam: quod repetit Iginus quoque. Extat & Antipatri epigramma de nauta quodam fulmine icto, cuius nauis per se, moderante nullo, ad litus delata rem gestam significauit. Nec Argoam, inquit, expetiuit carinam: ἀγχέλλει θείῳ, ἧς λιγυὺ μιμήσατο καὶ φθέγσεται, ἀγγέλλει δ' ἐπίηνος ἀοιδήν. Reperias & alibi eius rei mentionem, *maximè apud Claudianum de victoria Stiliconis contra Alaricum:*

— licèt omnia vates
In maius celebrata ferant, ipsamque secandis,
Argois trabibus iactent sudasse Mineruam.
Nec nemoris tantùm vinxisse carentia sensu,
Robora, sed cæso toto Iouis arbore luco
Arbore præsaga tabulas animasse loquace.

s **Dodonæa sylua.**] *Dodona ciuitas Chaoniæ, Epiri regionis, à qua non longè nemus erat querneum Ioui sacrum, in quo & templum Ioui sacrum, oraculum habens, quod à fagis & quercubus vocalibus reddi, figmentis tradiderunt nonnulli.*

t **Mercurij sim assessor.**] *Poëtæ Mercurio ideò Gallum assessorem faciunt, quòd literati & negociatores vigilare habent necesse:*

Nec totam somno fas est consumere noctem.

u **Loquacissimi.**] ψιθυριστὴς Ἑρμῆς, i. *susurro, seu loquax Mercurius sic & Athenis & vocatus & cultus, cuius Demosthenes meminit in oratione Neæræ: si ea legitima sit, vt Harpocration scribit.* x **Deorumq; omnium facund.**] *Mercurius est sermonis auctor, & eloquentiæ Deus. Martialis lib. 7:*

Cyllenes cœliq́ue decus, facunde minister.

Item Lucianus in apologia Pro mercede conductis: Eloquentiæ præsidi

præsidi Mercurio sacrificabo. y Quempiam fuisse Gallum] *Gallus adolescens in auem conuersus. Rhodiginus lib. 16. cap. 13.* z Cùm Venerem adiret Mars.] *Martis & Veneris adulterium à Sole deprehensum, vide apud Ouid lib. 4. Met. cuius verba Boliginus sic contraxit:*

Leucothæ post hanc Solis narrabat amores,
Qui tua vulgarat Martia stupra Venus:
Aurea tunc vobis ponuntur retia iunctis:
Et fuit hæc cunctis fabula nota deis.

A Solem exorientem.] *Prisci noctis deliquium & accessum diei, galli cantu metiebantur, gnomonibus horarijs nondum repertis. Gallus autem tribus interuallis canit, prænuncians diem. Qua de re Plinius lib. 10. cap. 21. Et hi nostri vigiles nocturni, quos excitandis in opera mortalibus, rumpendoque somno natura genuit, norunt sidera, & ternas distinguunt horas interdiu cantu. cum Sole eunt cubitum: quartaq; castrensi vigilia, ad curas laboremque reuocant. Nec Solis ortum incautis sinunt obrepere, diemque venientem nunciant cantu: ipsum verò canium plausu laterum. Hactenus Plinius. Cur autem id accidat gallis, Democritus apud Ciceronem de Diuinationibus, concoctionem esse in causa putat, quòd id temporis cibus à pectore depulsus, in omne corpus digeritur. Huic autem animanti venter mirificè calidus, ita vt omnia statim concoquat. Poetæ ad hanc Luciani fabulam referunt. Ausonius:*

—ter clara instantis Eoi
Signa canit, serus deprenso Marte satelles:

Martialis:

Cristatæque sonant vndique lucis aues.

Lucretius libro 4. scitè & eleganter naturam huius auis describit, & Politianus in suo Rustico:

Quin etiam Gallum (*inquit Lucret.*) noctem explaudentibus alis
Autoram clarâ consuetum voce vocare, *&c.*

Noctem explaudentib. alis, i. alis noctem cũ sonitu, & veluti applausu exeuntientib. atq; exturbantibus. Videntur enim galli alis noctem suo complosu, vel suarum alarum ad latera appulsu exigere & expellere. B Mnesarchida.] *Mnesarthi annulorum*

sculptoris filio, de quo Diog. Laertius. C Qui instituit.] *De disciplina Pythagorica, siue eius dogmatibus & symbolis, Gellius lib. 1. cap. 9. item lib. 4. cap. 11. Et Erasmus meus copiosissimè in Chiliadibus. Ouid. libr. 15. Met.* D Carnes gustaret.] *Seneca 19. Epistola ait, Pythagoram abstinuisse à carnibus.* E Ne intra quinquennium.] *Idem Lucianus in Dialogo βίων προέξεως quinquennale silentium Pythagoreorum iocis suis incessit.* F Euphorbus.] *Nobilis Troianus Iliaco in bello à Menelao occisus, cuius animũ Pythagoras in se immigrasse affirmabat. Ouid. libr. 15. Metam.* G Tanagræus.] *A Tanagra Bœotiæ Mediterraneæ vrbe, de qua Ptolomæus lib. 3. cap. 5. Plinius lib. 10. cap. 2.* H Alterum quidem.] *Tacitè notat Pythagoræ vanitatem, vt qui sibiipsi repugnárit.* I Narra.] *Occasio totius disputationis.* K Nouum quendam.] *De ratione somniorum argreßiuncula ex Homero.* L Iam septa transilit.] *De somnio, cuius finis cùm sit somnus, iam etiam vigilanti duraret. Vide Erasmum nostrum in prouerbio, Vltra septa transilire.* M Atqui duas.] *Homerus ὀδυσ. τ:*

Δοιαὶ γάρ τε πύλαι ἀμβρότων εἰσὶν ὀνείρων.

Quem locum expressit Virgil. in fine 6. Aeneid.

Sunt geminæ somni portæ, quarum altera fertur,
Cornea,—&c.

Si quis plura de geminis somni portis præter ea quæ Seruius ibi annotauit, legat Macrobium & Porphyrium philosophum. Item Ouid. 11. Metam. N Captus oculis.] *Obid Homeri nomen sortitus est, quum priùs Meletigenes diceretur, & ad Meletem fluuium natus esset, Cumæi namq; & Ioues captos oculis ὁμήρους appellant, quod ὁμήροις, i. itineris ducibus egeant. Hinc captus oculis sic dicitur, & cæcutiens Meonius, à Martiano libr. 1. de nuptijs Philologiæ.* O Mihi verò.] *Commendat somnium suum à materia, seu subiecto.* P Mida.] *Midæ Phrygiæ tyranni immensæ opes fabulis complurimis & adagijs locum fecêre. Huic Plinius primum attribuit locum inter insignitèr diuites, libr. 33. Hodie auari Midæ dicuntur.* Q Pindarus.] *In Olympia Hieroni Syracusani χίλωνι, Ode 1. Optima res aqua. Aurum excellit in superbis diuitijs, sicut excellit fulmen ignis nocte.* R Lotum.] *Lauabant veteres & vngebantur*

ante

ante cœnam, referente Homero Iliad. ν. S Ambrosia.] *Frequens noctis epitheton apud Homerum.* T Credebam molestum.] *Narratio continens descriptionem cœnæ Eucratis, & causam somnij.* V Litera.] *Pro linea gnomonem horologij intelligit. prisci enim lineis & vmbris horas distinguebant. Olim qui vocabant ad cœnam, designabant ad quam vmbram solarij vellent adesse conuiuas: itidem qui vocabantur, ne venirent ante tempus, rogabant ad quotam lineam esset veniendum.* X Ferebatur.] *Notat obiter & Stoicorum mores, qui cum ἀπαθεῖς esse volunt, interim nihil non appetunt.* Y Lupus frustra hians.] *Aiunt enim, lupum prædæ inhiantem recto latè diducto accurrere: qua si frustretur, obambulare hiantem. Vnde natum prouerbium, Lupus hiat: quod dicebatur, si quis re multùm sperata, multumq; appetita frustratus discederet. Dionysius Sophista in epistola quapiam: Num insciens in prouerbium indici, factusque sum lupus frustra hians? Vide Erasmum in Chiliadib.* Z Deinceps cœnabamus.] *Stoicorum inepta doctrina & conuersatio.* a Duæ negationes.] *Caius de verborum significationibus: Duobus negatiuis verbis quasi permittit lex magis, quàm prohibuit: idque etiam Seruius animaduertit. Grammatici etiam fatentur duas negationes affirmatiuam inducere.* b Porrò ipse.] *Quæ in diuitibus speciosa ac beata habeantur vulgò.* γ Adeóne es auri.] *Auri encomium. estque hæc prior collationis pars, quæ diuitias commendat.* δ Homerus Gratijs similes.] *Homerus Iliad. ε. in cæde Euphorbi:*

αἵματι οἷδ' ἀλόῃ κεφαλὴ καὶ ἐΐσκετο καλῇσι.

id est, *sanguine irrigatæ comæ Gratijs similes. Quam ob causam ἐριπλόκαμος & à Trezene nuncupatur, vt qui solitus fuerit auri ramenta implicare cirrato capillitio.* ε Neque isthuc.] *Amplificatio ab exemplo Iouis.* ζ Saturno Rheáque progenitus, cùm Argolicam illam puellam.] *Iupiter Danaës, Acrisij regis Argiuorum filiæ, in turri à patre inclusæ, vigilibus custoditæ amore captus, in imbrem aureum conuersus corrupit. De hac fabula Ouidius libro 6. Metam. Horatius 3. Carminum, Ode 16.* η Iam verò.] *Ab effectu & vsu.*

θ Saturnalibus.] *Saturno dicatis, quibus seruis discumbentibus*

bentibus Romani inseruiebant, feriatis interim ab opere septem dies, quibus exactis ad solitas operas reuocabantur. Saturnalium meminit Athenæus lib. 14. Macrobius cap. 1. lib. 1. ι Noui Simonem.] Probat exepto vicini Simonis. κ Coccyzabam.] Coccycis proprium est gallorum accidens. λ Simonides.] Simonidis ἡ senectus in Macrobijs habetur, cuius etiam meminit Pausanias. μ Non secus atque cestus ille poëticus.] Id est, poëticum Veneris cingulum. Est autem cestus Veneris cingulum, efficax ad illectamenta gratiarum & amorum, quo illa dicitur Martem sibi conciliare. Hinc τὸν κυπρογενῆ κεστὸν habere dicuntur, qui nouis modis quemlibet in amorem sui pelliciunt. Sumptum est autem ex Homerica Iliad. ξ Quo loco Iuno concubitura cum suo Ioue, Venerem adit, atque ab ea cingulum gratiarum & amorum conciliatorem commodatò petit. Ab hoc & nostri incestum deduxêre. Sic verò vocatus cestus, velut κεκοσμημένον, id est, ornatus, seu ἁρμοκεκαστημένον, quòd vim variam habet & colligandi & constringendi. Meminerunt huius Theocritus in Adonidis epitaphio, & Martialis multis in locis. ο Ab Poëtis.] A testimonio Poëtarum, Euripidis in primis. π Quoniam tu.] Hîc pauperum & mediocrium in vita hominũ conditionem esse optimam & tranquillissimam, multis ostenditur. ρ Per Iouem.] Propositio alterius partis collationis. σ Hoc tantum.] Transitio. τ Quemadmodum initio.] Series mutationum Pythagoræ, pertinens ad fidem faciendam sequentibus. υ Sed ego.] Micyllimutationes, per digressiunculam. φ Tu formica fueras.] Formicas Indicas aurum ex cauernis egerere, adserit Plinius libro 11. capite 30. χ Ab Menelao necatus.] Homerus in principio Il. ψ Domum.] Corpus animæ domicilium intelligit. ω Ea quæ ad Troiam gesta sunt.] Troiani belli historiam veram non esse apud Homerum, testes plures sunt. Dion Prusensis in libro de Troia non capta: Quidam, inquit, inter quos est Aristoteles, scribunt Ilium nunquam fuisse captum à Græcis. Eusebius quoque libro 3. affirmat, à primæ Olympiadis tempore Græcam tantùm historiam creditam, cùm inquit: Ante hoc, vt cuique visum est, diuersas sententias tulerunt. Mihi videtur longè aliud

sud sensisse D. Augustinum cùm sapè aliàs, tum maximè lib. 1. Ciuitatis diuinæ, cap. 2. Circumferuntur hodie Dictys Cretensis de bello Troiano ac reditu Græcorum, volumina; sex Extat Daretis Phrygij de excidio Troiæ liber. Extat & Ilias, nobile opus Homeri, quo Troiæ captæ historiam libris 24. explicat, cùm Virgilius duodecim libris complexus sit, quod ex vtroque opere visum est decerpere. ♆ In Bactris.] *Bactra Scythiæ prouincia vltra Assyriam, à flumine Bactro cognominata, in qua ciuitas eiusdem nominis, metropolis Scythiæ.* ♆ Cæterùm ego.] *Alia digressio de rebus Troianis & Homero.* A Cygno prognatam.] *Tradunt Ledam Testij filiam, à Ioue in cygnum conuerso, ad Eurotam amnem compressam. Quo compressu grauida, peperit Pollucem & Helenam: ex Tyndareo verò, Castorem & Clytemnestram, quæ postea Agamemnoni nupsit. Fabulantur eam ex Ioue ouum peperisse, vnde prognatos Castorem, Pollucem & Helenam. Hyginus secus fabulam refert. Paulo diuersiùs in commentarijs Isacius Tzetzes, quos scripsit in Cassandram Lycophronis.* B Patroclum.] *Iliad. 16. in fine.* C Illudit.] *Redit ad propositum, & Pythagoram tacitè perstringit, vt sophistam & præstigiatorem, qui & quæ docuit, imponendi causa docuerit, & in quæ transmutatum se dixit, alijs natura quoque repugnârit.* Δ Ori & Isidis.] *Monumenta literarum Hieroglyphicarum: sic enim vocantur ænigmaticæ sculpturæ, quarum priscis seculis multus fuit vsus, potissimùm apud Aegyptios, Vates & Theologos, qui nefas esse ducebant sapientiæ mysteria literis omnibus vulgo profano prodere, quemadmodum nos facimus: sed quid cognitu dignum iudicarent, id animantium rerumque variarum expressis figuris, ita repræsentabant, vt non cuiuslibet statim esset coniicere verum, si singularum rerum proprietas, si peculiaris cuiusque animantis vis ac natura cognita, penitusque perspecta fuisset. is demùm collatis eorum symbolorum coniecturis, ænigma sententiæ deprehendebat. Ori Aegyptij extant duo super huiusmodi symbolis libri. librorum Isidis meminit Plato libro secundo de Legibus.* E Crotoniatæ.] *Populi Italiæ Tarentis vicini, Pythagoræ omnes addicti, Metapontici quoque.*] Aspasia.] *Milesia à Pericle in matrimonium ac-*

cepta, cùm esset captiua, causa fuit Samij belli & Peloponnesiaci. Plutarchus in Pericle: & Aristophanes in ἀχαρνεῦσι.

H Siquidem inter.] *Ridiculum ab absurdo.* Θ Illa quidem.] *Defensio absurda ab exemplis.* I Teiresias.] *Rex Thebanus & augur. Cic. lib. 5. Tuscul. Ouid. lib. 3. Metam. de quo idem Lucianus in dialogo Menippi & Tiresiæ, vbi plura annotauimus.* K Elati proles Cæneus.] *A lacte nutricis elegantissima puella fuisse creditur. Eius forma Neptunus captus, pro concubitu dedit vt in virum mutaretur, & ferro vulnerari non posset. Imperabat Lapithis. quos quũ per hastam suã per fastum & deorum contemptum iurare cœpisset, iratus Iupiter pugnantem cum Centauris arboris stipite oppressit. Mortuus in auem mutatus dicitur ab Ouid. lib. Metam. 12. Maro verò, in priorem sexum redijsse. 6. Aeneid.*

It comes & iuuenis quondã, nunc fœmina Cæneus,
Rursus & in veterem fato reuoluta figuram.

Λ Age igitur.] *Digressio in quæstionem iocosam.* M Cratetem.] *Philosophum Cynicæ sectæ studiosum, Thebanum.* N Deinde rex.] *Redit ad disputationem de diuitijs, & quanta eædem incommoda iuncta habent: estque hæc altera collationis pars.* Ξ Te quidem non magnopere.] *Quæ belli temporibus diuitem excrucient: & contrà, quæ pauperem ijsdem temporibus commoda sequantur.* O Tu interim.] Ἀντίθεσις. Π Rursum pacis.] *Quæ pacis temporibus* P At tu censor.] Ἀντίθεσις. Σ Quòd si quando.] *Quæ circa valetudinem.* T Longum plorare.] κλαίειν *etiam in prouerbium abijt, vt plorare iubeamus, quos contemnimus. Quidam inde natum existimant, quòd Scythæ Dario regi nihil aliud respondérint, quàm* κλαίειν, id est, *vt plorare. Idem Lucianus in Tragopodagra:* ἐγὼ δὲ τούτοις οὐδὲν ἄλλο λέγω: id est, *Sed omnibus illis nil nisi plorare impero. vbi quædã annotauimus.* Υ Icari in morem.] *Alludit ad historiam fabulam Dædali, qui sibi ac filio suo fabricatis alis, in Siciliam fugit. Icarus pennis destitutus, in pelagus concidit, atque loco nomen dedit. De quibus Virgil. 6. Aeneid. & Ouid. lib. 8. Met.* Φ Nempe vbi Crœsus.] *Amplificat exemplis.* Χ Dionysius abdicatus.] *Dionysii Siculi tyranni, ac Syracusarum domini fortuna*

tuna refertur à Iustino lib. 12. Mortuo enim superiori Dionysio illius patre, à militibus substituitur, verùm cùm tyrannidem sæuiùs Syracusis exercerit, coactus est imperium relinquere & Corinthum profectus, in omniaque vitia lapsus, tandem ludimagister factus est, vt omnino absque imperio non esset. Hinc Plutarchus ait, regiam Dionysii puluerulentam fuisse, propter eorum multitudinem, qui Geometricas in puluere figuras describebant. Fuit enim eruditus, vt pote Platonis auditor olim. Interrogatus iam exul, quid ei philosophia profuisset? respondit: Vt æquo animo ferrem talem fortunæ mutationem. Huius vitam ex Historicis petendam relinquimus. ✝ Ne mihi in memoriam.] *Hactenus quæ priuatis ac ciuibus accidunt: iam videntur, quæ magnatibus ac regibus.* Ω Atmei ipsius misereſcebat.] *Amplificatio à collatione.* a a Prægrandibus illis Colossis.] *Colossis prægrandibus similes reges esse affirmat: quorum sistrepitum & apparatum inspicias, nihil felicius, nihil deorum vitæ similius: sin curas, suspiciones, odia contemplere, quibus intus discruciantur, nihil calamitosius. Colossi autem dicuntur, vastæ prodigiosæque magnitudinis statuæ, quarum aliquot referuntur apud Plinium. ijs enim impendio delectabantur Romani olim. Hinc alibi & hîc prouerbialis hyperbole apud Lucianum, Colossi magnitudine.* b b Phidias.] *De istis tribus statuarijs insignibus multa alibi annotauimus.* c c Intra Colossum.] *Quorum Colossi foris multo nitebant ebore, multo fulgebant auro, varijsque coloribus arridebãt. Præterea Iouis aut Neptuni repræsentabant imaginem, fulmen aut tridentem dextra tenentes, vt planè numen aliquod esse viderentur, cùm intus nihil appareret præter picem, araneas, & id genus sordes.* d d Ne per somnium quidem.] *Græcis prouerbialiter dictum est, pro eo quod est, nulla ratione, nullo tempore. Idem de Mercede conductis: Ne per somnium quidem vnquam albo pane satiatus est. Rursus de Electro: Porrò suauiter canentes, & eo modo quo tu prædicabas, ne per somnium quidẽ audiuimus.* e e Quippe nec Atridem.] *Homerus Iliad. η. in principio, cùm Agamemnonẽ cæteris Achiuis dormientibus solum vigilantem facit.* ff Adde quòd Lydum illum. *Cræsum intelligit Lydorum regem, quem filium habuisse Athym*

nomine, mutum, præter alios commemorat Solinus capite 7. Porrò quòd Græcè κωφὸς eſt, quod propriè ſignificat mutum, vt vertit Eraſmus, accipitur etiam ἀντὶ τῦ βεβλαμμένου τὴν ἀκοὴν, id eſt, *pro eo cui auditus eſt vitiatus*, hoc eſt, *ſurdo: propterea quòd qui (vt Phyſici tradunt) naturâ ſurdi, ijdem & muti ſint oportet.* gg Ad aurem communicans.] *In aurem dicere vel hodie, inquit Eraſmus, vulgò dictitant, pro eo quod eſt clanculùm & ſecretò committere. Translatum ab ijs, qui propiùs admoti ad aurem inſuſurrant quæ nolint ab alijs audiri. Idem vſus eſt De non facilè credendis delationibus.* hh Aberret ſmilion.] *σμίλιον culter eſt ſutorius, quo corium incidituꝛ. Vtitur etiam vocabulo hoc Eraſmus in Parabolarum ſiue Similium libro.* ii Deinde vbi conciderint.] *Alia collatio hiſtrionum.* kk Quo ad Cecropes.] *De Cecrope Athenienſium rege, à quo Athenienſes Cecropidæ dicti.* ll Aut Siſyphi.] *De Siſypho latrocinijs Atticam infeſtante, & de Telepho, qui ob cædem auunculorum in Myſiam fugit, nobis alibi dictum eſt.* mm Iſtum quem nunc ſuſcitas.] *Pythagoras, cuius anima fingitur ſubinde mutato domicilio, per omnia virorum ac mulierum, bipedum & quadrupedum corpora fuiſſe peregrinata, fatetur hic, ſe longè ſuauiùs vixiſſe quum eſſet rana, quàm cùm eſſet rex.* nn Illud autem.] *Concluſio.* oo Atego te.] *Iam & exemplis probat quæ dixit hactenus.* pp Vides illum.] *Efficta diuitis cogitabundi, & rationem ſupputantis.* qq Mirum ni curis.] *Auari hominis hypotypoſis. Sic Horatius primo Sermonum:*

Queis humana ſibi doleat natura negatis,
An vigilare metu exanimem noctesq; diesq;,
Formidare malos, fures, incendia, ſeruos,
Ne te compilent fugientes: hoc iuuat, &c.

Item Iuuenalis:

parcus homo rerum tutela ſuarum,
Certa magis quàm ſi fortuna ſeruet eoſdem,
Heſperidum ſerpens — *Idem:*
Tantis parta malis cura maior, metuq;
Seruatur: miſera eſt magni cuſtodia cenſus. rr Vides hunc curis vigilantem.] *Similimum his Tantalis,* hoc eſt,

est, auaritissimis hominibus, & animo inquietissimis, facit Plautus suum Euclionem. ss Vides Eucrates.] *Honesta admodum præcisio in re valde turpi. Significat autem malculam Venerem. Exaggerat eam turpitudinem ab ætate. Cùm enim (vt Cicero inquit) libido omni ætati turpis sit, tum senectuti turpissima est. Huius Eucratis diuitis habetur Dialogus Plutonis & Mercurij.*

ΔΙΣ ΚΑΤΗΓΟΡΟΥΜΕ. ἢ Δικαστήρια. *BIS ACCVSATVS, seu Fora.*

Iacobo Micyllo interprete.

ARGVMENTVM.

ET hic Dialogus maxima ex parte contra philosophos, idque nominatim etiam institutus est. Introducit enim iudicio inter se contendentes, primò Academiam & ebrietatem pro Polemone philosopho, actione fugæ, quòd is cùm antea per omnem ætatem ebrietati ac crapulæ deditus fuisset, audito fortè quodam Xenocrate, subitò relictis priore vita ac habitu, ad frugem redierit, ac philosophari cœperit. Secundò, Stoam & voluptatem pro Dionysio Heraclensi, iniuriarum. quoniam hic ab initio Stoicam professionem secutus, mox cum morbo quodam correptus, ἀπαθείαν istam quam Stoici docent, cum corpore ac valetudinis affectione pugnare videret, eamque præstare non posset, ad Epicureos defecerat. Tertiò molliciem & virtutem pro Aristippo, consimili actione. Nam & hic cùm ab initio Socratis auditor & virtutis sectator extitisset, postea voluptatem vt finem bonorum asserere cœpit. Quartò mensariam Diogeni Cynico actionem fugæ intendentem, quoniam hic cùm à principio quæstum patris secutus, pro mensario sese gessisset, postea cùm ob adulteratam monetam solùm vertere coactus fuisset, Athenas venit, & philosophiam sectari cœpit.

Quintò

Quintò pictoriam artem, Pyrrhonem vt desertorem accusantem, quòd ab initio pictor fuerat, postea autem relicta ea arte ad philosophiam sese contulerat. Videtur autem velle Lucianus ostendere & quàm ipsi homines abiecti ac viles, quidam autem etiam perditi per se fuerint, qui apud alios de virtute ac summis rebus philosophari, & foris sapientiæ titulo gloriari soliti sint: & quàm à malis, interdum etiam turpibus principijs & causis, ad tantarum rerum professionem prosiluerint, cùm alium videlicet ex ebrio subitò Academicum factum, alium ex impostore Cynicum, alium autem etiam ex propria affectione bonorum finem & virtutis naturam æstimasse ostendit. Postremò aũt & seipsum à Rhetorica & à Dialogo reum fieri fingit: ab illa, quòd ea à qua plurimum adiutus & nobilitatus fuerat, deserta, ad Dialogum transierit: ab hoc autem, quòd veterem eius characterem & modum egressus, iocosa & comica argumenta, contra vetus Platonis exemplum, tractare cœperit. Quo iterum videtur & studiorum suorum & instituti rationem quandam exponere voluisse, & pariter illis respondere quoque, qui ob scribendi genus, & dictionis nouitatem, ipsum fortassis nonnihil corripuerant, quemadmodum & suprà in Prometheo fecit. Ab exordio autem longam querelam Iouis de curis & officijs deorum præmittit, qua occasionem instituto dramati quærit, & quasi quandam viam ad futuram actionem sternit. Deinde & alteram Iustitiæ, quæ se in terras iterũ à Ioue ad præsidendũ iudicijs videlicet demitti grauatur. Vbi in genere quoque philosophorum initia siue creationes, & contentiosas atque clamosas disputationes persequitur, adhibita ad hoc Panos persona, vtpote liberioris dei, & ipsam rem, vt est, παχυμερέστερον etiam narrantis. Titulus alter ab eo qui bis, hoc est, à Rhetorica, & à Dialogo accusatur, sumptus est, alter à toto argumento.

ΖΗΝΟΞ.

ΖΗΝΟΣ, ΕΡΜΟΥ, Δίκης, Παιὸς, Αθλιαίης, Ἄλλε καὶ Ἄλλε, Ἀκαδημίας, Στοᾶς, Ἀρκεσίλα, Τρυφῆς, Διογένους, Ῥητορικῆς, Σύρε τε Διαλόγε.

IVPITER, MERcurius, Iustitia, Pan, Atheniensis, Alius & Alius, Academia, Stoa, Epicurus, Virtus, Mollicies, Diogenes, Rhetorice, Syrus, Dialogus.

Ἀλλ' ἴσως ἐβέλγω, ὁπόσοι τῶν φιλοσόφων παρὰ μόνοις τοῖς θεοῖς εὐδαιμονίαν φασὶν εἶναι τοῖς θεοῖς. ἃ γοῦν ἤδεσαν, ὁπόσα τῶν ἀνθρώπων ἕνεκα πάσχομεν, οὐκ ἂν ἡμᾶς τοῦ νέκταρος ἢ τῆς ἀμβροσίας ἐμακάριζον, Ὁμήρῳ πιστεύσαντες, ἀνδρὶ τυφλῷ καὶ γόητι, μακαρίας καλοῦντι ἡμᾶς, καὶ τὰ ἐν οὐρανῷ διηγουμένῳ, ὃς οὐδὲ τὴν γῆν καθορᾶν ἱκανός. αὐτίκα γοῦν ὁ μὲν ἥλιος οὗτοσὶ ζευξάμενος τὸ ἅρμα, πανημέριος τὸν οὐρανὸν περιπολεῖ, πῦρ ἐνδεδυκὼς, καὶ τῶν ἀκτίνων ἀπαστράπτων, ὥστε ὅσον κνήσασθαι τὸ οὖς, φασὶ, σχολὴν ἄγειν.

AT malè pereant, quicunque philosophorum apud solos deos felicitatem esse dicunt. Quòd si igitur nossent quàm multa nos hominum causa patiamur, haudquaquam nos ab nectar aut ambrosiam beatos prædicarent, [a] Homero videlicet credentes, homini cæco, & præstigiatori, beatos vocitanti nos, & ea quæ in cœlis geruntur, exponenti: cùm ipse ne illa quidem quæ in terris fiunt, aspicere potuerit. Iam primum certè Sol quidem hic [b] iuncto curru totam diem cœlum circumuagatur, indutus igne, & resplendens radijs, ne tantum quidem ocij habens, quantum ad scalpendam aurem, ceu dici solet, sufficiat.

Nam

ἂν γάρ τι καὶ ὀλίγον ἐπιῤῥαθυμήσας λάθῃ, ἀφλωιάσαντες οἱ ἵπποι, καὶ τῆς ὁδοῦ παραπαπόμενοι, κατιφλέξαν τὰ πάντα. ἡ σελήνη δὲ, ἄγρυπνος καὶ αὐτὴ περιέρχεται, φαίνουσα τοῖς κωμάζουσι, καὶ τοῖς ἀσελγῆ ἀπὸ τῶν δείπνων ἱκανιοῦσιν. ὁ Ἀπόλλων τι αὖ, πολυπράγμονα τὴν τέχνην ἐπανειλόμενος, ὀλίγου δεῖν τὰ ὦτα ἐκκεκώφωται, πρὸς τῶν ἐνοχλούντων καὶ χρείαν ἔχειν μαντικῆς. καὶ ἄρτι μὲν αὐτῷ ἐν Δελφοῖς ἀναγκαῖον ἦν· μετ' ὀλίγον δὲ εἰς Κολοφῶνα βᾷ, κἀκεῖθεν εἰς Ξάνθον μεταβαίνει, καὶ δρομαῖος αὖθις εἰς τὸν Κλάρον, ἔπειτα εἰς Δῆλον, ἢ εἰς Βραγχίδας. καὶ ὅλως, ἵνα ἂν ἡ προμαντις, πιοῦσα τοῦ ἱεροῦ ὕδατος, καὶ μασησαμένη τῆς δάφνης, καὶ τὸν τρίποδα διασείσασα, κελεύῃ παρεῖναι, ἄοκνον χὴ αὐτίκα μάλα παρεσόμενον,

Nam si vel paululùm cessauerit insciens, arreptis habenis equi, & à via transuersè euntes, omnia miscere incendijs solent. Luna autem insomnis & ipsa circumit, & lumen exhibens ijs qui nocturnis comessationibus atque lasciuijs indulgent, quique præter tempus à cœnis domum redeunt. Rursus autem & Apollo negotiosam quandam artem professus, parùm abest quin totis obsurdescat auribus, tanta illi multitudine quotidie obstrepente, atque oracula efflagitante. Ac nunc quidem in Delphis illi esse necesse est, paulò autem pòst Colophonem currendo petit. Inde & Xanthum transit, & cursu postea in Clarum abit, deinde verò etiam in Delum, vel ad Brachidas. Et in summa, vbicunque sacerdos oraculorum interpres, postquam de sacro latice biberit, & laurum commanderit, ac tripodem impulerit, adesse iubet, impigrum ac strenuum quamprimum assistere necesse est, cõne-

ctentem

ναι, συνείροντα τοὺς χρησμὸς, ἢ οἴχεσθαι οἱ τὴν δόξαν τῆς τέχνης. ἐῶ γὰρ λέγειν, ὁπόσα ἐπὶ πείρᾳ τῆς μαντικῆς ἐπιτεχνῶνται αὐτῷ, ἄρνεια κρέα, καὶ χελώνας εἰς αὐτὸ ἕψοντες, ὥστε ἂ μὴ τὴν ῥῖνα ὀξὺς ἦν, κἂν ἀπῆλθεν αὐτοῦ ὁ Λυδὸς καταγέλων. ὁ μὲν γὰρ Ἀσκληπιὸς, ὑπὸ τῶν νοσούντων ἐνοχλούμενος, ὁρᾷ τι δεινὰ, θιγγάνει τι ἀηδῶν, ἵν' ἀπαλλείσῃ τι συμφορᾶς, ἰδίας καρπούται λύπας. τί γὰρ ἄν, ὡς τοὺς ἀνέμους φυτουργοῦντας λέγοιμι, καὶ παραπέμποντας τὰ πλοῖα, καὶ τοῖς λιμῶσιν ἐπιφωνοῦντας, ἢ τὸν ὕπνον, ἐπὶ πάντας πτερόμενον, ἢ τὸ ὄνειρον, μετὰ τοῦ ὕπνου διανυκτερεύοντα, καὶ ἀποφυτεύοντα, αὖθις; πάντα γὰρ ταῦτα ὑπὸ φιλανθρωπίας οἱ θεοὶ ποιοῦσι, καὶ πρὸς τὸν ἐπὶ γῆς βίον ἑκάστοις συλλούονται. διά τοι τὰ μὴ τ' ἄλλων μέτεια·

ctentem oracula, vel intercidere artis huius gloriam sibi pati. [d] Nolo enim dicere quàm multa experiendæ artis, & probandorum vaticiniorum causa, insidiosè quidam contra ipsum machinantur, dum carnes agninas testudinesq; vno & eodem vase coctas illi apponunt: vt nisi nasum acrem & acutum haberet, abijsset eo etiam deriso Lydus ille. Nam Aesculapius quidem, cùm ab ægrotantibus quotidie vexetur, & tuetur graue, & tractat iniucunda, alieniséq; ex malis proprias sibi contrahit molestias. Quid enim Ventos dicam plantas fouentes, & promouentes nauigia, ysque qui frumenta, ventilant, ac paleas secernunt, aspirantes? [e] Aut Somnum, ad omnes volantem? aut etiam Insomnium vnà cum Somno pernoctãs, ac veluti interpretem quendam illius se gerens? Omnia enim hæc humanitate ac beneuolentia quadam erga mortales dij operantur, & ad vitam in terris agendam singulis constribuunt. Ac cæterorum quidem negotia adhuc mediocria.

πρια· ἐγὼ δ' αὐτὸς, ὁ πάντων βασιλεὺς καὶ πατὴρ, ὅσας μὲν ἀηδίας ἀνέχομαι, ὅσα δὲ πράγματα ἔχω, πρὸς τοσαύτας φροντίδας διῃρημένος; ᾧ πρῶτα μὲν τὰ τῶν ἄλλων θεῶν ἔργα ἐπισκοπεῖν ἀναγκαῖον, ὁπόσοι τι ἡμῖν συνδιαπράττουσι τῆς ἀρχῆς, ἢν μὴ βλακεύωσιν ἐν αὐτοῖς· ἔπειτα δὲ καὶ αὐτῷ μυρία ἄλλα πράττειν, καὶ σχεδὸν ἀνίφικτα ὑπὸ λεπτότητος. ἐγὼ γὰρ μόνον τὰ μυριανδρα ταῦτα τῆς διοικήσεως, ὑετοὺς καὶ χαλάζας, καὶ πνεύματα καὶ ἀστραπὰς αὐτὸς οἰκονομήσω, καὶ διαταξάμενος πέπαυμαι, τῶν ἐπὶ μέρους φροντίδων ἀπηλλαγμένος, ἀλλά μοι δεῖ καὶ ταῦτα μὲν πανεῖν, ἀφεῖναι, δὲ κατὰ τὸ αὐτὸν χρόνον ἅπαντα χόσμον, καὶ πάντα ἐπισκοπεῖν, ὥσπερ τὸν ἐν τῇ Νεμέᾳ βουκόλον, τοὺς κλέπτοντας, ζῶντας ἐπιορκοῦντας, ζῶντας θύοντας· ἤν τις ἔπασσε, κάθηται καὶ λιβίσας, καὶ ὁ καπνὸς

cria. Ego verò ipse, omnium ille rex ac pater, quàm multas molestias sustineo? quàm multa autem negocia habeo, tot ac tantis curis distractus? Cui principiò quidem necesse est cæterorum deorum opera inspicere, quicunque aliquid commune in administrando imperio nobiscum agunt, ne desides sint, & adres obeundas torpescant: deinde verò seorsim ac per me ipsum innumerabilia quædam peragere, eáque quæ propè incomprehensibilia & inaccessa sint præ tenuitate sua. Non enim solùm generalibus illis administrationibus, pluuijs videlicet, grandinibus, ventis & fulguribus administratis, ceu curarum parte subleuato quiescere mihi licet, sed oportet me & hæc quidem facere: & præterea autem aspicere eodem tempore in omnes partes, omniáque contemplari, non secus atq; illū in Nemea bubulcum, furantes, peierantes, sacrificātes, si quis libauit, vnde nidor ac

fumus

πνὸς ἀνίρχεται, τίς νοσῶν ἢ πλέων ἐκάλεσε· καὶ τὸ πάντων ἐπιπονώτατον, ὑφ' ἕνα καιρὸν ἔν τε Ὀλυμπίᾳ, τῇ ἐκατόμβῃ παρεῖναι, καὶ ἐν Βαβυλῶνι, τοὺς πολεμοῦντας ἐποπτεῦσαι, καὶ ἐν Γέταις χάλαζαν, καὶ ἐν Αἰθιόψιν ὀχεῖσθαι. τὸ δὲ μεμψίμοιρον καὶ οὕτω διαφυγεῖν ῥάδιον, ἀπὸ τοιούτοις οἱ μὲν ἄλλοι θεοί τε, καὶ ἄνδρες ἱπποκορυστὰὶ ἐνδιδοῦσι παννύχιοι, τὸν Διὸς δὲ ἐμὲ οὐκ ἔχει νήδυμος ὕπνος. ἢ γάρ που καὶ μικρὸν ἐνυστάξομεν, ἀληθὴς εὐθὺς ὁ Ἐπίκουρος, ἀπρονοήτους ἡμᾶς ἀποφαίνων τῶν ἐπὶ γῆς πραγμάτων. καὶ ὁ κίνδυνος οὐκ οὐ καταφρόνητος, εἰ ταῦτα οἱ ἄνθρωποι πιστεύσουσιν αὐτῷ, ἀλλ' ἀστεφάνωτοι μὲν ἡμῖν οἱ σοὶ ἔσονται, ἀνιέρωτοι δὲ αἱ ἀγυιαὶ, ἄσπονδοι δὲ οἱ κρατῆρες, ψυχροὶ δὲ οἱ βωμοί. καὶ ὅμως, ἄθυτα καὶ ἀκαθαίρετα, καὶ ὁ λιμὸς πολύς. τριγάρουν, ὥσπερ οἱ κυβερνῆται, *fumus aſcendat, quisnam ægrotans aut nauigans inuocarit, & quod omnium acerbiſsimum eſt, vno eodemq; tempore in Olympia Hecatombæ adeſſe, in Babylone belligerantes intueri, in Getis grandinare, & in Aethiopibus conuiuari. Et tamen querelas ac reprehenſionem ne ſic quidem euitare facile eſt, ſed ſæpenumerò dij quidem cæteri, atque hominum populus cauda criſtatus equina, dormiunt totam per noctem: me verò Iouem videlicet placidis ſopor haud tenet vnquam. Nam ſicubi vel paululùm nictauerimus, verus illicò Epicurus iſte eſt, qui nulla nos prouidentia, ea quæ in terris gerantur, proſpicere affirmat. Atque adeò periculũ hoc haud quaquam contemnendum, ſi homines ei hæc credent, ſed ſine coronis quidem templa nobis ſtabunt, ſine nidore autem plateæ, ſine libamentis craterès, frigidaq́ue paſſim aræ. Et in ſumma, ſine ſacrificijs ac victimis omnia, multaq́ue fames futura. Proinde veluti nauium gubernatores,*

thes Zenonis discipulos.] *De eo Laërtius, Suidas & Valerius Maximus libro 8. capite 7.* t Posidonius.] *Philosophus Apaminensis ex Syria.* u Plato philosophorum sanctissimus.] *Moriens genium suũ, fortunamq; suam laudabat, primùm, quòd homo, non fera: deinde quòd Græcus, non barbarus: postremò quòd ætate Socratis natus esset.* x Polybius Lycorta.] *Hic est eximius ille historiarum scriptor Africani Scipionis iunioris præceptor, cuius partem operum habemus.* y Hypsicrates.] *Hypsicratis grammatici Gellius libro 16. capite 12. meminit, qui de vocibus Latinis è Græco ortis scripserat. Varro: tametsi cohortem in villa Hypsicrates dicit esse Græcè χόρτον apud Poëtas dictam.* z Gorgias quem quidem.] *Hic Gorgias Leontinus fuit primus è numero Sophistarum, qui ausus est in conuentu poscere:* id est, *iubere dicere, qua de re quis vellet audire. audax negotium, dicerem impudens, nisi hoc institutum postea translatum ad philosophos nostros esset. Ex Cicerone de Finibus libro secundo. Idem Cic. Catone, Quintilianus 3. capite, Plinius libro 7. capite 48. Aelianus, Varr. histor. 2. Valerius Maximus libro 8. capite 12.* A Panegyricum.] *Hæc est celebrata illa oratio, & ferè princeps inter Isocrateas, in celebri conuentu populi Athenienſis habita, quam alij decem, alij quindecim annis elaboratam esse putant. In ea commemoratione virtutis maiorum, & prædicatione potentiæ & autoritatis qua polleant Athenæ, suadet, vt sopitis intestinis Græcis bellis, expeditio contra Barbaros suscipiatur. post hanc scr psit Orationem περὶ τῆς ἀντιδόσεως:* id est, *permutatione facultatum, in qua Panegyrico sic inquit: Nam oratio, quæ vobis ostenditur, illis est scripta temporibus, cùm Lacedæmonij Græcis imperarent, nostræ verò opes humiles essent. Isocratis senectutis meminit Cicero his verbis: Est quietè, & purè, & eleganter actæ ætatis placida ac lenis senectus, qualem accepimus Isocratis, qui eum librum, qui Panathenaicus inscribitur, nonagesimoquarto anno scripsisse dicitur, vixitque quinquennium postea. Hæc ille.* B Apollodorus.] *Apollodori Rheteris, qui Olympiade centesima septuagesimanona fuit præceptor Callidij & Augusti, mentionem faciunt, Eusebius, Strabo, Quintilianus, & alij.* C So-

phocles poëta Tragicus deuorato vuę acino.] *Quod & Sotadis verſiculus etiam probat:*

Σοφοκλῆς ῥάγα φαγὼν ταφυλῆς πνιγεῖς τέθνηκε.

Sophocles grana vorans vuæ, ſtrangulatus interijt. Periclis æqualis: Plutarcho & Strabone teſtibus. Cicero de Senectute: Sophocles ad ſummam ſenectutem tragœdias fecit, qui propter ſtudium cùm rem familiarem negligere videretur, à filijs in iudicium vocatus eſt, vt quemadmodum (noſtro more) malè rem gerentibus patribus, bonis interdici ſolet: ſic illum quaſi deſipientem à re familiari remouerent Iudices. Tum ſenex dicitur eam fabulam, quam in manibus habebat, & proximè ſcripſerat Oedipum Coloneum recitaſſe Iudicibus, quæſiſſéque, num illud carmen deſipientis videretur? Quo recitato, ſententijs Iudicum eſt liberatus. Hactenus Cicero. Vide Valerium Maximum libro nono, capite duodecimo, & libro octauo, capite ſeptimo. Cic. in Catone. D Cratinus autē poëta Comicus.] *Callimedis Athenienſis filius, veteris Comœdiæ poëta, & penè author fuit, ſi ab Horatio ſtamus. Floruit Olympiade octuageſimaquinta. Fabulas vnam & viginti ſcripſit. Audax autem à Perſio Satyra prima appellatur, quia mira dicendi acerbitate Athenienſes proſcidit. diemque ſuum obijt, eo tempore quo primùm Lacedæmonij in Atticam irruerunt, eo anno quem obſeruauit Lucianus noſter.* E Philemo Comicus.] *Philemonem ex Quintil. libro decimo Prænotamentis in Ariſtophanem, Apuleio Floridorum ſecundo, & Gellio volumine decimoſeptimo, capite quarto, tertiæ nouæque Comœdiæ Poëtam fuiſſe, quem & vim riſus immoderati abſtuliſſe ex Valerio maximo libro nono, capite duodecimo, & Suida etiam didicimus. Secùs credidit Plutarchus in Commentario, An ſeni accedendum ſit ad Rempubl. adminiſtrandam. Quàm comiter ſe erga eum geſſerit Magas, ipſe Plutarchus in libello de priuatione Iræ patefecit. Diogenes Laërtius hoc mortis genus Chryſippo acciditſſe ſcriptum reliquit. Aelianus verò in libro de Prouidentia, aliam de Philemonis morte hiſtoriam affert.* F Epicharmus autem & ipſe poëta Comicus.] *Epicharmi patria eſt incerta. parentes habuiſſe Himarum & Sicidam dicitur. Suidas cum Ariſtotele affirmat, eum cum Phormo Comœdiam*

inuenſſe

inueniſſe in Sicilia. Vixit Hieronis tyranni tempore, circiter ſeptuageſimam quartam Olympiadem. Multas fabulas Dorica lingua docuit. Eum imitatus eſt Plautus. Horatius libro Epiſtolarum ſecundo:

Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi.

G Anacreon poëta Lyricus.] *Plinius naturalis Hiſtoriæ libro ſeptimo, capite ſeptimo refert, Anacreontem poëtam acino vuæ paſſæ ſtrangulatum. Pluresque incertis cauſis ſubitò abſumptis, commemorat in eodem libro. At horum exemplorum pleni ſunt authores.* H Quinque & octoginta.] *Lilius Gregor. Girardus de Poëtis in Steſichoro ſcribit legendum eſſe nonagintaquinque.* I Steſichorus.] *Steſichorus, Simonides, Heſiodus grandes natu cygnæum neſcio quid, & ſolito dulcius vicina morte cecinerunt. Hieronymus ad Nepotianum.* K Simonides Cius ſup. nonan.] *Octogeſimo anno & docuiſſe ſe carmina, & in eorum certamen deſcendiſſe, ipſe gloriatur. Valerius libro 8. capite de Studio & Induſtria. Ad hunc authorem refertur ars memorandi, & propter dulcedinem vocatus fuit* Melicerta, *qui natus eſt in inſula Ceo, teſte Suida. Eſt autem Ceos, vna ex Cycladibus. Strabo in libro decimo. Is eſt qui duas arcas oſtendere ſolebat, alteram beneficentiæ, alteram gratitudinis: de quibus alibi à nobis dictum eſt. Lyricus fuit Poëta. Theognidi σύγχρονος.* L Lycurgus Lacedæmoniorum leg. conditor.] *Conſtans opinio eſt, eum circiter Agrippæ Syluij tempora floruiſſe: quo tempore Pharnaces Medus Sardanapalum imperio & vita priuauit, teſte Paterculo. De eius legibus lege Xenophontem in eo libro, quem de Lacedæmoniorum legibus conſcripſit: Plutarchum in eius vita: Lucianum noſtrum in Aſtrologia. Sublatæ ſunt eius leges & diſciplina poſtquam* D. C C C. *annis ſteterunt, Anno ab Vrbe condita* D. LXV. *Marco Fulvio & Cn. Manlio Volſo, Conſulibus.* M Dijs volentibus, præſtantiſs. Quintille.] *Quod ſit dijs volentibus, σὺν τῷ θεῷ ſit Græcis. Sophocles in Aiace flagellifero: σὺν τῷ θεῷ πᾶς τις γελᾷ τὰ δ' ἐρπετά: id eſt, Deo volente quiſque ridet, atque flet. Ariſtophanes in Equitibus: ἀλλ' ἰὼν ἐπεισέρχεται ὥσπερ τὴν θεὸν εἰς ἀγορᾶς. Id eſt, Sed ipſe in concionem prodit huc, tanquam Deo volente. Contrà*

ſine Deo ſit, quod abſque deorum fauore ſit. Pindarus in Pythijs hymno quinto, ὁ θεῶν ἄτερ: *id eſt, non ſine dijs. Horatius libro tertio, Oda quarta:*

Non ſine dijs animoſus infans.

Et Virgilius:

Haud equidem, ſine mente reor, ſine numine diuûm.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΔΙ-ψάδων.

*DE * DIPSADIBUS.*

Vincentio Obſopœo interprete.

ARGVMENTVM.

PRæfatio quædam eſt, cuiuſmodi & ſuperiores nonnullæ ſunt, qua ſtudium ſuum erga auditores, ſiue quicunque illi tandem fuêre quibus cum verſatus tum fuit, collatione iſta cum Dipſadibus facta, declarat. Vt enim eos qui ab hoc genere ſerpentis percuſſi ſunt, inexplebilis quædam ſitis inuadit, ita vt quò ſunt plus potæ, plus ſitiantur aquæ, vt ille ait: ita ſe quoque deſiderio quodam inſatiabili teneri ait, & quò frequentiùs apud illos ſit, eò magis ac magis eſſe cupere. Porrò quòd ad Dipſadis morſum, & ſitim iſtam letbalem attinet, habes conſimilem fermè deſcriptionem atque exemplum. Auli cuiuſdam ſigniferi in exercitu Catonis, qui eodem modo perijt, vt ille de quo epigramma præſentis narrationis teſtatur, apud Lucianum libro nono, vbi & cæterorum ſerpentium genera, de quibus hic mentio fit, enumerantur: addita etiam fabula, cur Libya ſerpentibus ita abunder, atque infeſta ſit.

Ης Λιβύης τὰ νότια, ψάμμος ἐστὶ βαθεῖα, καὶ γῆ διακεκαυμένη, ἔρημος ἐπὶ πολὺ, ἀκεινδῶς ἄκαρπος, πανδαπὴ ἄπασα, ὑπόλιθος, οὐ πόας, οὐ φυτὸν οὐχ ὕδωρ ἔχουσα, ἢ ἔστιν ἄρα ἐν κοίλοις συνεσηκὸς ὑετῷ ὀλίγον λείψανον, παχὺ καὶ τοῦτο, καὶ δυσῶδες, οὐδὲ πάνυ διψῶντι ἀνθρώπῳ πότιμον, ἀοίκητος γοιῦν διὰ ταῦτα. ἢ πῶς γὰρ ἂν οἰκοῖτο ἀνήμερος οὕτω, καὶ ξηρὰ καὶ ἄφορος οὖσα, καὶ πολλῷ ὡς αὐχμῷ πιεζομένη; καὶ τὸ θάλπος αὐτὸ, καὶ ὁ ἀὴρ, κομιδῇ πυρώδης καὶ φλογερὸς ὤν, καὶ ἡ ψάμμος ὑπερζέουσα, παντελῶς ἄβατον τὴν χώραν τίθησι. Γαράμαντες μόνοι, πρόσοικοι ὄντες, εὐσαλεῖς καὶ κοῦφον ἔθνος, ἄνθρωποι σκληνίτας, ἀποθήρας τὰ πολλὰ ζῶντες, ἐνίοτε

A pars Libyæ quæ ad Austrum tendit, arena est profunda, & terra exusta Solis ardoribus, deserta vt plurimum, frugibus in totum infœcunda, campestris vniuersa, non gramen, non fœnum, non plantam villam nec aquam habens, nisi sicubi in terræ concauitatibus constiterint imbris & pluuiarum reliquiæ, quæ tanè & ipsæ densæ sunt, & mali odoris, & homini sitibundo minimè potabiles. Has igitur ob causas inhabitabilis est. Aut quo pacto tandem inhabitari possit locus ita durus & implacidus, tum etiam aridus, ac frugibus arboribusq; iuxtà infœcundus, quiq; tam molestis feruoribus sit subiectus, cùm ipse quoque calor & aër nimiùm ardens sit, & igneus? Præterea ipsa arena magnopere feruens regionem prorsus facit inuiam & inaccessibilem. Soli verò [b] Garamantes ijs locis finitimi, gens leuis atque frugalis, vitam degentes in tentorijs, venationibus vt plurimùm viuentes,

ἐνίοτε οὗτοι ἐσβάλλουσι, θηρεύοντες ἀμφὶ τροπὰς τὰς χειμερινὰς, μάλιστα ὅσαν τὸν θεὸν τηρήσαντες, ὁπότε τὸ πολὺ τοῦ καύματος σβεσθείη, καὶ ἀψάμμου νοτισθείη, καὶ ἀμυχίπη βατὰ γένοιτο. ἡ θήρα δὲ ἐστιν ὄνων τε τῶν ἀγρίων, καὶ στρουθῶν τῶν μεγάλων καμηλοπαρδάλεων, καὶ πιθήκων μάλιστα, καὶ ἐλεφάντων ἐνίοτε· ταῦτα γὰρ μόνα διαρκεῖ πρὸς τὸ δίψος, καὶ ἀνέχεται ἐπὶ πολὺ, ταλαιπωρούμενα ὑπὸ πόνου καὶ ἀξένου τοῦ ἡλίου. καὶ ὅμως οἱ Γαράμαντες ἐπειδὰν τὰ σιτία καταναλώσωσιν, ἅπερ ἔχοντες ἀφίκαντο, ἀπαλαύνουσιν οἴκαδε ὀπίσω, δεδιότες, μὴ σφίσιν ἡ ψάμμος ἀναφυγοῦσα, λύσασα τὸν καὶ ἄπορον ποιήσῃ, ἔστα ὥσπερ ἐντὸς ἀρκύων ληφθέντες, καὶ αὐτοὶ ἀπόλωνται μετὰ τῆς ἄγρας. ἄφυκτα γάρ ἐστιν, ἢν ὁ ἥλιος, ἀναπάσας τὴν ἰκμάδα, καὶ τάχιστα ξηράνας τὴν χώραν, ὑπερβλέ-

nonnunquam irrumpunt venantes iuxta solstitiũ hybernum, sidere maximè pluuioso obseruato, quando videlicet maior ardoris pars deferbuit & extincta est, & arena assiduis imbrib. madefacta, & aliquo modo peruia reddita est. Venántur autem [c] onagros, & magnos struthiones humi volantes, cumprimis verò simias, aliquando etiam [d] elephantos. [e] Hæc enim animantia [f] sola aduersus sitim perdurant, tum magnopere sufferre possunt immodici & feruentis Solis molestias. Sed enim Garamantes posteaquam commeatum quem secum ingredientes importauerant, omnem consumpserunt, iterum ad suos discedunt postlimínio, metuentes ne arena iterum incensa illis intercludat aut difficiliorem reddat reditum: deinde, quemadmodum in reti comprehensis & sibi ipsis pereundum sit vnà cum præda. Siquidem omnis euadendi facultas sublata est, siquando sol subiracto humore ex regione celerrimè exiccata, feruere

λαμπρίσαι, ἀκμαιοτέραν τὴν ἀκτῖνα προσβαλὼν, ἅτε πρὸς τὴν ὑγρότητα παρατεθηγμένας· τροφὴ γὰρ αὕτη τῷ πυρί. καί τοι ταῦτα πάντα, ὅσα εἶπον, τὸ θάλπος, τὸ λίψος, ἡ ἐρημία, τὸ μηδὲν ἔχειν ἐκ τῆς γῆς λαβεῖν, ἅπαντα ὑμῖν δυσχερῆ ἔναι δόξειε τοῦ λεχθησομένου, καὶ διὰ τοῦτο φευκτέα πάντως ἡ χώρα ἐκείνη. ἑρπετὰ γὰρ ποικίλα, μεγέθει μέγιστα, καὶ πλήθει πάμπολλα, καὶ τὰς μορφὰς ἀπόπτατα, καὶ τὸν ἰὸν ἄμαχα, ἐνοικεῖται τὴν γῆν, τὰ μὲν ἀποβρύχια, φωλεύοντα ἐν μυχῷ τῆς ψάμμου· τὰ δ' ἄνω ἐπιπαλάσσοντα, φύσαλοι, καὶ ἀσπίδες, καὶ ἔχιδναι, καὶ λιμάδες, καὶ βυπρήστεις, καὶ ἀκοντίαι, καὶ ἀμφίσβαιναι, καὶ δράκοντες, καὶ σκορπίων γένος διπλόον· τὸ μὲν ἕτερον, ἐπίγειόν τι καὶ πεζὸν, ὑπέρμυκα καὶ πολυσφόνδυλον, βάτραχον, δίναιον καὶ πλατὺν, ὑμενόπτερον δέ, οἷα τὰς ἀκρίδας καὶ τέττιξι καὶ νυκτερίσι τὰ πλεῖστα τοιαῦτα ὄρνεα πέφυκε, feruere incœperit ardentioribus radijs emissis, veluti ad humiditatem acuminatis. illa enim igni nutrimentum suppeditare solet. Et sanè hæc omnia quæ mihi hactenus dicta sunt, feruor, sitis, solitudo, sterilis soli infœcunditas, minus vobis vidébuntur grauia præ hoc quod dicturus sum: & ob hoc ipsum omnib. modis regio ista fugienda est. Omnis enim generis is locus serpentes alit, permagnos & varios, multitudine innumeros, forma terribiles, veneno præsentissimo inexpugnabiles, & partim in cauernis subterraneis excubantes, ac in arenæ secessib. degentes: partim verò supernè repentes, nempe physallos, & aspides, [h] viperas, [i] cerastas, [k] bupreste, [l] iacula, [m] amphisbænas, dracones, & [n] duplex genus scorpionum, vnũ terrestre & pedib. ingrediens permagnũ, multis corporũ vertebris insigne: alterum aërium & volatile: alis tenuibus, cuiusmodi ferè sunt locustæ & vespertiliones. Istiusmodi auibus multis

circum-

ἐπιπετόμενα οὐκ εὐπρόσιτον ἐπεργάζεται τὴν Λιβύην ἐκείνην. τὸ δὲ δὴ πάντων ἐρπετῶν λεπτότατον ὧν ἡ ψάμμος τρέφει, ἡ δίψας ὄφις ἐστὶν, ὃς οὐ πάνυ μέγας, ἐχίδνῃ ὅμοιος, τὸ δῆγμα βίαιος, τὸν ἰὸν παχὺς, ὀδυνώδεις μὲν ἀλήκτους ἐπάγων εὐθύς· ἐκκαίει τε γὰρ σφοδρὰ, καὶ πίμπραθαι ποιεῖ, καὶ βοᾶσιν, ὥσπερ οἱ ἐν πυρὶ κείμενοι. τὸ δὲ μάλιστα κατάπονοιῶν καὶ καταπύχον αὐτοὺς, ἐκεῖνό ἐστιν, ὁμώνυμον πάθος ἔχειν τῷ ἑρπετῷ· δίψῃσι γὰρ ἐπιβολικῶς. καὶ τὸ παραδοξότατον, ὅσῳπερ ἂν πίνωσι, τοσούτῳ μᾶλλον ὀρέγονται τοῦ ποτοῦ, καὶ ἡ ἐπιθυμία πολὺ πλείων ἐπιτείνεται αὐτοῖς. καὶ ἂν σβέσαι θέλῃς τὸ δίψος, κἂν ἦν ὁ Νεῖλος αὐτοῖς, ἢ ὁ Ἴστρος ὅλος ἐκπιεῖν παράσχῃς, ἀλλὰ προσκαύσας ἐπάρδων τὸν νόσον, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἐλαίῳ πῦρ καταβρυνύοι. λέγεσθαι

circumuolantibus inacceſsibilis & infeſta redditur illa Libya. Cæterùm ſerpentum omnium nocentiſsimũ, quos arena nutrit, Dipſas eſt, ſerpens non admodum magnus, viperæ ſimilis, violento ictu, veneno craſſo, dolores illicò inducens intolerabiles. Ardores enim immittit extinguibiles, & putredines, & totum corpus adurit incendio. Et qui ab illa icti fuerint, clamant non ſecus atq; illi qui in ignẽ coniecti ſunt. Quod autem illos omnium vehementiſsimè affligit & torquet, illud eſt, nempe cruciatus ſerpenti ꝙ reſpondens cognomine. eius enim morſum mox ſequitur bibendi ſitis inexplebilis: & vlra modum ſitiunt. Et quod maximè admirandũ eſt, quantò plus biberint, tantò magis potum expetunt: ac ſubinde magis atque magis potando creſcit bibendi deſiderium. Neque illorum ſitum extinxeris, tametſi totum. ꝑ Nilum aut Danubium epotandum præſtiteris, verùm irrigandi ſedulitate morbum incendis: quemadmodum ꝗ ſi quis oleo ignem conetur extinguere.

Eam

λήγουσιν ἰατρῶν φάσθαι τινὲς νῦν τὴν αἰτίαν εἶναι, φαχὺ τὸ ἰὸν ὄντα, ἕπεται δὲ νόμενον ζῷον φοβῶν, ὀξυκίνητον γίγνεσθαι, ὑγρότερον, ὡς τὸ ἀκὸς καθισάμενον, καὶ ἐπὶ πλέον διαχόμενον. ἐγὼ μὲν οὖν οὐδενὶ τοῦτο πεπονθότα ἄλλον, μηδὲ, ὦ θεοὶ, ἴδοιμι οὕτω κολαζόμενον ἄνθρωπον. ἀπ' ἐδὲ ἐπέβην τῆς Λιβύης τὸ παράπαν, οὐ ποιῶν, ἐπίγραμμα δέ τι ἤκουσα, ὅ μοι τῶν ἑταίρων τις ἔλεγεν αὐτὸς ἐπὶ σήλης ἐντετυχέναι, ἀνδρὸς ὅλως ἀρθανόντος, ὃς ἐς Λιβύης ἔφη, ἀπιὼν ἐς Αἴγυπτον, παρὰ τὴν μεγάλην Σύρτιν ἐποιεῖτο τὴν πορείαν. οὐ γὰρ ἔστιν ἄλλως, ἔνθα δὴ τάφῳ ἐντυχεῖν, παρὰ τὴν ἠϊόνα, ἐπ' αὐτῷ τῷ κλύσματι, καὶ σήλην ἐφεστάναι, δηλοῦσαν τοῦ ὀλέθρου τὸ τρόπον. κεκολάφθαι γὰρ ἐπ' αὐτῇ ἄνθρωπόν μέν τινα, οἷον

Eam verò incurabilis morbi causam afferre solent medici, venenum Dipsadis, cùm crassum esse consueuit, posteaquam potu rigatum fuerit, continuò mouetur atque incenditur, atque etiam humidius, vt par est, redditur, & per omnia membra diffunditur. Ego verò neminem vnquam tali affectum morbo aut laborantem vidi: & faxint superi, ne vnquam mihi contingat videre hominem his conflictantem cruciatibus. Sed ne omnino quidem vnquam ingressus sum Libyam, & rectè mihi fecisse videor. Porrò autem epigramma quoddam audiui, quod mihi vnus è familiaribus pro certo confirmabat, se ipsum legisse supra statuam viri ad hunc modum fato functi: qui, vt aiebat, in Aegyptum iter faciēs, magnam Syrtin præteribat. neque enim alia eò perueniendi via patet. Ibi in littore obiter ac sepulcrum esse delatum, ac propter fluxum ipsum adstantem vidisse statuam exitij rationem indicantem. quippe supra illam sculptū esse hominem quendam, qualem

οἷον ἡ Τάνταλον γράφουσιν, ἐν λίμνῃ ἑστῶτα, καὶ ἀρυόμενον τὸ ὕδατος, ὡς πίοι λαβεῖν· τὸ μὲν οὖν ἀρχαῖον δίψαν, τοῦτο μὲν ἀμφιφυὲς αὐτῷ, περιεστηρίχθαι δὲ τῷ ποδὶ, καί τινας γυναῖκας ὑδροφορούσας ἅμα πολλὰς καταχεῖν τὸ ὕδωρ αὐτῷ, πολὺν μὲν ἀεὶ πεσεῖν, οἷα τῶν σπουδῶν ἐκείνων, οὐδὲ ἓν ἐᾶσαι βυρεῖν τὸν Γαράμαντας. γεγράφθαι δὲ καὶ τοὐπίγραμμα, ἐχόμενον καὶ αὐτὸ ἀπεῖρ·

Τοῖα παθὼν οἶμαι καὶ
Τάνταλος Αἰθοπίδων
Μηδαμὰ κοιμίσαι δίψαν
ἀλλὰ ὀδωίλων,
Καὶ Δαναοῖο κόρας τοῖον
πίθον ἐκ ἀναπλῆσαι,
Αἰὲν ἐπαντλήσας ὑδροφό-
ρῳ καμάτῳ.

ἔτι καὶ ἄλλα ἐπιτετραφά ἐστι περὶ τῶν ᾠῶν, καὶ ὡς ἀναιρεθέντα αὐτὰ, ἐδύχθη, ἀλλ' οὐκέτι μέμνημαι ἐκείνων. συλλέγουσι δὲ ἄρα τὰ ᾠὰ, καὶ ἐσπουδάκασι περὶ αὐτὰ οἱ περίοικοι, οὐχ ὡς φαγεῖν μόνον, qualem ferè pingere ſolent Tantalum in media paludè conſiſtentem, ac vndas hauſtientem, non aliter ac ſi biberet: beſtiolam autem, nempè Dipſada, illi inhærentem, ac pedi eius implicatam. Tum mulieres quaſpiam aquam ferentes, eademq; opera non paucas illi eandem potandæ affundentes. Inſuper oua quæque adiecta conſpiciuntur, qualia ferè ſtruthionũ illorũ eſſe perhibentur, quos Garamantas venari ſuprà memorauit. Eſt autem epigramma aſcriptũ, quod & hîc referre non alienum eſſe opinor:

Talia paſſus erat quoque Tantalus Aethope cretus,
Qui nullo potuit fonte leuare ſitim.
Tale nec è Danaõ natas implere puellas
Aſſiduis vndis vas potuiſſe reor.

Erant adiecta adhuc & alia quatuor carmina de ouis, quemadmodum ea tollens à Dipſade percuſſus ſit: ſed illa memoriter non teneo. Itaque oua colligunt, eáq; ſtudiosè gentes vicinæ indagant, non edendi tantùm gratia, ſed

ἀπὸ τῶν σκαφίων χρῶνται κινή-
σαντες, καὶ ἐκπώματα ποιοῦν-
ται ἐπ' αὐτῶν· ὀλίγα γὰρ ἔχουσι κερα-
μέαν διὰ τὸ ψάμμον εἶναι
τὴν γῆν. ἐὰν δὲ καὶ μεγάλα εὑρε-
θέντα, καὶ φίλοι γίγνονται δύο
ἐκ τοῦ ὠοῦ ἑκάστου· τὸ γὰρ ἥμισυ
μόριον ἑκάτερον, ἀρκοῦν τῇ κε-
φαλῇ, φίλος ἐστίν. ἐκεῖ τοίνυν
προχοῦσιν αἱ λιψάδες παρὰ τὰς
ὁδούς, καὶ ἐπειδὰν προέλθῃ ὁ ἄν-
θρωπος, ἐκ δ' ψάμμου ἐξερπύ-
σασαι, πλήττουσι τὴν κακοδαί-
μονα· ὁ δὲ πάσχει ἐκεῖνα τὰ
μικρὸν ἔμπροσθεν ἀρτίως, ῥέπων ἀεὶ, καὶ μᾶλλον λιψῶν,
καὶ σπαράττων· οὐδέποτε.
ταῦτα οὖν, μὰ Δία, πρὸς Νί-
κανδρον τὸν ποιητὴν φιλο-
τιμούμενος λιχνίλθον, οὐδ'
ὅπως ὑμεῖς μάθοιτε, ὡς οὐκ
ἀμελὲς γεγένηταί μοι, φύσεις
τῶν Λιβυκῶν ἑρπετῶν εἰδέ-
ναι ἰατρῶν γὰρ ἄν μᾶλλον ὁ ἔπ-
παινος ἦν, οἷς ἀνάγκη ἀδέ-
ναι ταῦτα, ὡς καὶ ἀμύνασθαι
αὐτὰ μετὰ τέχνης ἔχοιεν.

*sed illis euacuatis pro vasis & instrumentis vtuntur. plurimùm verò ex illis pocula præparant. Neq; enim figulinã exercere possunt, propter terram arenosam. Cæterùm magnis & capacibus inuentis, etiam pileos ex illis conficiunt, semper ex ouis singulis geminos: cuiusque enim pars dimidia apiũ & sufficientẽ pileum præstat tegendo capiti. Ibi ergo iuxta ouа dipsades insidiosè excubant, tum accedentem quempiam mox ex arena prorepentes morsu infelicem feriunt. Ille verò ictus, illicò incurabilẽ morbo affectus, talia patitur quæ paulò antè à me relata sunt, subinde bibens, ac vehementiùs sitiens, cùm tamen nunquam sedata siti repleri possit. Hæc per Iouem non in hoc à me dicta sunt, vt ambitiosè cum * Nicandro contenderem, neque vt vobis planum facerem, quàm non neglectui dederim Libycorum serpentium nosse naturas. Medicorum enim magis ista laus est, quibus hæc necessariò comperta esse debent, vt in talẽ casu egentibus opem ferre pro artis suæ professione queant.*

ἀλλὰ μοι δοκῶ (καὶ πρὸς Φειδίου μὴ δυσχεράνητε τὴν ἀπόνα χαριεστάτην ὄσαν) ὅμοιόν τι καὶ αὐτὸς παθεῖν πρὸς ὑμᾶς, οἷον ἐκεῖνοι πάσχουσι πρὸς τὸ ποτὸν, οἱ λυσσώντων ὑπὸ τῆς διψάδος. ὅσῳ γὰρ ἂν ἐπὶ πλέον παίω εἰς ὑμᾶς, τοσούτῳ μᾶλλον ὀρέγομαι τοῦ πράγματος, καὶ τὸ διψῶν ἄσχετόν μοι ἐπικαίεται, καὶ ἔοικα δὴ ἐμπλησθῆναί ποτε τοιούτου ποτοῦ, καὶ μάλα εἰκότως· ᾧ γὰρ ἂν οὕτω διεστάλαι τις καὶ καθαρῷ ὕδατι ἐντύχοιμι; ὥστε σύγγνωτε, εἰ δυσχερὴς καὶ αὐτὸς τῷ ψυχρῷ καὶ ὑγιεινοτάτῳ τοῦ δύγματι, ἐμφορῆσαι χανδὸν, ἐποθεὶς τῷ κρανῷ τῷ κεφαλῷ· εἴη μόνον μὴ ἐπιλείπειν τὰ παρ' ὑμῶν ἐπιῤῥέοντα, μηδὲ χυθῆναι τὸν σπόγγον τῆς ἀπροάσεως, πιχνόταν ἔτι, καὶ διψῶντα καταλιπεῖν. ὡς διψῶ γε ἕνεκα τοῦ μοῦ πρὸς ὑμᾶς, ὅδωρ ἂν ἐκῶλυε πίνων ἀεί, κατὰ γὲ τὸν σοφὸν Πλάτωνα, κόρος οὐδεὶς ἐστὶ καλῶν.

At ego mihi videor (& per Phidiam ne iniquo feratis animo comparationem ferinam existentem) non dissimile quiddam erga vos pati, cuiusmodi illi patiuntur grauissimè, qui morsu dipsadis percussi sunt. Quò enim crebriùs ad vos itare soleo, hoc magis atque frequentiùs ad vos eundi me vexat cupiditas, & planè siti aduror intolerabili, videorque mihi tali nunquam expleri posse desiderio, & quidem iure optimo. Vbi enim adeò claram & conspicuam aquam possim consequi? Quare ignoscite, si & ego ictus animo, hoc morsu iucundissimo & saluberrimo prolixè & abundanter me impleo, capite scaturienti subiecto fonticulo, dummodo me non deficiant vndæ à vobis influentes, néve effuso audiendi studio hiantem & sitientè deseratis. Nam quod ad meam erga vos sitim attinet, nihil prohibebit subinde bibere. Etenim iuxta sapientis Platonis sententiam, rerum venustarum nulla est satietas.

GILBER.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

* Dipsadi serpentum generi, de naturæ ratione ascitum nomen monumentis veteribus proditum est. Eius forma viperæ similis, morsu nocentior, cuius ictum inextinguibilis & letalis sitis consequitur. Frequens est in Libya Africæ regione, quæ ab Atlante monte Mauritaniæ incipit, & ad Canopum vsque Nili ostium panditur: dicta à Libya coniuge Epaphi, filij Iouis. Ea semper aliquid noui ideo dicitur adferre, quòd in siticulosa regione ad vnum aliquem riuum plurimæ ferarum species bibendi gratia conuenire cogantur, inibiq; varia mixtura violentæ Veneris varias monstrorum formas, subindeq; nouas nasci. Arenosa est, deserta, inculta & vasta. Hinc illud Antiphili:

Καρποῖς ἐριζομὲν, οὐδὲ γὰρ αὐλακες
Αἰγύπτιος λιβύης ψάμμος ἐπιστρέφεται. Id est,

Fructibus contendimus, non stadijs: neque enim sulcus Aegypti, Libyæ harenas curat. Meminerunt huius Dipsadis etiam Nicander in Theriacis, vbi antiqua & lepida memoratur fabella de dipsadis exuuio, & sitis origine, qua à dipsade icti laborant.

a EA pars Libyæ, quæ ad Austrum tendit.] *Narratio.* *b* Garamantes ijs locis finitimi.] *Garamantes populi sunt Aphricæ extremi, & quasi à consortio humanitatis remoti. vide Calium Rhodig.* *c* Onagros.] *Asinorum, inquit Varro, duo sunt genera: vnum ferum, quos vocant ὀνάγρους. In Phrygia & Lycaonia sunt greges multi. Alterum mansuetum, vt sunt in Italia omnes.* *d* Elephantos.] *Libycum institutum est, vt quos in venatione vel pugna elephantes attriuerint, magnificè sepeliant, ac hymnos præterea concinant.* *e* Hæc enim.] *Sitim quæ maximè ferant animalia.* *f* Sola aduersus sitim.] *Libycas feras æstate non bibere produnt authores grauissimi, vbi præcipuè inardescere sitim, consentaneum. Hyeme autem potui indul-*

gere multum : quoniam diuersa omnino contingere debuerint. Verùm id esse in causa compertum est, quòd in eo mundi situ, per æstatem aquæ propemodum nullæ sunt : proinde illis non bibere in consuetudine est. Hyeme autem scatentibus aquis, non ita. Trànseunte verò in naturam consuetudine, si aliò transferantur, pristinum nihilo secius retinent morem. g Aspides.] Aspidi nomen à scuto est. Quatuor longos dentes & virulentos maxillis huius aspidis inesse, scribit Nicander, è quibus virus in hostem eiaculetur. Paulus Aegineta lib. 5. cap. 18. ex Galeno tres aspidis species profert : Cherseam, id est, terrestrem Chelidoniam, velut hirundinariam. πλυάδα : huic à sputo nomen, quòd erecto corpore virus in corpus hominis expuat. Hanc πλυάδα, deuicto Antonio Cleopatra sinistræ mammæ admouit, quum Augustus eam rapere & perdere vellet, vt ocyssimè interiret. h Viperas.] Viperarum autem Græcis triplex est discrimen. Masculus enim ἔχις, fœmina ἐχίδνη vocatur : sicut ἐχῖνος, soboles, velut filij echidis. Qui verò à vipera morsi sunt, ἐχιδακτοὶ appellantur. i Ceraste s.] Ceraste s cornutus serpens, παρὰ τὸ κέρας: id est, à cornu. Longitudine naui longæ æquiparatur à Nicandro, qui dolosum appellat, quòd orbitis, plaustrorumque itinere se occultans, incidentem in se fortè occidit. k Βουπρηστις.] Insecta. de genere cantharidum esse Dioscorides libr. 2. cap. 54. adjuerat. Nomen gerit à nocumento, quo armento vel bubus interitum adferre solet. Nomen enim habet παρὰ τὸ τοὺς βόας ἐμπιμπρᾶναι: id est, ab incendendis bubus. Id quod & Nicander in Alexipharmacis monet. De hac ita Galenus: Bupreste s, inquit, sunt genus quoddam animalis, simile cantharidibus, & forma, & virtute. Aegineta eadem refert. l Iacula.] Ἀκόντια sunt animalia, quæ instar iaculorum currunt. m Amphisbænas.] Amphisbæna παρὰ τὸ ἀμφὶ καὶ βαίνω, quòd gemino capite & nutante gressu incedat. Ex huius exuuijs lignicidæ baculum induunt, eoq; frigore hyberno aduersus triporem manuum vtuntur, Nicandro autore. n Duplex genus scorpionum.] Octo scorpionum genera apud Nicandrum in Theriacis enumerantur : quorum quartum χλοάον à viridante colore dictum, multis corporum vertebris insigne, suspicor hic esse primum :

primum: octauum μελίχλωρον: id est, *mellei coloris, hîc esse alterum. Nam à tergo gerit alas locustæ similes. Quanquam hîc libenter cedam melius iudicantium sententiæ.* o Respondens cognomine.] *Huic serpenti nomen ab sitii est inditum, quòd qui ab hoc læsus fuerit, adeò sitiat, vt bibendo in tantum repleatur, vt vmbilico fracto, effundat vteri onus, vt Nicander de dipsade tradit.* παρὰ τὸ διψᾶν: id est, *à sitiendo.*

p Nilum.] *Nilus Aegypti fluuius.* q Vt si quis oleo ignem.] *Oleo restinguere incendium dicitur, qui ea admouet remedia, quæ malum magis ac magis exacerbent. Idem Lucianus in Timone: Si quem aspexerit incendio conflagrantem, pice atque oleo se velle restinguere.* r Porrò autem.] *Exemplum rei.* s Tantalum.] *Nota est fabula de Tantalo apud inferos ad aquam stante, de pomis in capite imminentibus, cùm sitiens interim atque esuriens neutra possit contingere: vel ex dialogo Menippi & Tantali, vbi de Tantalo plura recitauimus. tum in Timone. Lege Homeri Odyss. circa finem. Ouid.*

Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat.

t Danao natas.] *Danaus Beli Prisci filius, ex pluribus coniugibus quinquaginta filias habuit. quæ cum quinquaginta filijs Aegypti fratris Danai nupsissent, eos omnes vna nocte interfecerunt: præter Hypermnestram, quæ Lino viro suo pepercit. Ob quod nefas, hac finguntur pœna apud inferos damnatæ Danaides, vt assiduæ in vrnis fundo carentibus haurire aquam cogantur.* u Oua.] *Struthionis oua, inquit Plinius libro decimo, capite primo, commendantur propter amplitudinem, recepta pro vasculis, & pinnæ ad crista galearum, conos adornantes.* x Nicandro.] *Nicander poëta & medicus fuit, scripsitque plurima versibus, quorum Theriaca & Alexipharmaca extant, reliqua desiderantur. de eo extant aliqua præconia in libro primo Epigrammatum Græcorum. Is de dipsade scripsit in Theriacis.*

ΠΛΟΙΟΝ Η ΝΑΥΙΓΙΟΝ, SEV
ἀχαί. vota

Iacobo Micyllo interprete.

ARGVMENTVM.

IRridet hoc Dialogo Lucianus cupiditates & ſtulta hominum vota, vt qui in iis rebus plerunque felicitatem ponant, eaque ſibi expetant, quæ ſi ipſis contingant, plurimum & moleſtiæ & periculorum quoque interim habituri ſint. Ita enim fingitur hic Adimantus primò diuitias, poſt hunc Samippus potentiam & imperium, poſtremus autem Timolaus voluptates, & quicquid mundo plauſibile videtur, optare. Quorum omnium vota Lucianus ita confutat, vt oſtendat quidquis potius quàm felicitatem in his rebus poſitam eſſe. Argumenti autem huius occaſio à noua & inuſitata nauis magnitudine naſci fingitur, quæ cùm fortè tum ex Aegypto frumentum in Italiam portaret, tempeſtatibus acta, Athenas in Piræum appulſa fuerat. Hanc cùm Adimantus (vt fingitur) conſpicatus eſſet, & de numero frumenti quem portaret, deque annuo quæſtu quem domino faceret, audiſſet, inita ſecum ratione, vt ſi tantos quotannis reditus ipſe caperet, felicissimum ac beatiſſimum ſeſe putaret: interim dum à Luciano ob ſtultitiam deridetur, cæteris quoque perſonis, optandi cuique quod vellet, occaſionem ac facultatem præbet. Eſtque hæc veluti narratio quædam totius Dialogi. Ad quam antequam venitur, perſona quoq; Adimanti, & nauis magnitudo, & tempeſtuoſum circa Chelidonias mare, dialogi gratia deſcribuntur. Exordium à Timolai ſtudio trahitur, qui ad famam nauis à Corintho Athenas ſpectandæ eius gratia veniſſe fingitur. Eiuſdem autem argumenti ſatyra quoq; eſt apud Iuuenalem decima, in qua & ille

ſuo more cupiditate & inania vota
hominum inſectatur.

ΛΥΚΙΝΟΥ, ΤΙΜΟ-
λάου, Σαμίππου &
Ἀδειμάν-
του.

LYCINVS, TIMO-
laus, Samippus &
Adiman-
tus.

Υκ ἐγὼ λέγον, ὅτι θᾶττον τὸς γύπας ἔωλον νεκρὸς, ἐν φανερῷ κάμνον, ἢ θεαμά τι παραδόξων Τιμόλαον ἰδεῖν, κᾆν ἐς Κόρινθον δεῖ ἀπνευσὶ θέοντα ἀπελθεῖν; διὰ τοῦτο οὕτω φιλοθεάμων εἶ, καὶ ἄοκνος τὰ τοιαῦτα. Τι. τί γὰρ ἄλλο καὶ ποιεῖν, ὦ Λυκῖνε, σχολὴν ἄγοντα, ἀκούσαντα νεὼν ἡλίκον οὔτως ὑπερμεγέθη ναῦν, καὶ πῆχυν τοῦ μέτρου ἐς τὸν Πειραιᾶ καταπεπλευκυῖαν, μίαν τῶν ἀπ' Αἰγύπτου ἐς Ἰταλίαν σιταγωγῶν; οἶμαι δὲ καὶ σφὼ, σέ τε καὶ Σάμιππον τουτονὶ, μὴ κατ' ἄλλό τί ἐξ ἄστεως ἥκειν, ἢ ὀψομένους τὸ πλοῖον. Λυ. νὴ Δία, καὶ Ἀδείμαντον τὸν Μυρρινούσιον

N' non dixi quòd citiùs laturerit vultures cadauer pridianum ac marcidum in propatulo positum, quàm spectaculum aliquod nouum & inopinatum, Timolaum, etiam si Corinthum illum oporteat sine respiratione curriculo abire? Quamobrem autem ita spectandi cupidus es tu, & ad huiusmodi res adeò impiger? TIM. Quid enim aliud conueniebat facere quoque, Lycine, cùm ocium alioqui agerem, audito nauem adeò ingentem, & mensuram omnem excedentem, in Piræum appulsam esse, vnam videlicet earum quibus ex Aegypto in Italiam frumentum importari solet? Arbitror autem & vos, te videlicet & Samippum hunc, non ob aliam causam ex vrbe huc progressos esse, quàm vt nauigium hoc videretis. LYCIN. Per Iouem, & Adimantus quoque Myrrhinusius

ρινούσι· καὶ εἵπετο μετ' ἐμοῦ· ἀλλ' οὐκ οἶδ' ὅπου νῦν ἐκεῖνός ἐστιν, ἀποπλανηθεὶς ἐν τῷ πλήθει τῶν θεατῶν. ἄχρι μὲν γὰρ τῆς νεὼς ἅμα ἤλθομεν, καὶ ἀνιόντος εἰς αὐτὴν, σὺ μέν, φῶμαι, Σάμιππε, πρόεις, μετὰ σὲ δὲ ὁ Ἀδείμαντος ἦν, ἔπειτα ἐγὼ μετ' ἐκεῖνον ἐχόμενος καὶ αὐτοῦ ἀμφοτέρας. καί με δὴ τῆς ἀναβάθρας ὅλης παρείπετο, χειραγωγῶν ὑποδεδεμένον, ἀνυπόδητος καὶ αὐτὸς ἄρ· τὸ δὲ ἀπὸ τούτου δὴ οὐκ ἔτι αὐτὸν εἶδον, οὔτε ἐνθάδε, οὔτε ἐπὶ κατιούσῃ θαλάμῃ. Σάμ. οἶσθα, ὦ Λυκῖνε, ὅπου ἡμᾶς ἀπέλιπεν; ἔμοιγε δοκεῖ, οἶμαι, τὸ ὡραῖον ἐκεῖνο μειράκιον ἐν τῇ θαλάμῃ πρῶτον, τὸ τοῦ καθαρὰν ἀνθρώπου ἐνδεδυκὸς, ἀναδεδεμένον εἰς τοὐπίσω τοῦ νάμματος, ἐπ' ἀμφότερα τοῦ μετώπου ἀπηγμένον, ἃ τοίνυν ἐγὼ Ἀδείμαντον οἶδα, οἶμαι, γλαφυρὸν ὄντα ἐκεῖνον θέαμα ἰδὼν, μακρὰ χαίρειν φρά-

rhinusius vnà nobiscum. Sed nescio vbinam ille nunc sit, inter multitudinem spectatorum alicubi errans. Nam vsque ad nauem quidem vnà venimus, & ascendentes in ipsam, tu quidem, opinor, Samippe, præibas, sequebatur autem Adimantus: deinde ego post illum, virisque ipsum manibus apprehendens. Ac me per totas scalas subuchebat ille, manu ducens, subligatum crepidis, cùm ipse absque calceis incederet. Sed posteà non amplius ipsum vidi, neque intus, in naui, neque postquam inde iterum descendimus. SAM. Nôsti, Lycine, vbi nos reliquit ille? Quando opinor formosus ille adolescentulus ex interiore parte nauis progrediebatur, niueo ac puro amiculo indutus, religata post tergum coma, ad viranque frontis partem reducta. Proinde si ego Adimantum rectè noui, arbitror venustum ac dulce adeò spectaculum conspicatum, longum valere

φράσας τῷ Αἰγυπτίῳ ναυπηγῷ, περιηγουμένῳ τὸ πλοῖον, παρίστηκε δακρύων, ὥσπερ ἔωθε· ταχὺ δάκρυς γὰρ ὁ ἀνὴρ ἐς τὰ ἐρωτικά. Λυ. καὶ μὲν οὐ πάνυ καλὸς, ὦ Σάμιππε, ὁ μειράκιον ἔδοξέ μοι, ὃς ἄρ' καὶ Ἀδάμαντον ἐκπλῆξαι, ᾧ τοσοῦτοι Ἀθήνησι καλοὶ ἕπονται, πάντες εὐπάτριδαι, σεμνοὶ τὸ φθέγμα, παλαίστρας ἀφπνίοντες, οἷς καὶ παράδακρύσαι οὐκ ἀγεννές. οὕτω δὲ πρὸς τῷ μιλάγχρους εἶναι, καὶ πρόχειλός ἐστι καὶ λιπλὸς ἄγαν τοῖν σκελοῖν, καὶ ἐρθέγγετο ἐπισεσυρμένον τι, καὶ σωρικὸς, καὶ ἐπίπροχορ. Ἐλωιεῖ μέν, ἐς τὸ πάτριον ἦθος φόρῳ, καὶ τῷ τῆς φωνῆς τόνῳ, ἠλόμην δέ, καὶ ἐς τοὐπίσω ὁ πλόκαμος σωρὸς παραμίνυθος οὐκ ἐλευθέριόν φησιν αὐτὸν εἶναι. Τι. τοῦτο μὲν εὐγενείας, ὦ Λυκῖνε, σημεῖόν ἐστι Αἰγυπτίας, ἠχοῦμαι.

valere iusso Aegyptio fabricatore, per nauigium circumcircà præeunte, adstitisse lachrymantem, quemadmodum consueuit. Admodum enim procliuis ad lachrymas homo est, quod ad amores attinet. LYC. Atqui non adeò formosus, Samippe, adolescens ille mihi visus est, vt etiam Adimantum velut attonitum in se conuerteret, quem tot subinde Athenis formosi sectãtur, ingenui omnes, loquendo garruli, & palæstram spirantes, quibus etiam illachrymari non ignauum est. Hic autẽ præterquam quòd colore fusco est, etiam labia habet prominentia, & gracilia nimis crura, loquiturq; dissolutum & incompositum quiddam continuatis & agglomeratis inter se verbis, Græcè quidem, sed ad patrium morem concitato strepitu, & inflexo vocis accentu. [a] Coma autem & ille post tergum conuolutus capillus, haudquaquam liberum esse ipsum arguit. TIMOL. Hoc quidem nobilitatis signum, Lycine, est [b] Aegyptiacæ, co-

μη. ἅπαντες γὰρ αὐτοῖς οἱ ἐκ παίδων ἀνατρέφουσι τὰς κόμας, ἕως τε πρὸς τὸ ἐφηβικόν. ἐν Παλλήνῃ οἱ πρόγονοι ἡμῶν, οἷς ἐδόκει καλὸν εἶναι, κομᾶν τοὺς γέροντας, ἀναδουμένους κρώβυλον, ὑπὸ τέττιγι χρυσῷ ἀνειλημμένον. Σά. εὖ γε, ὦ Τιμόλαε, ὅτι ἡμᾶς ἀνεμιμνήσκεις τῶν Θουκυδίδου συγγραμμάτων, ἃ ἐν τῷ πρὸς τοῖς Ἴωσιν, ὁπότε οἱ τότε σωφρονίσθησαν. Τι. ἀτὰρ, ὦ Σάμιππε, πῶς ἀνεμνήσθην, ὅπόθεν ἡμῶν ἀπελείφθη Ἀδείμαντος, ὅτι παρὰ τὸν ἑσπέριον ἐπιπολὺ ἔτι μᾶλλον ἀναβλέποντες, ἀεὶ θαυμοποιοῦντες τῶν βυρσῶν τὰς ἐπιβολὰς, καὶ θαυμάζοντες ἀεὶ ὁπότε τὸν ναύτην ἐξ ὑπερτάτου κάλων, ἔπειτα ἐπὶ τῆς κεραίας ἄνω ἀσφαλῶς διαβιοῦντα, τῶν κεροτάκων ἐφελκομένων. Σάμ. εὖ γε λέγεις. τί δ' οὖν χρὴ ποιεῖν ἡμᾶς ἐνταῦθα, παραδοκᾶν αὐτὸν, ἢ ἐθέλεις; ἰὼ

ma videlicet. Cuncta enim illorū pueri ingenui capillū à tergo collectum gerunt, vsque dum ex ephebis excedunt: quemadmodum & [c] Pallenæ maiores nostri, quibus pulchrum videbatur comam nutrire senes quoq; redimitos [d] crobylli textura, sub aurea cicada religata. SAM. Euge, Timolaë, quòd nos commonefacit [e] Thucydidis commētariorum, quæq; in proœmio de veteri nostra luxuria dixit ille in Ionibus, quādo illi tum vnà cùm cæteris in coloniam missi fuêre. TIM. At nunc demum in mentem mihi venit, Samippe, vbi à nobis relictus fuerit Adimātus, quādo videlicet iuxta malū aliquādiu stetimus sursum spectantes, numerantes coria alia aliis superimposita, & mirantes ascedentem per funes nautam, deinde per antennam supernè tutò adeò currentem, apprehensis antennarum clauis seu cornibus. SAM. Rectè dicis. quid igitur oportet facere nos hîc? vtrum expectare ipsum? an vis

ἐγὼ αὖθις ἐπάνειμι εἰς τὸ πλοῖον; ΤΙΜ. μηδαμῶς, ἀλλὰ προϊωμεν· ἀκὸς γὰρ ἤδη παρεληλυθέναι ἐκεῖνον, ἀφεσθοῦντα εἰς τὸ ἄστυ, ἐπὶ μηκίστ' ἡμᾶς ἐυρεῖν ἐδυνάτο. εἰ δὲ μὴ, ἀπ' οἴδε τοῦ ὁδοῦ Ἀδείμαντος, καὶ δεῖ οὐδὲν, μὴ ἀφεληφθεὶς ἡμῶν ἀποδυκολυθῇ. ΛΥΚ. ὁρᾶτε, μὴ σκαιὸν ᾖ, φίλον ἀφελιπόντας, αὐτοὺς ἀπιέναι. βαδίζωμεν δ' ὅμως, εἰ καὶ Σαμίππῳ τοῦδε δοκεῖ. ΣΑ. καὶ μαλα δοκεῖ, ἴσως ἀνεῳγυῖαν τοῦ παλαίστραν ἔτι καταλάβωμεν. ἀπὸ μεταξὺ τῶν λόγων, ἡλίκη ναῦς, εἴκοσι καὶ ἑκατὸν πήχεων ἐλλείπουσ' ὁ ναυπηγὸς τὸ μῆκος, εὖρος δὲ, περὶ τὸ τέταρτον μάλιστα τούτου, καὶ ἀφ' ἑκατέρου καταστρώματος εἰς τὸν πυθμένα, ἢ βαθύταδον κατὰ τὸ ἄντλον, ἐννέα πρὸς τοῖς εἴκοσι. τὸ δ' ἄπαν, ἡλίκος μὲν ὁ ἱστὸς, ὅσον δὲ ἀνέχει τοῦ

vis vt ego ad nauigium iterum abeam? TIM. Nequaquã, sed pergamus. Nam verisimile est præterijsse illum iam, recipientem in vrbem sese, postquam nos amplius inuenire non potuit. Quòd si minùs, at viam saltem nouit Adimantus: neque metuendum est, ne à tergo relictus, à nobis seducatur. LYC. At videte, ne agreste nimis fuerit, relicto post nos amico, ipsos hinc abire. Sed eamus tamen, si idem hoc Samippo quoque videtur. SAM. Atque admodum videtur, si fortè apertam adhuc palæstram deprehendere possimus. Sed interea dum sermones cædimus, quanta nauis hæc? centum & viginti cubitos in longitudinem porrecta, latitudine autem supra quartam maximè partem mensuræ huius patens. Tum à summis foris ad fundum vsque, quà profundissima est, eo loci videlicet, quò sentina defluit, nouem & viginti cubitos alta. Præterea autem quantus malus, quantámque sustinet anten-

πλὴν λιμαίαν, οἵῳ δ' πρότο-
νῳ λίχνῃται, καὶ σιωίχιται.
ὡς δ' ἡ πρύμνα μὴν ἐπανίσχ-
νῳ ἡρέμα λαμπύλη, χρυσοῦ
χοινίσκον ἐπικειμένη, λαταν-
τικρὺ δ', ἀνάλογον ἡ πρῴρα
ἐπηρβίβηκεν, ἐς τὸ πρόσω ἀκ-
μικωμένη, πλὴν ἐπώνυμον
τῆς νηὸς θεὸν ἔχουσα, πλὴν Ι-
σιν, ἐκατέρωθεν. ὁ μὲν γὰρ ἄλ-
λος λόσμος, αἱ γραφαὶ, καὶ
ζῦ ἴσον τὸ πρόσιον πυρωνῖς, καὶ πρὸ ζύτων, αἱ ἄγ-
κυραι καὶ σροφεῖα καὶ σιφαγωγεῖς, καὶ αἱ μετὰ πλὴν πρύμ
ναν οἰκήσεις, θαυμάσια πάν-
τα μοι ἐδόξει· καὶ τὸ τῶν νεω-
τῶν πλῆθος σρατοπέδῳ ἄν
τις ἀκάσειεν· ἐλέγετο δὲ καὶ
τοσοῦτον ἄγειν σῖτον, ὡς ἱκ-
κανὸν ἔναι πᾶσι τοῖς ἐν τῇ
Ἀτλικῇ ἐνιαύσιον πᾶσι προ-
φλύ. λαχεῖνα πάντα μικρός
τις ἀνθρωπίσκος, γέρων ἤδη,
ἴσως, ἐπὶ λιπλῇ λάμαι τὰ τηλικαῦτα πηδάλια σφί-
σφων. ἐδείχθη γάρ μοι ἀνα-
φαλαν-

nam? quanto autem rudente vtitur atque astringitur? Vt autem ipsa quidem puppis paulatim assurgit inflexa, atque [f] aureum anserculum supernè habens impositum: eregionè autem æqua proportione prora prominet, in anteriorem partem longè porrecta, & cognominem nauidem, Isidem videlicet, vtrinque additam habens. Nam cætera quidem ornamenta, vti picturæ, & veli flammeus ille atque [h] parasius color, & ante hæc anchoræ quoque, & vertendi circumagendiq; instrumenta, & habitationes illæ post puppim, omnia admiratione digna visa mihi sunt. Iam & nautarum multitudo, cum exercitu comparari posset. Dicebatur autem tantum frumenti numerum portare, quantus in annuum victum sufficere omnibus in Attica facilè posset. Atque hæc omnia paruus quidam homuncio, senex iam, conseruabat, tenui adeò pertica tanta gubernacula conuertēs. Commonstratus enim mihi fuit calu-

φαλαντίας οὗλος, Ηρων, οἶμαι, τοὔνομα. Τιμ. θαυμαστὸς τῷ τέχνῳ, ὡς ἔφασκον οἱ ἐμπλέοντες, καὶ τὰ θαλάττια σοφὸς, ὑπὲρ τὸν Πρωτέα. ἀκούσαιτε δ', ὅπως δεῦρο διεκομίσθη τὸ πλοῖον, οἷα ἔπαθον πλέοντες, ἢ ὡς ὁ ἀστὴρ αὐτοὺς ἔσωσεν; Λυκ. ναί, ὦ Τιμόλαε, ἀπὸ νεὼ ἡδέως ἂν ἀκούσαιμι. Τιμ. ὁ ναύκληρος αὐτὸς διηγεῖτό μοι, χρηστὸς ἀνὴρ, καὶ προσομιλῆσαι δεξιός. ἔφη δὲ ἀπὸ τῆς Φάρου ἀπάραντας ἐν πάνυ βιαίῳ πνεύματι, ἑβδομαίους ἰδεῖν τὸν Ακαμαντά, ἔπειτα ζεφύρου ἀντιπαθήσαντος, ἀπενεχθῆναι πλαγίους ἄχρι Σιδῶνος· ἐκεῖθεν δ', χαλεπῷ μεγάλῳ δεινάτῃ ἐπὶ χιλιοστάδας, ἀπὸ τῶν Ἀυλῶν ἐλθεῖν, ἔνθα δὴ περὶ μικροῦ ἅπαντας διαφθαρῆναι. οἶδα δέ ποτε παραπλεύσας καὶ αὐτὸς Χελιδονίας, κλύδωνα ἐν τῷ τόπῳ ἀνιέντα τὸ κῦμα,

uaſter quidã criſpus, Heron, opinor, nomine. TIM. Mirabilis, quod ad artẽ attinet, ille, quemadmodum dicebãt ij, qui cũ eo nauigant, & rerum marinarum ſupra Protea illum doctus. Audiſtis autem quomodo huc appulerit nauem? qualia acciderint nauigantibus? aut quemadmodum ſtella ipſos ſeruârit? LYC. Haudquaquam, Timolaẽ. Quin hoc ipſum abs te libenter nunc audierimus. TIM. Ipſe nauclerus narrauit mihi, homo probus, & ad conuerſandum ingenuus. Aiebat autem cùm à Pharo ſoluiſſent, flatu non admodum vehementi ſeptimo die eò fuiſſe prouectos, vt iam Acamantem viderent. Exinde Zephyro exadueršò ſpirante tranſuerſos abreptos fuiſſe ad Sidonem vſque. Inde autem tempeſtate magna iactatos, decimo tandem die per anguſtias illas ad Chelidonias peruenaſſe, vbi parùm abfuit quin omnes ſubmergerentur. Noui autem, aliquando etiam ipſe naui præterfectus Chelidonias, quanti ſe eò loci attollant fluctus,

μα, καὶ μάλιστα περὶ τὸν λίβα, ὁπόταν ἐπιλάβῃ καὶ τοῦ νότου μετ' ἐκεῖνο γὰρ δὴ συμβαίνει μερίζεσθαι τὸ Παμφύλιον ἀπὸ τῆς Λυκιακῆς θαλάσσης, καὶ ὁ κλύδων ἅτε ἀπὸ πολλῶν ῥοῦν ἑαυτῶν περὶ ὦ ἀκρωτηρίῳ ἐχομένῳ (ἀπόξυροι δὲ εἰσι πέτραι καὶ ὀξεῖαι, παραβολόμεναι ὦ κλύσματι) καὶ φοβερωτάτων ποιεῖ τὰ κύματα, καὶ τὸν ἦχον μέγαν· καὶ τὸ κῦμα πολλάκις αὐτῷ ἰσομέγεθες ὦ σκοπέλῳ. τοιαῦτα καὶ σφᾶς καταλαβεῖν ἔφασκεν ὁ ναύκληρος, ἔτι καὶ νυκτὸς οὔσης, καὶ ζόφου ἀκεραίου, ἀπὸ τῶν οἰμωγῶν αὐτῶν ἐπιπλαωθέντας τοὺς θεούς, πῦρ τι ἀναδῆξαι ἀπὸ τῆς Λυκίας, ὡς γνωρίσαι τὸν τόπον ἐκεῖνον, καί τινα λαμπρὸν ἀστέρα, Διοσκούρων τὸν ἕτερον, ἐπιπαθέσθαι ὦ πρῳρείῳ, καὶ κατευθῦναι τὸν πλοῦν ἐπὶ τὰ λαιὰ εἰς τὸ πέλαγος, ἕως ὦ μηκέτι πρόσω

fluctus, & maximè flante Africo, si quando assumpserit & Austri partem aliquam secum. Nam ab eo loco contingit diuidi Pamphylium mare à Lycio, & fluctus ipsi, vtpotè multis ac variis vndis circa promontorium illud velut intersecti (præruptæ autem rupes sunt, & acutæ, & incursionibus aquarũ exasperatæ) & procellas excitant terribiliores, & fragorem edunt immensum. Ac fluctus sæpenumerò tanti attolluntur, vt ipsius scopuli altitudinẽ exæquent. Talia igitur se quoque tum deprehendisse atque expertos esse nauclerus aiebat: insuper etiam nocte existente tum, & tenebris profundis. Cæterùm cùm ad ploratum ipsorũ dij tandem flexi atque inclinati fuissent, ignem apparuisse ipsis ex Lycia, ita vt locum illum manifestè cognoscere possent, & stellam quandam splendidam, i Dioscurorum videlicet alterum, in summa parte mali consedisse, nauemq; ad sinistram in alium iterum direxisse, cum iam præceps in rupem deferre-

προσφερομένων. τοιούτῳ ὄντι ἅπαξ τῆς ὀρθῆς ἐκπεσόντας, ὥστε τὸ Αἰγαῖον πλεύσαντας, ἑβδομηκοστῇ ἀπ' Αἰγύπτου ἡμέρᾳ, πρὸς ἀντίους τοὺς ἐτησίας πλαγιάζοντας, εἰς Πειραιᾶ χθὲς καθορμίσασθαι, τοσούτους ἀποφερομένους εἰς τοῦπίσω, ὅσους ἐπὶ τὰ κρήτης λιβὸς βούλεται, ὑπὲρ τὴν Μαλέαν πλέοντας, ἤδη εἶναι ἐν Ἰταλίᾳ. Λυκ. νὴ Δία, θαυμάσιόν τινα φῆς κυβερνήτην τὸν Ἥρωνα, ἢ τοῦ Νηρέως ἰλικιώτην, ὅστοσοῦτον ἀποφάλη τῆς ὁδοῦ· ἀλλὰ τί τοῦτο, οὐκ Ἀδείμαντός ἐστιν ἐκεῖνος ὁ; Τιμ. πάνυ μὲν οὖν Ἀδείμαντος αὐτός, ἐκβοήσωμεν οὖν. Ἀδείμαντε, σὲ φημι, τὸν Μυρρινούσιον, τὸν Στροβίχου. Λυκ. ἀνοῖν θάτερον, ἢ ἀνοχλεῖ ἐφ' ἡμῖν, ἢ ἐκπεπώφωται. Ἀδείμαντος γε, οὐκ ἄπο τοῦ τις ὅστις πάνυ ἤδη σαφῶς ὁρῶ, καὶ βοιμάτιον αὐτό, καὶ τὸ βάδισμα ἐκεῖνο, καὶ ἐν χρῷ ἡ λυπρά. ἐπιτέ-

deferretur. Atq; ex eo, cùm iam semel à recta via excidissent, per Aegæum nauigantes, septuagesimo die quàm ex Aegypto soluerunt, aduersus Etesias per obliquum & transuersè actos, in Piræum heri appulsos huc esse, eò vsque videlicet ad inferiorem partem abreptos, quos conueniebat Creta ad dexteram relicta, supra Maleam tenendo cursum, iam in Italia esse. LYC. *Per Iouem mirabilem quendam gubernatorem narras, Heronem istum, aut Nerei potiùs æqualem, qui tantùm à via aberrârit. Sed quid hoc? ánnon Adimantus ille?* TIM. *Admodum Adimantus ipse. Vocemus igitur hominem, Adimante. Te inquam Myrrhinusium illum, Strobichi filium.* LYC. *Ex duobus alterũ illi accidit videlicet: aut enim succenset nobis, aut obsurduit. Nam omninò Adimantus ille est, neq; alius quisquã Admodum igitur planè iam video, & vestem ipsius & incessum agnosco. Etiam tonsura illa ad viuum vsq; arguit hominem*

Sed

ἐπιτήνομεν δ' ὅμως τὸν πρεσβύτην, ὡς καταλάβωμεν αὐτόν. ἵνα μὴ τοῦ ἱματίου λαβόμενοι, σε ἐπιστρέψομεν, ὦ Ἀδείμαντε, οὐκ ἀκηκόεσαν ἡμῶν ἐμβοῶσιν; ἀλλὰ καὶ φροντίζοντι ἔοικας ἐπί σοφωνοίας τινὸς, ὀλίγου, οὐδ' εὐκαταφρόνητόν πραγμα, ὡς δοκεῖς, ἀνακυκλῶν. Ἀδείμ. οὐδέν, ὦ Λυκῖνε, χαλεπὸν, ἀλλά μοι καινότης ἔννοια μεταξὺ βαδίζουσα ἐπελθοῦσα, παρακοῦσαι ὑμῶν ἐποίησεν, ἀτενὴς πρὸς αὐτὸ ἅπαντι τῷ λογισμῷ ἀφειμένη. Λυκ. τίς ἄντη; μὴ γὰρ ἀκηκόεσας ἀπεῖπεν, ἃ μή τις θεῖ τῶν πάνυ ἀῤῥήτων. καί τοι ἐτελέσθημεν, ὡς οἶσθα, καὶ σιγᾶν μεμαθήκαμεν. Ἀδείμ. ἀλλ' αἰσχύνομαι ἔγωγε ἀπεῖπεν πρὸς ὑμᾶς· ὅτῳ γὰρ μειρακιῶδες ὑμῖν δόξει τὸ φρόνημα. Λυκ. μῶν ἐρωτικόν τί ἐστιν; οὐ γὰρ οὐδὲ τοῦτο ἀμύητοις ἡμῖν ἐξαγορεύσεις, ἀλλ' ὑπὸ λαμπρᾷ τῇ δᾳδὶ καὶ αὐτοῖς

Sed tamen acceleremus ambulationem hanc & greſſum, vt aſſequamur hominem. Quòd niſi veſte apprehenſum te conuertiſſemus, Adimante, nunquam puto hodie clamantes nos exauditurus fuiſſes. At etiam cogitabundo ſimilis videris, neſcio quid magnum, ac minimè contemnendum, tecum ipſe animo & cogitatione, vt vidêre, volutans. ADIM. *Nihil equidem acerbum aut graue, Lycine: ſed mihi noua quædam cogitatio intereundum in mentem veniens, vt ne audirem vos fecit, dum intentè adeò ac tota mente in illam velut defixus incumbo.* LYC. *Quænam iſta? ne enim graueris dicere, niſi omninò ex areanis iſtis aliqua fuerit. Atqui initiati ſumus & nos, vt ſcis, & celare quæ audimus, didicimus.* ADIM. *Ac erubeſco equidem apud vos dicere, adeò iuuenile vobis videbitur, ſat ſcio, id quod nunc cogito.* LYC. *Non amatorium quiddam eſt. Neque enim hoc profanis nobis narrabis, ſed ſplendida admodum face etiam ipſis*

luſtratis.

τοῖς τετελεσμένοις. Ἀδεί. ἀλλ', ὦ θαυμάσιε, τοιοῦτον, οἷον καὶ τινα πλοῦτον ἐμαυτῷ ἀνεπλασάμην, ὃν δὴ μακαρίαν οἱ πολλοὶ καλοῦσι, καί μοι ἐν ἀκμῇ τῆς περιουσίας καὶ τρυφῆς ἐπέστητε. Λυκ. ἐκοινῶ τὸ πρόχειρότατον τοῦτο, κοινὸς Ἑρμᾶς, φασί, καὶ εἰς μέσον κατατίθει φέρων τὸν πλοῦτον· ἄξιον γὰρ ἀπολαῦσαι τὸ μέρος, φίλους ὄντας, τῆς Ἀδεμάντου τρυφῆς. Ἀδεί. ἀπολείφθην μὲν ὑμῶν εὐθὺς ἐν τῇ πρώτῃ εἰς τὴν ναῦν ἐμβάσει, ἐπεί σε, ὦ Λυκῖνε, κατέσχον εἰς τὸ ἀσφαλές. περιμετροῦντος γάρ μου τῆς ἀγκύρας τὸ μέγεθος, οὐκ οἶδ' ὅπου ὑμᾶς ἀπέστητε. ἰδὼν δ' ὅμως τὰ πάντα, ἀρόμην τινὰ τῶν ναυτῶν, ὁπόσων ἀφίρει ἡ ναῦς ὥστε δισπότην ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ καθ' ἕτος ἕκαστον τὴν μισθοφορίαν. ὁ δέ μοι, δώδεκα, ἔφη, Ἀττικὰ τάλαντα, εἰ πρὸς τὸ μάλιστα

lustratis initiatisq;. ADIM. *Nihil, ô præclare, istiusmodi, sed opulentiam quandam mihi ipsi fingebam, quam inanem felicitatem plerique vocare solent, atque in ipsa adeò acie opum & deliciarum versanti mihi, superuenistis.* LYC. [k] *Proinde illud, quod in procliui est,* [l] *Communis Mercurius, aiunt, ac in medium allatas huc diuitias istas depone. Aequum enim est nos quoque parte aliqua frui voluptatum Adimanti, amici cõsimus.* ADIM. *Relictus equidem à vobis fui statim à principio, cùm primùm nauem conscendissemus, postquam te, Lycine, in tuto collocâssem. Nam metiente me anchoræ magnitudinem, nescio quorsum vos à me discessistis. Attamẽ cùm omnia perlustrâssem, interrogauĩ quendam ex nautis, quantũ mercedis ac lucri communibus rationib. nauis ea referret domino in singulos annos. Ille autem, duodecim, inquit, talenta Attica, etiam si quis communiora tantùm computaret,*

πάχισύμ τις λογίζοιτο. τοῦτ' οὖν ἐγὼ ἐπανιὼν, ἐλογιζόμην, εἴ τις θεῶν τὴν ναῦν ἄφνω ἐμὴν ποιήσειεν εἶναι, οἷον ἂν ὡς εὐδαίμονα βίον ἐβίωσε, καὶ ποιῶν ζοὺς φίλους, καὶ ἐπιπλέων ἐνίοτε μὲν αὐτὸς, ἐνίοτε δὲ οἰκέτας ἐκπέμπων; εἶτα ἐκ τῶν δώδεκα ἐκείνων ταλάντων οἰκίαν τε ἤδη ᾠκοδομημένην ἐν ἐπικαίρῳ, μικρὸν ὑπὲρ τὴν ποικίλην, τὴν παρὰ τὸ Ἰλισσὸν ἐκείνην, τὴν παρῳκημένην ἀφεὶς, καὶ οἰκέτας ὠνούμην καὶ ἐσθῆτας καὶ ἵππους. νυνὶ δὲ ἤδη καὶ ἔπλεον, ὑφ' ἁπάντων εὐδαιμονιζόμενος καὶ τῶν ἐπιβατῶν, φοβερὸς ζοῖς ναύταις, καὶ μονονουχὶ βασιλεὺς νομιζόμενος· ἔτι δέ μοι τὰ κατὰ τὴν ναῦν εὐθετοῦντι, καὶ εἰς λιμένα πόρρωθεν ἀφορμίζοντι ἐπισὰς, ὦ Λυκῖνε, κατέδυσας τὸν πλοῦτον, καὶ ἀνέτρεψας εὐ φερόμενον τὸ σκάφος, ἀρεσάντων τε εὐχῇς καὶ πνεύματι. Λυκ. ἐκοῦν,

& ad minimam ſummam redigeret. Exinde igitur rediens mecum ipſe cogitabam: Quòd ſi nunc deorum quiſpiam nauem hanc derepentè meam eſſe faceret, qualem & quàm beatam vitam acturus eram? qui & amicis benefacturus, & interdum quidem ipſe in ea nauigaturus, interdum autem ſeruos emiſſurus, deinde ex duodecim illis talentis & domum ædificaturus eſſem in loco maximè opportuno, paulò videlicet ſupra porticum pictam, relicta paterna illa, quam apud Iliſſum habeo, & ſeruos coëmpturus, & veſtes, & vehicula, & equos. Iam autem nauigabam quoque, & felix ab omnibus ijs, qui nauem conſcenderant, prædicabar, à nautis autem formidabar, & tantùm non rex quiſpiam exiſtimabar: cùm interea dum ea quæ in naui ſunt cõpono, & ad portum à longè aſpicio, ſuperueniens, Lycine, opulentiam hãc omnem ſubmerſiſti mihi, nauemq; ipſam, benè ac ſecundo voti vento labentem, ſubmerſiſti. LYC. Proinde

ἐῶ, ὦ γενναῖε, ναυόμενός μου, ἄγαγε πρὸς τὸν στρατηγὸν, ὡς τινα πειρατὴν, ἢ καταποντιστὴν, ὃς τηλικοῦτον ναυάγιον εἰργάσατο, καὶ ταῦτα, ἐν γῇ, κατὰ γὰρ ἐν Πειραιῶς εἰς τὸ ἄστυ. ἀλλ' ὅρα, ὅπως παραμυθήσομαί σε τὸ πάθημα. ἀγάγε γάρ, εἰ βούλει, καπήλου καὶ μείζω τοῦ Αἰγυπτίου πλοῖα ἕλκειν ἴσχε, καὶ τὸ μέγιστον, οὐκ ἀπολωλότα, καὶ τοῦτο δὶς ἀπὸ Αἰγύπτου, κατ' ἔτος ἕκαστον, σιταγωγείτω σιταγωγίαν. καὶ ὦ ναυκλήρων ἄριστε, πάλιν ἐκ ἀφόρητόν ἐμοὶ τότε γενήσεται· ὃς γάρ, ἔτι ἑνὸς πλοίου τοσαύτης ἀπολαύων ὠφελείας, πρήκτορας βοώντων, εἰ ἀγάγε μετὰ τοῦτο, πρὸ πολλοῦ ἀπολωλότα καὶ ἀνάλιθρα, οὐκ ὄψει παλαιοὺς φίλους. σὺ μὲν δὴ ἀπόπλει, ὦ βέλτιστε, ἡμᾶς δ' ἐν Πειραιεῖ καθεδούμεθα,

Proinde, ô generose, correptum me adhuc hinc ad Imperatorem, veluti piratam aliquem, aut demersorem, vt qui tantum naufragium effecerim, idq; etiam in terra, in via videlicet quae ex Piraeo in vrbem itur. At vide tamen quo pacto te consolabor pro hoc lapsu. Quinque enim, si placet, pulchriora adeò, & maiora Aegyptio isto nauigia possidere te facito: &, quod maximum fuerit, etiam talia, quae demergi non possint. Deinde etiam quinquies tibi ex Aegypto per singulos annos frumentum fortassis importent. Atque, ô nauclere optime, iam nunc præ te fers quàm nobis tum intolerabilis futurus sis. Nam cùm vnius etiã nauigij istius dominus existens, exaudire clamantes nos haud volueris, quid ageres si quinque possideas vltra hoc, tribus velis instructa, & tempestatibus inuicta? nempe ne aspiceres quidem amicos. Proin tu quidem secunda nauigatione vtere, ô præclare: nos autem in Piraeo sedebimus,

execuerim.] *Saturnum aiunt abscidisse Cœli patris pudenda, quibus in mare deiectis Venerem procreatam, quæ à spuma Aphroditæ nomen accepit.* o Vt iam euitati, Cybeli.] *Cybele, quæ & Rhea Deorum mater, alijs q; multis nominibus vocabatur, sacerdotes castratos, qui Galli dicebantur, habebat. Lucretius illis tympana & cymbala adhibet. De his cùm satis superque pluribus alijs in locis, deq; omni Cybelis cæremoniarum ritu annotârim, non est cur hoc loco plura repetam.* p Lex prima.] *De ritu & modo parandi festa, quidque ipsis diebus præcipuè agendum.* q Nisi quæ ad lusum & voluptatem.] *In Prometheo seu Caucaso: Si tollamus, inquit Prometheus, è conuiuijs lepores illos, risum & subdolas captiones, quid oro, præter temulentiam, edacitatem, & silentium fiet reliqui?* r Lex secunda.] *De excipiendis & tractandis pauperibus, de que muneribus mittendis.* s Porcellos.] *Olim publicè lustrabantur domus, procello circumacto.* t Geminam accipere.] *Milites διμοιρίται nuncupati, dupla stipendia merent. Idem Lucianus: ἐγυμνάζου ἐφεδρεύων, πάχα διμοιρίτης ὤν.* u Leges conuiuales.] *De modo & ratione conuiuiorum, siue quibus rebus in conuiuij studendum sit.* x Bibat de meliore.] *Fortè legendum ἐκπίοντος, vt vertit Erasmus: alioqui si leges ἐκπίοντες, sensus erit, prius q; bibat dives.* y Pocillator.] οἰνοχόος *Pincerna, à poculis à cyathis, cuius officium est, vt in conuiuio vinum misceat. Nec multò pòst, in epist.* 1. *præmoneantur pincernæ, ne contentur donec vnusquisque nostrûm septies poscat bibere, sed semel iussi protinus infundant, & ingentem calicem impletum tradant, æquè atque ipsi domino vsque vnum & idem vinum conuiuis sit omnibus. Puerum enim ad cyathum habebant, qui quot petebant cyathos vini, admetiebatur, in poculum q; fundebant. Sic & Græci, cyathos sibi nomine eorum miscere petebant, quos charos habebant.* z Adhibeatur modus.] *Modus in omnibus rebus obseruandus.* Xenophon: Σὺ γὰρ μετρίως σιτοῦ τοὺς ἀμαρτάνοις. i. *modum sequens nunquam errabis. Pindarus Nemeorum hymno* 10. ἐπὶ ὄγκῳ καὶ θεώτων βαρὺς αἰπὺς ἔστω. i. *modum in rebus excedere, auditoribus graue est. Vide Erasmi nostri prouerbium: Ne magna loquaris.*

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ Κρονικαί.

Εγὼ Κρόνῳ χαίρειν.

ΓΕΓΡΑΦΕΙΝ μὲν ἤδη σοι καὶ πρότερον ἀλλῶν ἐν οἷς ἄλλῳ, καὶ ὡς διὰ τὸ πενίας ἐναπολείπομαι, μόνος ἄμοιρος ἔσεσθαι τῆς ἑορτῆς, καὶ ἐνέγκαιμι. ἔτι καὶ τοῦτο προσθεὶς (μέμνημαι γὰρ) ἀνοσιώτατον εἶναι, τοὺς μὲν ἡμῶν ὑπερπλουτεῖν καὶ τρυφᾶν, οὐκ ἐθέλειν κοινωνοὺς ὧν ἔχουσι, τοῖς πενεστέροις, τοὺς δὲ λιμῷ διαφθείρεσθαι, καὶ ταῦτα, Κρονίων ἐνεστώτων. ἐπεὶ δέ μοι τότε οὐδὲν ἀντιπέμψας, ἡγησάμην δεῖν αὖθις ἀναμνῆσαί σε τῶν αὐτῶν. ἐχθὲς γάρ σε, ὦ ἄριστε Κρόνε, τὸ ἄνισον τοῦτο ἐρωτῶντα, καὶ τὰ ἀγαθὰ εἰς τὸ μέσον ἅπασι κατατεθέντα, ἔπειτα ἑορτάζειν.

ὡς

Ego Saturno Salutem.

EQUIDEM & antea tibi scripsi, significans quónam in statu essem, & quemadmodum ob inopiam mihi periculum esset, ne solus omnium expers relinquerer solennitatis quam indixisti. Addidi & illud (nam memini) iniquissimum esse, si nostrûm alij opibus ac deliciis superfluerent, nihil ex suis facultatibus impertientes pauperioribus, alij rursum fame contabescerent: atque id quidem instantibus Saturnalibus. Verùm quoniam tum ad meas literas nihil respondisti, operæprecium existimaui, te denuò ijsdem de rebus commonefacere. Tuum erat, optime Saturne, [a] sublata hac rerum inæqualitate, bonisq; in medio depositis, postea celebrandum festum edicere.

Nam

ὡς ἔνιοὶ ἔχομεν, μύρμηξ ἡ κάμηλος, ὡς ἡ παροιμία φησί. μᾶλλον δὲ πρακτικὸν ὑποκειτῶ ἐννόησον, θατέρῳ μὲν τοῖν ποδοῖν ἐφ' ὑψηλῆς βεβηκότα, οἷόν εἰσιν οἱ τραγικοὶ ἐμβάται. θάτερον δὲ ἀνυπόδετος ἔσω ἐν ταπεινῷ βαδίζοντος ἔχων, ἆρας ὅτι ἀναγκαῖον αὐτῷ ἄρτι μὲν ὑψηλῷ, ἄρτι δὲ ταπεινῷ γενέσθαι, καθ' ὁπότερον ἂν ποδὰ προβαίνῃ. τοσοῦτον γὰρ τῷ βίῳ ἡμῶν τὸ ἄνισον. καὶ οἱ μὲν ὑποδησάμενοι ἐμβάτας, ὑπὸ τύχης χορηγούσης, ἐπάγουσιν ἡμῖν, οἱ πολλοὶ δὲ πεζῇ μὴ χαμαὶ βαδίζομεν ἀναγκαζόμενοι ἂν, εἰ ἴσθι, μὴ χεῖρον αὐτῶν ὑποκρίνασθαι καὶ βαδίζειν, εἴ τις μᾶς ἐνισκήψας πραπλησίως ἐκείνοις. καί τοι ἀμείνω ποιητὰ λογίσασθαι, ὡς τὸ παλαιὸν, ἃ ζώουσα ἔτι ζῶσι ἀνθρώποις τὰ πράγματα, σὺ ἔτι μοναρχῶν ἀπ' ἀμφοῖν γῆ ἄσπορος καὶ ἀνήροτος ἔφυν αὐτὸς τὰ ἀγαθὰ, λάπυρον ἔδιμον ἐκφέρουσα καὶ ἐλαίου πόρον, πολλαμοῦ δ', οἱ μὲν

Nam vti nunc res habent, [b] *formica camelus, quemadmodum aiunt prouerbio. Quin magis* [c] *tragœdiæ histrionem animo concipe,* [d] *qui altero pede præaltis cothurnis sublimis insistat, cuiusmodi sunt tragica calceamenta, altero verò sit incalceatus. Is si ad hunc modũ instructus ingrediatur, vides necessariò futurum, vt nunc excelsus sit, nunc humilis, prout hunc aut illum pedem vicissim promouerit. Nec minor est in vita nostra inæqualitas, dum illi cothurnis fulti, adornante fortuna tragœdias in nos agunt. Contrà magna pars pedibus atque humi ingredimur, quum & ipsi, scias velim, nihilo deterius illis fabulam agere possimus, atque ingredi, si quis nos quoq; ad eundem instum modum adornârit. Atqui* [e] *ex poëtis audio, nihil harũ rerũ inter homines fuisse olim, quum tu solus adhuc imperiũ teneres: verùm tellus illis citra serendi arandiq; laborem bona progignebat, cœnam vni cuiq; paratam, vel ad satietatem vsq. Porrò flumina partim vinum,*

οἶναρ, οἱ δὲ γάλα, ἄλλοι δὲ καὶ μέλι ἔρρεον. τὸ δὲ μέγιστον, αὐτοὺς ἐκείνους φασὶ τοὺς ἀνθρώπους χρυσοῦς εἶναι, πενίαν δὲ μηδὲ τὸ παράπαν αὐτοῖς γνωσθῆναι. ἡμᾶς δὲ αὐτοὶ μὲν, οὐδὲ μόλιβδον ἄξιον ἀκότως ἀποκρίνομεν, ἀλλ' εἴ τι καὶ τούτου ἀτιμότερον· ἃ προφὴ δὲ μετὰ πόνων τοῖς πλείοσιν, ἡ πενία, καὶ ἀπορία καὶ ἀμηχανία, καὶ τὸ οἴμοι, καὶ τὸ πόθεν ἄν μοι γένοιτο, καὶ ὦ τῆς τύχης, πολλὰ τοιαῦτα. παρὰ γὰρ ἡμῖν τοῖς πένησι μὴ ἄλλον ἄν, τὴν ἴωδι, λίθον ἀμεινόν ἄμεινον ἐπ' αὐτοῖς, εἰ μὴ τὰς πλουσίους ἑωρῶμεν τοσαύτην εὐδαιμονίαν σεσωρευκότας. οἱ τοσοῦτον μὲν χρυσὸν, τοσοῦδε δὲ ἄργυρον ἐκπεπλεσμένοι, ἐσθῆτας δὲ ὅσας ἔχοντες, ἀνδράποδα δὲ καὶ βοῦς, καὶ οἰκίας καὶ ἀγροὺς, κτήματα δὲ ταῦτα ἅπαντα κεκτημένοι, οὐχ ὅπως οὐ μετέδοσάν ἡμῖν ποτε αὐτῶν, ἀλλ' ὀλίγου δεῖν βδελύττεσθαι τοὺς πένητας ἀξιοῦσι.

vinum, partim lac, erant autem & quæ mel manabant. Quodq; est omnium maximum, aiunt illos ipsos [f] homines aureos fuisse, cæterum paupertatem procul ab illis abfuisse. Nos contra & non satis idonei sumus qui vel plumbum videri posimus, aut si quid etiam plumbo vilius, vt quorum plerisque victus labore quæritur, ac passim paupertas, egestas ac desperatio, & illud: Hei mihi: &, vnde inueniam? &, ô fortunam, atq; id genus alia permulta apud nos nempe pauperes abundant: quanquam his de rebus leuius discruciaremur, [h] nisi diuites conspiceremus tanta fruentes felicitate, [i] qui quidem quum tantum auri, tantũ argenti cõditum habeant, tantum vestium possideant, tot mancipia, tot currus, familias, agros, atque harum rerum omnium magnam vim teneant, tamen adeò nobis nihil vnquam de eis impertiunt, vt plebeios homines ne aspectu quidem dignentur.

Hæc,

ταῦτα ἡμᾶς μάλιστα ἀφανίζει, ὦ Κρόνε, καὶ ἀφόρητον ἡγούμεθα τὸ πρᾶγμα, τὸν μὲν ἐφ' ἁλουργίδων κατακείμενον, τοσούτοις ἀγαθοῖς ἐντρυφᾶν ἐρυγγάνοντα, καὶ ὑπὸ τῶν σιωπώντων εὐδαιμονιζόμενον, ἀεὶ ἑορτάζοντα· ἐμὲ δὲ, καὶ τοὺς ὁμοίους ὀνειροπολεῖν, εἴποθεν ὀβολοὶ τέσσαρες γένοιντο, ὡς ἔχοιμεν ἄρτων γοῦν ἢ ἁλφίτων ἐμπεπλησμένοι καθεύδειν, κάρδαμον ἢ θύμον ἢ ἐρόμενον ἐπιτρώγοντας. ἢ τοίνυν ταῦτα, ὦ Κρόνε, ἀπάλλαξον καὶ μεταποιῆσαι τὸ ἰσοδίαιτον, ἢ τὸ ὕστερον, αὐτοὺς γε ἐκείνους λιτολογεῖν τοὺς πλουσίους, μὴ μόνους ἀπολαύειν τῶν ἀγαθῶν, ἀπὸ ἀργυρείμνων τοσούτων χρυσίου, τοῖνυν καὶ ἡμῶν πάντων καταστοχάσασθαι. ἀλλὰ ἱματίων, ὅσα μὲν ὑπὸ σητὸς διαβρωθέντα, ἂν ἄρα αὐτοὺς ἀνιάσει ταῦτα γὰρ πάντως ἀπολοῦμεν, καὶ ὑπὸ τῆς χρόνου διαφθαρησόμενα, ἡμῖν δὲ καινὰ περιβαλεῖσθαι μᾶλλον, ἢ ἐρρῶσθαι τοῖς οὖσιν καὶ λύσασι, ὑγρῶτι ποππῷ καταπλῶσαι.

Hæc, inquam, sunt, Saturne, quæ [k] *nos enecant maximè, planè́ q; rem intolerandā arbitramur, hunc in purpura accumbentem, tantis opum delicijs offluere, ructantem interim, & applaudentibus amicis perpetuò festum diem agere: me verò, meíq; similes, somniorum coniecturas interpretari, si cunde fortè quatuor oboli contingant, quò videlicet pane polentáve expleti dormire queamus, nasturtium, aut porrũ, cepâsve, alliúmve opsonij vice arrodentes. Aut hæc igitur, Saturne, ad æquabilitatem vitæ mutes corrigasq; necesse est: aut quod est postremum, illis ipsis interdicas diuitibus, ne soli bonis fruantur, verùm è modijs auri tam multis vel heminam in omneis nos dispergant. Porrò ex vestibus, si quas iam à tineis exesas, citra suum incommodum dare possint, malimq; hæc prorsus vetustate situq; peritura, nobis dare qui induamur, quàm sinere vt in cubilibus ac scrinijs multa carie computrescant.*

Præte-

καὶ μεῖζον καὶ λαμπρίσαν ἴκασον, ἄρτι μὲν τισὶ φρας, ἄρτι δὲ πεντε τῶν πενήτων παραλαμβάνοντας, μὴ μεγάλοις εἰς τὸν νεῶν τρόπον τῶν δείπνων, ἀπ' εἰς τὸ λημοτικώτερον, ὡς ἐπίσης μετέχειν ἅπαντας, καὶ μὴ τὸν μὲν ἀμφορεῖα θαι τῶν ὄψων, καὶ τὸν οἰκέτην πρόσωπον ἑστῶτα, εἰς' ἂν ἀπαχορύσῃ ἑαθίων ἐφ' ἡμᾶς ὁ ἐπιβούλα, ἔτι πρασκευαζομένων ὡς ἐπιβάλοιμεν τὴν χεῖρα, πρὶν μεθύσθαι, λείξαντα μόνον τὴν λοπάδα, κ' ὅλον ἐπὶ πλακοῦντος τὸ λοιπόν. μὴ δὲ ἰσομοιρῶν τινὸς συὸς, ἀλλὰ μοντα τῷ μὴ λιπότερ πρατεθῆναι τὸ ἡμίτομον ὅλον σὺν τῇ λιφαλῇ, τοῖς δ' ἄλλοις ὀστᾶ φέρειν ἐγκαλουμένα. πρὸ πεῖν δὲ καὶ τοῖς οἰνοχόοις, μὴ πρὶν μένην ἐς' ἂν ἐπλάκις αὐτέσῃ πιεῖν ὑμῶν ἕκαστος, ἀπὸ ἂν ἅπαξ λιπώσι, αὐτίκα ἐγχέαι, καὶ ἀναδοῦναι, μεγάλῳ λυλικὰ ἐμπλησθέντας, ὥσπερ τῷ δεσπότῃ καὶ τὸν οἶνον δ' αὐτὸν πᾶσι τοῖς συμπόταις ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν εἶναι· ἢ πᾶ

Praterea vt cœnent singuli, nunc quaternis, nunc quinis pauperibus ad conuiuium adhibitis. Haud isto quidem pacto, quo his temporibus conuiuia peraguntur, verùm popularius, vt æqua sit omnium portio, neque vt hic opsonijs ingurgites sese, famulo interim adstante atq; opperiente donec herus vorandò præfocetur. Cæterùm vbi ad nos venerit, quum vix etiam apparauerimus admouere manum, protinus ad alios transferatur patina tantum ostensa, vel si quid de placenta reliquum est. Neq; illatum aprum ita partiatur, vt domino totum dimidium apponat vnà cum capite, reliquis autem ossa tecta apponat. Vtque præmoneantur pincernæ, ne contentur donec vnusquisque nostrûm septies poscat bibere, sed semel iussi protinus infundant, & ingentem calicem impletum tradant æquè atque ipsi domino, vtq; vnum & idem vinum conuiuis sit omnibus.

Alioqui

κῶς γὰρ γεγράφθαι χρὴ τὸν νόμον, ἢ μὴ ἀνθοσμίου μεθύσαντι ἡμῖν, ἀμοίρου δὲ τοῦ γλεύκους ὀσφρα-νομένῳ τῷ γαστρὶ ἡ ταῦτα ἐπανορθώσεις, καὶ μεθυσοῦσης, ὦ Κρόνε βίον μὲν τὸν βίον, ἑορτὴν δὲ τὴν ἑορτὴν ἔσῃ ποιήσας. ἃ δὴ μὲν, ἐκεῖνοι μὲν εὐωχοῦνται, ἡμεῖς δὲ καθήμεθα εὐχόμενοι, ἐπεὶ δὲ λου-τρὰ μὲν οὐδεῖς ἀναπέψαντα ἀμφορέα, καλάξας, μάγειρος ὢν ζωμὸν ἐπιλαβόμενος τὸ ταχὺς μὴ ἐς φακὴν ἐμβαλεῖν ἰχθύων, τὴν καυᾶν δὲ πάντα ὀψοποιὸς ὢν τι ἀπάντα ὅλον καταφαγεῖν, ὥσπερ τὰ ὀψοποιῶν ἐχόντων, καὶ ζῶν πλακοῦντος τὸ ἥμισυ τὸν ὦν μὴ ἔλαφον, μὴ λιπαρίαν μεταξὺ ὀπλώμενα τὸ ὅμοιον ποιεῖν, ὅπερ Ὅμηρος καὶ περὶ τῶν ἡλίου βοῶν φησι, μᾶλλον δὲ μὴ ἕρπειν μόνον ἀπ' ἀναπηδήσαντα φεύγειν εἰς τὸ ὄρος καὶ αὐτοῖς ὀβελοῖς. μὴ τὰς ὄρνιθας τὰς παχείας, καὶ ἤδη ἕτοιμα πρὸς ἕψησιν, μὴ ἐσκευασμένας, ἀναπτάμενα οἴχεσθαι μὴ ταύτας, ἐμπεπλημένας πτερῶν, καὶ ἑτοίμας ἐπὶ τὴν ὀπτησιν.

Alioqui vbinã iſta lex ſcripta fuit, aut receptus mos, vt hic vino odorato generoſoque temulentus ſit, mihi contrà muſto diſrũpatur aluus? Hæc ſi correxeris nouarisq́, Saturne, tum demum effeceris vt vita verè vita ſit, feſtũ verè feſtũ. ſin minus, illi quidem epulentur, [m] nos autem interim, ſedentes precabimur, vt ſimul atque lauti venerint, puer ſubuerſam amphoram rumpat, vtq́ coquus ius adurat, ac per obliuionẽ muriam piſcium in lentem infundat, vtq́ canis in domum irruens, opſoniorum artificibus alibi intentis, exta deuoret vniuerſa, præterea placẽtæ dimidium: vtq́ ſus ac ceruus, neque non ſuculæ inter aſſandũ idem faciant, [n] quod Homerus de Solis bobus commemorat: imò vti non ſerpant ſolùm, verùmetiam vnà cum ipſis verubus in montem abripiant ſeſe, fugiantq́, vtq́ ipſæ etiam aues pingues, iam adempeis plumis, & ad coquẽdum apparatæ, volatu aufugiant.

ὡς μὴ μόνοι ἀπολαύοιεν αὐτῶν, ὃ δὲ δὴ μάλιστα αὐτοὺς ἀνιάσει· τὸ μὲν χρυσίον μυρμηκάς τινας, οἵους τοὺς Ἰνδικοὺς, ἀνορυττούσας ἐκ τῶν θησαυρῶν, ἐκφέρειν νύκτωρ εἰς τὸ δημόσιον. τὴν ἐσθῆτα δὲ τῇ ὀλιγωρίᾳ τῶν ἐπιμελητῶν ὁσονοῦν δηλητηρίων σῆσαι ὑπὸ τῶν βελτίστων μυῶν, ὡς ἀχλύος θωυσσικῆς μηδὲν διαφέρειν σαῦλας ἢ αὐτῶν τὰς ὀφρύας μὴ κομήτας, ἃς Ναρκίσσους ἢ Ἀχιλλέας ἢ ὑακίνθους ὀνομάζουσι, μεταξὺ ὀρίγοντας σφίσι τὸ ἔκπωμα, φαλακρὰς γίγνεσθαι, ἐπιῤῥεούσης δὲ κόμης, μὴ σφόδρα νέφη ὀξέα, οἷοί εἰσιν ἐν ταῖς κωμῳδίαις οἱ σφενδονοπώγωνες, καὶ παρὰ τοῖς τραγῳδοῖς πάνυ κάσιον, καὶ κάρτα ἀκανθῶδες, τὸ μεταξὺ ἢ λεῖον μὴ γυμνὸν ἐᾷν. ταῦτα, μὴ πλείω τούτων ἐξαιμιεῖ ἄν, ἢν μὴ βέλωσι τὸ ἄγαν φίλαυτον τοῦ ἀφρύτου, εἰς τὸ κοινὸν πλεῖν, μηδὲ μεταδιδόναι ἡμῖν τῶν μυτρίων.

ne soli illis fruantur: quod & futurum est illis grauissimum, vt ° formicæ tales, quales feruntur Indicæ, aurum è thesauris effossum, noctu in publicum efferant: vtq; vestis curatorum indiligentia ita ab optimis muribus perforetur, vt cribrum videri possit, nihilque differat à casse venatorio: vtq; formosi illorum comatiq; puelli (quos P Hyacinthos, aut q Achilles, aut r Narcissos apellare solent) dum ipsis poculum porrigunt, subitò defluente coma calui fiant, & acutam edant barbam, cuiusmodi in comœdijs induci solet Sphenopogones, quibus à cuneata barba nomen inuentum est: vtque vertex illis asperis ac pungentibus pilis sit hirtus, reliqua capitis parte nuda. Hæc atque his etiam plura illis imprecabimur, nisi desinant vsqueadeò suis priuatim studere commodis, velintq; in commune diuites esse, nobis quoq; quantum æquum est impartientes.

GILBER.

GILBERTI COGNATI
ANNOTATIONES.

a SVBLATA rerum inæqualitate.] *Propositio. Spectauit hanc æquationem Plato, & ante eum Lycurgus instituit, & nunc Anabaptistæ reuocare conantur. Sed frustra hæc fiunt, & plus calamitatum inuehunt, quàm vtilitatum. Euertuntur enim resp. neque ipsa æquatio, diuturna esse potest, propter varias causas, & morum & casuum & liberorum. Et enim vt stellæ aliæ vincunt alias & splendore & magnitudine, ita fieri nunquam poterit, vt ex æquo omnes sint & diuites & honorati. Cic. lib. 3. Off. Capitalis, inquit, omnino oratio est, ad æquationem bonorum pertinens. Qua peste quæ potest esse maior, vide ea quæ scripta sunt in legem Agrariam, hoc est, de publicis agris populo diuidendis.* b Formica camelus.] *Loquitur de opibus inæqualiter inter mortales distributis, vt huic plurimum superfit, huic multum desit. Dicitur autem prouerbium de vehementer inæqualibus, & modò minimis, modò maximis, quod perindè fit, quasi repentè camelus in formicam vertatur. Erasmus noster dicit non intempestiuè dici posse, in eos qui sibi non constant, in vtramque partem immodici.* c Tragœdiæ histrionem.] *Ab inconuenienti ludionem, qui personatus in scenis fabulas agitat.* ὑποκριτὴν, μίμον. *Roscius & Aesopus histriones clari.* d Qui altero pede prælatis cothurnis.] *Hoc calciamenti genus Græci κόθορνον, Latini mutata literula cothurnum vocant, quo mos erat tragœdiarum actoribus in scena vti, vt proceriores viderentur: erat enim subere subleuatum & ἀμφοτεροδέξιον, hoc est, tam dextro, quàm sinistro pede conueniens, & de suris religabatur. Vide illud Horatij Sermonum 1. Sat. 5:*

Non illi larua, aut tragicis opus esse cothurnis.

Quia ore ita deformi esset, vt instar laruæ videri posset, neq; cothurnis, quia magna corporis esset statura. e Ex poëtis audio.] *Ab exemplo & vita veteri Saturno regnante ætatem auream fuisse fabulantur, terramq; sua sponte expertẽ vomeris & aratri peperisse fruges, communesq; id temporis & nullis distinctas limitibus agrorum possessiones fuisse. Virgil. 6. Aen.*

Augustus Cæsar, diuûm genus, aurea condet
Secula, qui rursus Latio, regnata per arua
Saturno quondam — f Homines aureos.] *Theocritus in Aita* χρύσοι πάλαι ἄνδρες. i *aurei quondam viri. Virg. 2. Georg.*

Aureus hanc vitam in terris Saturnus agebat.

g Non idonei qui plumbum.] *At postquam fugato Saturno, Iupiter dominari cœpit, paulatim omnia rerum mortalium in deterius labi occœpere. Atque sequentes tempestates, quia aureo seculo fuerunt deteriores, secunda dicta est argentea, tertia ænea, quarta ferrea, ipsiq; homines plumbei:* id est, *inefficaces, inutiles, & inanes visi sunt. Harum omniũ descriptio elegans extat apud Hesiodum in oper. & diebus, & Ouid. lib. 1. Metam.* h Nisi diuites conspiceremus.] *Malevolus & inuidus vicinorum oculus, inquit prouerbium, ad quod videtur respexisse Horatius lib. 1. Sat.*

Quî fit Mecœnas, ut nemo, quam sibi sortem,
Seu ratio dederit, seu sors obiecerit, illa
Contentus viuat, laudet diuersa sequentes? *Respondet Publius mimographus: Aliena nobis, nostra plus alijs placent. Adde quod inuidia ferè comes est felicitatis.* i Qui quidem quum tantum auri.] *Amplificatio à collatione diuitum.* k Nos enecant.] *Horat. epistolar. lib. 1. ad Lollium 1:*

Inuidus alterius rebus macrescit opimis.
Inuidia Siculi non inuenêre tyranni
Maius tormentum —. *Sic Lucret. lib. 3:*
Macerat inuidia, &c. l Aut hæc igitur, Saturne.] *Redit ad propositionem, & leges quoque describit.* m Nos precabimur.] *Epilogus per comminationem formulæ execrationum & dirarum precationum. Talis fuit sacerdotis imprecatio ante,* τὸ πρὸς κρόνον. *Imò, inquit Saturne, precor vt ei nec tũ bibere liceat, cùm sitit. Vide in nostris adagijs: Thyestea execratio, & capiti eueniat. In morbo consumat.* n Quod Homerus de Solis bobus.] *Odyss.* α o Vt formicæ tales.] *In Septentrionali Indiæ regione, formicæ cornutæ & pugnacissimæ esse feruntur, aurumque ex terræ cauernis egerere*

at q

ἰῆς; cumulare. Ipsis color felium, magnitudo luporum Aegypti esse dicitur. Indi id aurum in maximo Solis æstu furantur, cùm formicæ domi latitant, quæ tamen nonnunquam odore excitatæ, celerrimo cursu auri prædones, camelis & dromedariis fugientes, assequuntur atq; lacerant. Plin. lib. 11. cap. 31. Strabo de ijsdem formicis loquitur lib. 15. p Hyacinthos.] Hyacinthus puer fuit Amyclæus eodem tempore à Zephyro & Apolline adamatus, cuius fabulam à Palæphato in tractatu de fabulosis narrationibus, & paulò aliter ab Ouidio lib. 1. Metam. refertur. q Achilles.] Achilles formosissimus omnium Græcorum. r Narcissus.] Narcissus puer fuit formosissimus, cuius fabulam latè refertur ab Ouid. lib. 3. Metamorph.

ΚΡΟΝΟΣ ΕΜΟΙ τῷ ἡμιωτάτῳ χαίρειν.

SATVRNVS MIhi chariſſimo Sal.

Τὶ ταῦτα λυρᾶς, ὦ οὗτος, ἐμοὶ περὶ τῶν παρόντων ἐπιστέλλων, καὶ ἀναλλασσόμενος τῶν ἀγαθῶν ποιεῖν διαλόγους; τὸ δὲ ἕτερα ἄρχειν ἦν, ἃ νῦν ἄρχουσι θαυμαζῶ γάρ σε ἃ μόνος τῶν ἁπάντων ἀγνοεῖς, ὡς ἐγὼ μὴ πολλὰ βασιλεύσας ὦν, νῦν παύομαι εἶναι ὢν, οἷς πᾶσι δοκεῖμας τῶν ἀρχῶν. ὁ Ζεὺς δὲ μάλιστα τοῖς τῶν ἐπιμελεῖται· τὰ δὲ ἡμέτερα τοσαῦτα μέχρι πηλοῦ, καὶ λιρότου, καὶ ὠδῆς καὶ μέθης, καὶ τοῦδε· οὐ πλέον ἡμῖν ἐπιτρέπει. ὥστε

QVid a tu, obsecro, nugas istas ad me, ac de rebus huiusmodi scribis, iubesq; vt de integrò bonorum faciam partitionem? quod quidem alterius munus fuerit, penes quem nunc est imperium. Etenim demiror te, si solus omnium ignoras quemadmodum iampridem regnare destiterim, ac priuatus esse cœperim, b liberis partitus imperium: quamquam Iupiter præcipuè rerum istiusmodi curam agit. Porrò c mea potestas non nisi ad taxillos vsque, saltationes, cantationes, & ebrietatem valet, idq; septem nō amplius diebus

ὥστε περὶ τῶν μειζόνων, ἃ φὴς, ἀφιλεῖν τὸ ἄνισον, καὶ ἐκ τῆς ὁμοίας ἢ πρέπεσθαι ἢ πλουτεῖν ἅπαντας, ὁ Ζεὺς ἂν χρηματίσειεν ὑμῖν. εἰ δέ τι τῶν ἐκ τῆς ἑορτῆς ἀδικοῖ τὸ τις, ἢ πλεονεκτοῖτο, ἐμὸν ἂν εἴη διαιτᾶσαι. καὶ ἐπιστελῶ δὲ τοῖς πλουσίοις περὶ τῶν δείπνων, καὶ τῆς χοίνικος τοῦ μυσίου, καὶ τῶν ἰσθήτων, ὡς καὶ ὑμῖν πέμψουσιν εἰς τὴν ἑορτήν. δίκαια γὰρ ταῦτα, καὶ ἄξια αὐτὸς ποιεῖν, ὡς φατὲ, ἐμοί τι σύλλογον ἐκεῖνοι πρὸς ταῦτα ἔχουσι λέγειν. τὸ δὲ ὅλον, ἴσθι οἱ πένητες ὑμᾶς, ἐξηπατημένοι, καὶ οὐκ ὀρθῶς διαλογιζόντων περὶ τῶν πλουσίων. εἰ γὰρ παναθλίους αὐτοὺς οἴεσθε εἶναι, καὶ μόνους ἀλλήλων τινὰ βιῶν τὸν βίον. ὅτι λειπεῖν πολυτελῶς δεῖπνα αὐτοῖς, καὶ μεθύσκεσθαι οἴνου ἡδέος, καὶ παισὶν ὡραίοις, καὶ γυναιξὶν ὁμιλεῖν, καὶ ἐσθῆσι μαλακαῖς χρῆσθαι. τὸ δ' ἄνευ ἀγνοεῖτε, ὁποῖόν ἐστιν·

Itaque grauioribus in causis, de quibus scribis, videlicet de tollenda rerum inæqualitate, vtpote ex æquo omnes aut opibus abundent, aut egeant, Iupiter vobis operam dabit. Quòd si quid in his quæ ad festum pertinent, vel fraude detractum est alicui, vel additum, id erit mearum partium iudicare. Iamque scribo diuitibus, de cœnis, deque auri hemina, neque non de vestibus, vt vobis quoque ad celebrandum festum nonnihil mittant. Quandoquidem æqua sunt ista, deceatque illos facere quemadmodum prædicatis, nisi fortè habent isti, quòd probabiliter ad hæc respondeant. [e] *In summa tamen illud scitote pauperes, vos longè falli, neque rectè iudicare de diuitibus.* [f] *Siquidem illos felices arbitramini, solosque suauem vitam viuere, propterea quòd illis liceat opiparè cœnare, vino suauiì inebriari, puellis formosis mulieribusque frui, vestibus vti delicatis: verùm istam felicitatè cuiusmodi sit, ignoratis:*

siquidem

ἄν τι γὰρ φροντίδων αἱ ψυχαὶ ἡμῶν, οὐ μικραὶ, ἀλλ' ἀναγκαῖαι ἐπαγρυπνεῖν ἑκάστοις, μή τι ὁ οἰκονόμος βλάπτῃ ἢ ὑφαιρῆται, μὴ ὁ οἶνος ὀξυνθῇ, μὴ ὁ σῖτος φθαρείσῃ, ἢ ὁ λῃστὴς ὑφέληται τὰ ἐκπώματα, μὴ πεισθείσῃ ζῶντας ἀνοφελῆτας ὁ δῆμος, λέγουσι τυραννεῖαν αὐτὸν ἐθέλειν. ταῦτα δὲ πάντα οὐδὲ τὸ πολλοστὸν ἂν εἴη μέρος τῶν ἀνιώντων ὑμᾶς. ἀ γοῦν ἡ πίστασθε ζῆν φόβους, καὶ τὰς μερίμνας, ἃς ἔχουσι, πολλῷ ἂν ὑμῖν φευκτέον ὁ πλοῦτος ἔδοξεν· ἐπεὶ οἴεσθε μηδὲν αὐτὸν οὕτως ἂν ποτε μορυσσαντιάσαι, ὡς εἰ μᾶλλον ἦν τὸ πλουτεῖν καὶ βασιλεύειν, ἀφεῖτο ἂν αὐτὰ, καὶ παραχωρήσαντα ἄλλοις, μᾶλλον ἰδιωτεύοντα, καὶ ἀνέχεσθαι ὑπ' ἄλλῳ ταττόμενον; ἀλλὰ τὰ πολλὰ ταῦτα εἰδὼς, ἃ ζῆς πλουσίοις καὶ ἄρχουσι πρόσεστιν ἀνάγκη, ἀφῆκα τὴν ἀρχὴν ἣν ποιῶν· καὶ

siquidem hæ res non mediocribus curis eos distorquent, sed singulis inuigilare coguntur, ne quid rerum domesticarũ dispensator fraudet, aut clanculum suffuretur, ne vinum acescat, ne frumentum vermibus corrumpatur, ne latro tollat pocula, ne populus credat calumniatoribus, si illum dixerint affectare regnum. Atqui hæc quidem quota pars est eorum, quæ istos discruciant? Quòd si nosse tis metus & curas, quibus obnoxij sunt, planè fugiendas vobis esse diuitias existimaretis. Alioqui creditis & vel meipsum vsqueadeò insanum, vt si præclara res esset opulentia, aut regnum, depositurus hæc, alijsq; ea cessurus fuerim, patererq; vt nunc priuatus alieno parerem imperio? Quin potius quum non essem ignarus huiusmodi malorum quæ plurima diuitibus ac regibus adsint necesse est, imperium deposui, idque sapienter.

καὶ γὰρ ἀνιῶ ἐποίνιῶ πρός μι, ὡς τὰς μὲν συῶν καὶ πλακουντων ἐμφορουμένους, ὑμᾶς δὲ λάρλαμον ἢ βύμον ἢ ῥόμμινον ἐπιπρώγοντας ἐν τῇ ἑορτῇ, σκέψαι ὁποῖά ὄζει πρὸς Ἀ γὰρ τὸ παρὸν, ἡδύ, καὶ οὐ ἀνιαρὸν ἴσως ἑκατέροις αὐτῶν. ὡς δὲ μετὰ ταῦτα, ἔμπαλιν ἀναῤῥίφεται τὸ πρᾶγμα. ἔστα ὑμᾶς μὲν ὅτι λαμπρῶς τοῦτ' ἀγωνεῖται' ἂν ἐς τὴν ὑστεραίαν, ὥσπερ ἐκείνοις ὑπὸ τῆς μέθης, οὔτι ὑπὸ τῆς ἄγαν πληθωρικῆς λυσῳδίας τι καὶ λαπυρώτερον ἐρυγγάνοντος. οἱ δὲ τούτων τι ἀπολαύουσι, καὶ τὸ πολὺ τῆς νυκτὸς, ἢ πάσιν ἢ χαυλιόν, ἢ ὅπως ἂν ὁ πολυάνθρωπος, σπασμῷ, φθόλῳ ἢ περιπνευμονίαν, ἢ ὕδερον οὐ χαλεπῶς συνεξελέξαντο ἐκ τῆς πολλῆς τρυφῆς. ἢ τίνα ἂν αὐτῶν ῥᾳδίως δείξαι δυνατὸν, μὴ πάνυ ὠχρὸν ὄντα, πολὺ τὸ νεκρῶδες ἐπιφαίνοντα; τίνα δ' ἂν ἧττον ἀφυπόμνον τοῖς κότου ποιῇ,

Nam quòd tu nunc apud me deos obtestans deplorabas, illos apris ac placentis expleri, vos contra nasturtium, porrúmve aut cepe per festi tempus, opsonij loco arrodere, cuiusmodi sit, considera. Etenim in præsenti quidem vtrumq; dulce est illis, minimeq; molestum. h At postea res inuertitur. Quandoquidem vobis deinde non accidit, vt postridie surgatis, i capitis dolore grauati ob temulentiam, quemadmodum illi, neque ob immodicam k ingurgitationē grauẽ plenem, & acrem spiritum ructatis. At illi hoc quoque fructus ferunt, vt quoniam magnam noctis partem l vario coitu pro libidinis arbitrio transigunt, facilè sibi vel tabem, vel tussim, vel morbum intercutem, ex intemperato voluptatum vsu colligant. Alioqui quotum quenq; potes ostẽdere, qui nõ planè palleat, ac faciẽ cadaueroſam præ se ferat? Quo-

quumquenq; autem, qui cùm ad senectutẽ peruenerit, suis ipsius pedibus

ποσὶν, ἀπὰ μὴ φορυδλῶ τὸ πρὶ τετράρων ὀχούμενον, ὁλόχρυσον ἔνδοθεν δὲ τὰ ἔξω, καὶ ἀῤῥαφον ἢ τὰ ἔνδοθεν, ὥσπερ αἱ τραγικαὶ ἐσθῆτες, ἐκ ῥακῶν πάνυ εὐτελῶν συγκεκομμένα; ὑμᾶς δὲ, ἰχθύων μὴ ἅγευστοι, καὶ ἀσιζοι, ποδάγρας ἢ πνιγμονίας, οὐχ ὁρᾶθ', ὅτι καὶ τούτων ἄωρεροί ἐστε, ἢ ἔτι καθ' ἕτερόν τινα αἰτίαν συμβαίνοι; καί τοι οὐδ' αὐτοῖς ἐκείνοις ἔτι ἥδιον αὐτὸ, καθ' ἡμέραν καὶ πέρα τοῦ μέτρου ἐσθιόμενον τούτων, ἀπ' ἄλλοις ἄν αὐτὸς ἔτυχε καὶ θύμου ὀρεγομένοις ἐνίοις, ὥσπερ οὐδὲ σὺ τῶν λαγῶν καὶ συῶν. ἐῶ λέγειν ὅσα ἄπορα λυπεῖ αὐτὸς, ἢ ὑὸς ἀκόλαστος, ἢ γυνὴ τοιαύτη ἐρῶσα, ἢ ἱερώμενος πρὸς ἀνάγκην μᾶλλον ἢ πρὸς ἡδονὴν σωφρ. καὶ ὅλως, πολλὰ ἔστιν, ἅπερ ὑμᾶς ἀγνοοῦντας, τὸν χρυσὸν ὁρᾶτε αὐτῶν μόνον, καὶ τὴν πορφύραν. καὶ ἢν ἴδητε ποτὲ ἐξιππαύοντας ἐπὶ λευκοῦ ἡμιόνου, καὶ ἀγόμενοι, καὶ προσκυνεῖτε· ἃ δὲ

pedibus ingrediatur, ac non potius à quatuor baiulis gestetur? foris quidem totus aureus, intus putris ac pannosus, cuiusmodi sunt tragica indumenta, ex pannis admodum vilibus consarcinata. Vos autem quum molestum est, quòd de piscibus gustare non liceat, quòd inedia laboratis: non illud item cogitatis, eosdem & podagræ, & tussis expertes esse, aut si quid aliud aliam ob causam illis incommodi contingit. Quanquam nec illis ipsis æquè dulce est, quotidie suprà satietatem istis vesci. Quin potius videas eos nonnunquam ita olus ac lupinum appetere, vt tu non æquè leporem appetas, aut aprum. Vt de reliquis interim sileam, quæ illos discruciant, puta si filius sit luxuriosus, si vxor vel amans, vel amata à famulo, coacta magis quàm ex animo cum illo dormiat. In summa multa alia sunt, quæ vos ignorantes, tantùm aurum illorum ac purpuram videtis. Tum si quando videtis eos albo prouehi curru inhiatis & adoratis.

εἰ δὲ ὑπερωρᾶτε αὐτῶν, καὶ ὀλιγωρεῖτε, μὴ μόνον ἐπιστρέφοντι πρὸς τὸν ἀργυροῦν ἅρμα ὄμματα, μήτε μεταξὺ διαλεγομένων, εἰς τὸν ἐν τῷ λαμπηδόνι σμάραγδον ἀφορᾶτε, μὴ τὰ ἱμάτια πραπλόμενοι, τὸ μαλακὸν ἐθαυμάζητε, ἀλλ' εἰδέναι ὀλίγους πλουτεῖν, οὓς ἴσως, αὐτοὶ ἐφ' ἡμᾶς ἰόντος, ἐκδιδράσκοντας σωθεπνεῖν, ὡς ἐπιδείξαντο ὑμῖν τὰς κλίνας καὶ τὰς τραπέζας, καὶ τὰ ἐκπώματα, ὧν δὴν ὄφελος, εἰ ἀμάρτυρος ἡ κτῆσις εἴη. τάχ' ἂν οὖν πλεῖστα εὕροιτε ἂν αὐτὸς ὑμῶν ἕνεκα κτωμένους, οὐχ ὅπως αὐτοὶ χρήσωνται, ἀλλ' ὅπως ὑμᾶς θαυμάζοιτε. ταῦτα ὑμᾶς παραμυθοῦμαι, εἰδὼς τὸν βίον ἐπικάτηρον. καὶ ἄξιον ἑορτάσαι, ἐνθυμουμένους ὅτι μετ' ὀλίγον ἅπαντας λείψει ἀπιόντα ἐκ τοῦ βίου, κἀκείνους τὸν πλοῦτον, καὶ ὑμᾶς τὴν πενίαν ἀφύντας. πολλὰ ἐπιστέλλω γε αὐτοῖς, ὥσπερ ὑπισχόμην, καὶ οἶδ' ὅτι οὐκ ὀλιγωρήσουσι τῶν ἐμῶν γραμμάτων.

Quòd si illos contemneretis, negligeretisq; neque ad argenteum currum oculos haberetis intentos, neque inter colloquendum, smaragdũ annulo inclusum respectaretis, neque vestes obiter contrectantes molliciem admiraremini, sed sineretis eos ipsos sibi diuites esse, haud dubiè futurum sit, vt ipsi vos vltrò adirent, ad cœnam rogarent, nimirum vt vobis ostendere possint lectos, mensas ac pocula. [m] Quarum rerum nulla sit utilitas, si sine teste possideantur. Ceriè reperiretis pleraque hæc illos vestra causa parare, non quo utantur ipsi, sed vti vos admiremini. [n] Hæc ad consolandos vos scribo, viramque vitam cognitam habens. Conuenitq; ita festum agere, vt cogitetis omnibus breui decedendum è vita, & illis, depositis opibus, & vobis relicta paupertate. Quãquam & illis scribam, sicuti sum pollicitus: certum scio eos non neglecturos literas meas.

GILBER-

GILBERTI COGNATI
ANNOTATIONES.

a QVID tu.] *Exordium ab increpatione.* *b* Liberis paritus imperium.] *Ioui namq; in diuisione paternæ hæreditatis, Cœlum, Neptuno, terra, mareq;, Plutoni autem ea quæ sub terra, in sortem cesserunt.* *c* Mea potestas non nisi ad taxil. los.] *In Saturnalibus conuiuia liberiora agebantur, in quibus talis ludebatur, saltationes, cantationes, ebrietates & alij turpiores actus fiebant: in tali namque festo non fuerunt alia exercitia & studia. In quibus etiam seruis accumbere licebat, feriatis interim ab opere.* *d* Itaq; grauioribus in causis.] *Propositio & responsio ad superiorem petitionem.* *e* In summa.] *Digressio, quæ pauperibus suadet, vt sua sorte contenti sint, plus oneris inesse diuitijs, quàm voluptatis.* *f* Dum illos felices arbitrabimini.] *Xenoph. κυρου παιδ. lib. 8. Pheraulas, inquit, ex paupere diues à Cyro factus, desiderio tandē pristinæ tranquillitatis, & quietis affectus, & curarū ac molestiarum, quas sibi diuitiæ importasse querebatur, multitudine offensus, omniū bonorum suorum possessionem in Sacam transfert, hoc sibi tantùm excipiens, vt ab eo, tanquam hospes, atque etiam parciùs, minusq; eleganter, ac sumptuosè, quàm hospes alatur. Inter cætera autem diuitiarum incommoda, hoc quoq; commemorat, quod necesse sit homini diuiti sæpe ab aliquo aut afferri oues aliquot à lupo iugulatas, vel bouem à prærupto, & præcipiti loco delapsum: aut nunciari iumenta in morbum incidisse. Apud Horatiū non dissimilia habentur in epist. 2. ad Mecœnatē lib. 1:*

Verùm vbi oues furto, morbo periêre capellæ,
Spem mentita seges, bos est enectus arando:
Offensus damnis, &c. *g* Vel meipsum.] *Asseueratio à suo ipsius exemplo.* *h* At postea res inuertitur.] *Voluptatum intemperantia morborum & mœroris causa. Hinc Plaut. in Amphitruone, vbi Alcumenam ita loquentem facit:*

Satin' parua est res voluptatū in vita atq; ętate augūda,
Præ quod molestum est? cuiq; hominum in ætate ita comparatum est,
Ita dis est placitum, voluptati vt mœror comes consequatur.

i Capitis dolore grauati.] *Sunt quibus caput assiduè dolet, vbi vel liberaliùs vinum ingesserint, vel meraciùs, idq; magis, si suapte natura calidum fuerit, vt testatur Galen. 3. de Locis affectis, vtpote quod omnino quidem caput vaporibus repleat, aliquando etiam humoribus calidis, cùm & citra vini potum eiusmodi ad caput promptè deferuntur. Theognis:*

εἰνόν τοι πόσιν πουλὺν κακὸν: id est. *Vinum bibere multum, malum est. Torquentur enim homines vino.* k Ingurgitationem.] *Pauperes edunt, bibunt, faciunt, non quod & quando libet, atque expedit, sed quod habent, quodq; licet. Nec tamen his multò feliciores sunt diuites plerique, qui intemperantia sua non minùs lædunt valetudinem, quàm pauperes ex inopia, quos excusat necessitas & fortunæ iniquitas, cùm diuites nullam habeant defensionem. Ne igitur modus excedat cibo, potu, libidine, quoniam voluptates magnos plerumque dolores pariunt, corrumpunt valetudinem, & immaturum obitum accersunt. Crapula enim & intemperantia multi pereunt: frugalitas verò & continentia valetudini conducunt.* l Vario coitu.] *Magna ex nimio coitu virium & spirituum dissipatio. Arist. sectione 4. probl. 22. vt, teste Hipp. in vestibulo libri de hebdomate, vniuersi corporis robur labefactum langueat & contremiscat.* m Quarũ rerũ nulla sit vtilitas si sine teste.] *Sic Prometheus in Caucaso suo: Istuc interea tecum expendas velim, num tibi bonum aliquid appareat sine omni penitùs teste, & num oblectare queat habentem possessio, aut opus quod nemo videat, nemo laudet, nemo admiretur? Quod ideo dixerim, quia nisi fierent homines, iam futurũ erat, vt omnis cunctarum rerũ decor esset sine teste, & opes nostræ ne à nobis quidem ipsis haberentur in precio: quum nemo alius sit, qui harum admiratione caperetur.* n Hæc ad consolandos.] *Epilogus per commi-*
nationem.

KPONOΣ

ΚΡΟΝΟΣ ΤΟΙΣ Πλουσίοις χαίρειν.

Οἱ πτωχοὶ ἔναγχος ἐπιστολήν μοι, ἀτιώμενοι ὑμᾶς, μὴ μεταδιδόναι σφίσιν ὧν ἔχετε, καὶ τὸ μὲν ὅλον, ἠξίουν με κοινὰ πᾶσι ποιεῖν τἀγαθά, καὶ τὸ μέρος, ἕκαστον αὐτῶν ἔχειν· δίκαιον γὰρ εἶναι, ἰσοτιμίαν μαθεῖν γενέσθαι, καὶ μὴ τὸν μὲν πλέον, τὸν δὲ μηδόλως μετεῖναι τῶν ἀγαθῶν. ἐγὼ δὲ περὶ μὲν τούτων ἔφην ἄμεινον σκέψασθαι τὸν Δία. περὶ δὲ τῶν παρόντων, καὶ ὧν ἀδικεῖσθαι ὤοντο κατὰ τὴν ἑορτὴν, ἑώρων ἐπ' ἐμὲ καθήκουσαν τὴν μείζω καὶ ὑποχόμιον γραφὴν πρὸς ὑμᾶς. ἔστιν, ἃ δίκαιοί εἰσι, ταῦτα μύρια, ὡς ἐμοὶ ἔδοξε. πῶς γάρ, φασὶ, ῥιγοῦντες τοσούτῳ κρύει, καὶ λιμῷ ἐχόμενοι, πρὸς τὸ

SATVRNVS DEuitibus, Salutem.

PAuperes [a] nuper ad me datis literis incusârunt vos, qui nihil ipsis ex facultatibus quas possidetis, impertimini: atque omnino postulârunt, vt omnia bona facerem omnibus communia, vt ad singulos illorum sua pars rediret. Aequum enim esse, vt rerum æqualitas constituatur, neque decere, vt huic supersit, ille nullo modo sit particeps voluptatum. Ego verò respondi, hisce de rebus rectius Iouem consideraturum. Cæterùm de præsenti negocio, dëque iniurijs, quibus sese per festos dies affici putant, videbam mei officij esse sententiam ferre, sumq; pollicitus me vobis scripturum. Sunt autem quæ postulant hæc, vt mihi quidem videtur, æqua. Nam quo pacto, inquiunt, tanto frigore horrentes, tantæq; obnoxij esuritioni, postea diem etiã festum cele-

ἐστι ἑορτάσαιμεν; ἀλλὰ νῦν ἐβουλόμην καὶ ἐκείνους μετέχειν τῆς ἑορτῆς, εἰ δυνατόν μοι ἀναπεῖσαι ὑμᾶς ἐθελῆσαι τοῖς, ὧν ἔχετε, μεταδοῦναι αὐτοῖς, εἴ τινων περιττὰ καὶ παχύτερα, ἢ καθ' ἡμᾶς, καὶ ἐκ χρυσοῦ ὀλίγον ἐπισταλάξαι αὐτοῖς. ἐὰν γὰρ ταῦτα, φασὶ, ποιήσητε, μήτε ἀμφισβητεῖν ὑμῖν ἔτι περὶ τῶν ἀγαθῶν ἐπὶ τοῦ Διὸς ἐν δὲ μὴ, ἀναδέδοσι προκαλεῖσθαι ἐπὶ τὸν ἀναδασμὸν, ἐπειδὰν τὸ πρῶτον δίκας ὁ Ζεὺς καθῇ. τοιαῦτά δέ τινα ἀπειλοῦντες ὑμῖν ἀναστήσονται, ἃ καλῶς ποιοῦντες ἐχθρὲ νὴ Δία καὶ τῶν δείπνων πέρι, ὡς σωφρονοῦσιν ὑμῖν, καὶ τοῦτο παθεῖν ἀξιοῦσι τῇ ἐπιστολῇ, ὡς νῦν γε μέλλοντας ὑμᾶς θύρας ἐπικλείσειν μεγάλας θύρας. ἐὰ δὲ πολλάκις πένητάς τινας ἐστιᾶν δεῖ μακρῷ ἐθελήσαι, πλείονος τὴν ἀφροσύνου τοῦ ἐκεῖνα τὸ ἀνίερον ὦ δεῖπνε, καὶ τὰ ποτὰ ἐφ' ὕβρει αὐτῶν

celebrare posſimus? Quam ſi vellem & illos feſti participes eſſe, poſtulârunt vt cogerem vos, vt & [b] de veſtibus illis impertiamini, ſi quæ ſuperſunt pinguiores, quàm quæ vobis conueniant, vtq; de auro nonnullas guttulas in illos deſtilletis. Quòd ſi iſta feceritis, inquiunt, non erit ampliùs diſceptatio inter vos de bonis apud Iouē. Sin minus, minitantur ſeſe ad nouam rerum partitionem prouocaturos, vt primùm Iupiter pro tribunali ſedere cœperit. Atque hæc quidem facere vobis nequaquam graue fuerit, imperiri nonnihil de tantis opibus, quas poſsidetis, & rectè poſsidetis. Quin [c] de cœnis quoq; vt vobiſcum cœnarēt, & hoc literis addendum putârunt, quemadmodum vos in præſentia foribus occluſis, ſoli delicijs frueremini. Quòd ſi quando vobis viſum fuerit, & illorum quempiam poſt longum tempus conuiuio adhibere, plus eſſe moleſtiæ in cœna, quàm voluptatis, multaq; illic in pauperum contumeliam fieri: vt

lut

ὦτῶν γίγνεσθαι, οἷον ἐκεῖνο, ὁ μὴ τῶ αὐτῶ οἴνῳ συμπίναν. Ἰδάκλεας, ὡς ἀνηλούθησον, καὶ καταγιγνώσκειν αὐτῶν ἐκείνων ἄξιον, ὅτι μὴ μεταξὺ ἀναστάντων οἴχονται, ὅλον ὑμῖν τὸ συμπόσιον καταλιπόντων. ἀλλ' ὅμως φασὶ πίνειν· τοὺς γὰρ οἰνοχόους ὑμῶν, ὥσπερ τοὺς Ὀδυσσέως ἑταίρους, λιπαρῶ βεβλῶθαι τὰ ὦτα. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα οὕτως ἀσχημ' ὄντα, ὥστε ὀκνῶ λέγειν, ἃ περὶ τῆς νομῆς τῶν λιπῶν ἀκούονται, καὶ τῶν ὀψωνίων ὑμῖν μὴ παρεισώντων, ἢν δ' ἄρ' ὑποδιαφορηθῆτε, ἐκείνους δὲ παραθεόντων, καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα μικροπρεπῆ, καὶ ἅπερ ἐλευθέροις προσπίπτει. τὸ γοῦν ἥδιστον, καὶ συμποτικώτερον, ἡ ἰσοτιμία ἐστί, καὶ ὁ ἰσοδαίτης τοῦτο ἕνεκα ἥγηται ὑμῖν τῶν συμποσίων, ὡς τὸ ἴσον ἅπαντες ἔχοιεν. ὁρᾶτε οὖν, ἕως μηκέτι ὑμᾶς ἀκούσονται, ἀλλὰ τιμήσουσι, καὶ φιλήσουσι

lut illud, cùm non eodem de vino bibant. Dij boni, quàm illiberale: planè dignum, in quo & illi debeant accusari, qui non surgant potius, abeanique, toto conuiuio vobis solis relicto. Quanquam negant sese etiam ad satietatem ex illo qualicunque vino bibere, propterea quòd vestri pincernæ, [d] aures habeant cera obturatas, quemadmodum olim Vlysis socij. Porrò reliqua vsque adeò sunt turpia, vt pigeat commemorare, quæ de carnium partitione criminantur, deque ministris, qui cùm vobis assistant, donec plus quàm ad plenum expleamini, ipsos prætercurrunt, aliaque huius generis permulta sordida, minimeque digna viris ingenuis. [e] Proinde æqualitas, res est omnium iucundissima, maximeque conuiuijs congruens. Atque hac de causa, vobis æquus ille partitor in conuiuijs præficitur, vt æquam omnes habeant portionem. Videte igitur ne posthac vos iterum accusare possint. [f] Quin potius honorabunt vos, & amabunt,

ὅτι, τῶν ὀλίγων τούτων μεταλαμβάνοντος, ὧν ὑμῖν μὴ ἀπαυδήσαντος, ἐκείνοις δὲ ἐν καιρῷ τῆς χρείας ἀπόροις ἀείμνηστος. ἅπως τι δὴ οἰκεῖον δικαιῶσι τὰς πόλεις, μὴ ἀχὶ τῶν πενήτων συμπολιτευομένων, καὶ μυρία πρὸς τὸ εὐδαιμονίαν ὑμῖν συντελούντων. οὐδ' ἂν ἔχοιτε τοὺς θαυμάζοντας ὑμῶν τὸν πλοῦτον, ἂν μόνοι, καὶ ἰδίᾳ, καὶ κατ' οἶκον τῷ πλουτοῦντι. ἰδίᾳ τε γὰρ ὃν ποκνεῖ, καὶ θαυμασάτωσαν ὑμῶν τὸν ἄργυρον καὶ τὰς τραπέζας, καὶ πεπινόντων φιλοτιμίας, μεταξὺ πίνοντες πειστικοπεπαίζωσαν τὸ ἔκπωμα, καὶ τὸ βάρος ἰσώσαν αὐτοῖς διαβασάντων, καὶ τῆς ἰσοτιμίας τὸ ἀκριβὲς, τὸν χρυσὸν, ὅσος ὢν ἐπανθεῖ τῇ τέχνῃ. πρὸς γὰρ τοῦτον καὶ φιλανθρώπως ἀκούειν, καὶ τὸ φθονεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν ἔξω γίνεσθαι· τίς γὰρ ἂν φθονήσειε τῷ λοιπὸν οἰκτίρῃ, καὶ διδόντι τὸ μετρίως; τίς δ' οὐκ ἂν ὀνήσαιτο

bant, si paucula ista à vobis acceperint, quorum impendium à vobis nec sentiretur quidem, penes illos muneris in tempore dati memoria semper mansura est. Præterea nec Remp. administrare possitis, ni paupertes vnà vobiscum in ea versentur, millèque modis felicitatem vestram adiuuent. Neque enim habituri estis, qui diuitias vestras suspiciant, si soli atque apud vosipsos in tenebris eas possideatis. Videat igitur vulgus, miretúrque vestrum argentum, mensas, & quemadmodum præbibentes ad potandum inuitetis. Dein illi inter bibendum poculum vndique contemplentur, ac pondus expendant, manu librantes: tum argenti absolutam cælaturam: tum auri vim, vicissim artem condecorantis. Nam in istum modum, non solùm illi vos probos viros & humanos prædicabunt, verùm etiam inuidiam illorũ effugietis. Quis enim inuideat impertienti, dantíque quod æquum est? Quis non potius optet;

ὡς τὸ μάκιστον διαβιῶ-
σι, αὐτῶν ἀπολαύοντα τ ἀ-
γαθῶν; ὡς γὰρ νῦν ἔχετε, ἀμάρ-
τυρ & μὴ ἀ δολαμονία, ἐπίφ-
θονο & δὲ πλοῦτο &, ἀηδὴς δὲ
βίο &. οὐδὲ γὰρ οὐδ ὁμοίως ἡδὺ
ἔμαυ, μόνον ἐμπίμπλασθαι,
ὥσπερ τοὺς λέοντάς φασι, καὶ
τοὺς μονίους τῶν λύκων, καὶ συ-
νόντας ἀνθρώποις, καὶ
πάντα χρίεσθαι παρωμί-
νοις· οἱ πρῶτα μὲν ἀ ἰωφὸν καὶ
ἄφωνον τὸ συμπόσιον ἐάσου-
σιν εἶν', ἀπ' ἐν μύθοις συμ-
ποσίοις, καὶ σκώμμασιν ἀνι-
σχύσι, καὶ φιλοφροσύνας
ποικίλας σιωπῶντα· δίαν ἡ-
δίσαν διαπρίαν, φίλαν μὲν Διο-
νύσῳ καὶ Ἀφροδίτῃ, φίλαν δὲ
Χάρισιν. ἔπειτα δὲ πρὸς ἅπαν-
τας ἐς τὴν ὑστεραίαν διαγόμε-
νοι, ὑμῶν τὴν ἀξιότητα φέ-
ρειν πρασκυνήσουσι. ταῦτα
ποιοῦν πρίασθαι καλῶς ἔ-
χει. ἐπεὶ ἐρήσομαι ὑμᾶς, ἐ
μέλοντον οἱ ἀχρήστου βαδί-
ζοιεν (ἐπιθήμεθα γὰρ οὕ-
τως) οὐκ ἂν ὑμᾶς ἰδίασεν,
οὐκ ἔχοντας οἷς ἐπιδείξα-

vt quamdiuissimè viues, bonis suis fruatur? Verùm vt nunc res vobis habent, & felicitas vestra teste caret, & diuitiæ inuidiosæ, & insuauis vita. Neque enim perinde iuuat, opinor, si quis solus expleatur, quemadmodum aiunt & leones facere, & ex luporum genere h quos solitarios vocant, quàm si cum lepidis hominibus, ac per omnia gratificari paratis conuiuatis: qui primùm non sinent conuiuium surdum aut mutum esse, verùm consuetudine sua fabulas cõuiuijs aptas, dicteriaq; minimè molesta, variasq; voluptates adferent: quibus rebus tempus iucundissimè transigitur. Idq; gratum est Baccho, gratum Veneri, gratum etiam Gratijs. Deinde postero die, dum comitatem vestram refetunt, beneuolentiam vobis conciliant. Hæc etiam magno fuerant emenda. Nam illud à vobis

sciscitabor, i si pauperes abeant taciti, sic enim fingamus, nónne vos ea res vreret; cùm non haberetis quibus ostenta-

retis

φι τὰς ἁλυργεῖς, ἐωθῦτας, καὶ τῶν ἀκολούθων τὸ πλῆθος, ἢ τῶν λακτυλίων τὸ μέγεθος; ἐῶ λέγειν, ὡς καὶ ἐπιβουλὰς, καὶ μίσος παρὰ τῶν φυγόντων ἀναγκαῖον ἐγγίνεσθαι πρὸς ὑμᾶς, ἢν μόνοι τρυφᾶν ἐθέλητε· ἃ μὴ γὰρ ὄφελόν ἐστιν ἀπειλῆσαι, ἀρρόπαια, μηδὲ γένοιτο ἐς ἀναγκαίως αὐτὸς καταστῆσαι τῆς ἀνάγκης, ἐπεὶ ἔτι ἀπάντων χώσεσθε, οὔτε πλακοῦντος, ἢ ἔτι λείψανον τῆς καυσίας· ἃ φασὶ δ' ὑμῖν φαπίρεσθαι ἐντετηκότα ἔξεστιν δὲ καὶ ἕλαφος, ὀπτώμενοι μιτραξύ, δρασμὸν βαλόντες ἐν τῷ ὀπτανείῳ ἐς τὸ ὄρος. καὶ ἄρνες ψυθίαι κατατείναντες, ἄπλοοι καὶ αὗται, παρ' αὐτὸς τοὺς φεύγοντας ἐκπεσοῦνται. τὸ δὲ μέγιστον, οἱ ὡραιότατοι τροχόων, φαλακροὶ ἐν ἀκμῇ τοῦ χρόνου ὑμῖν γένεσθαι, ἐπὶ καταγέλωτι καὶ ταῦτα τῷ ἀμφορεῖ. πρὸς τάδε βουλεύεσθε ἃ καὶ τῇ ἑορτῇ πρέποντα γένοιτ' ἄν, καὶ ὑμῖν ἀσφαλέστατα.

retis purpureas veſtes, comitum multitudinem, annulorum magnitudinem? [k] Neq; iam libet referre, neceſſarie futurum vt pauperum inſidiæ atque odia in vos oriantur, ſi ſoli delicijs frui velitis. Namquæ minantur vobis imprecaturos ſeſe, prorſus abominanda ſunt: ac [l] dij prohibeant, ne vnquam ad eiuſmodi imprecationes venire cogantur: quandoquidem ſi id fiat, neque inteſtina poſthac guſtabitis, neque placentam, niſi ſi quid canis reliquum fecerit. Præterea [m] lenticula ſaperdæ liquamen vobis habebit. Porrò ſus aut ceruus interim dum aſſantur, è veru in montes aufugere parabunt. Tùm aues quoque pingues abſque alis fugam molientes, ad pauperes auolabunt. Denique quod eſt omnium grauiſſimum, pocillatores formoſiſſimi repentè vobis calui fient, idq; etiam fracta amphora. Super his rebus conſulite quæ & feſto ſint digna, & vobis quàm maximè

ἴσατα, καὶ ἐπικουφίσει πολλὴν πενίαν αὐτοῖς, ἀπὸ ὀλίγου τελίσματος φίλους ἑαυτοῖς ἕξουσι.

maximè tuta, atq; illis paupertatis onus subleuate, exiguo vectigali illos amicos habituri, neutiquam malos.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

a PAVPERES.] *Exordium ab expositione.* b De vestibus.] *Propositio prima de vestibus.* c De Cœnis.] *Secunda de cœnis.* d Aures habeant cerâ obturatas.] *Notissima est ex Homeri Odyssea fabula de Vlysse sociorum aures cerâ claudẽte, vt periculum sibi suisque imminens effugeret. Hinc ceram auribus obdere dicuntur, qui recusant audire, vel dissimulant se audire.* e Proinde æqualitas.] *Argumentum à signo & causa.* f Quin potius honorabunt.] *A consequenti & conditione paupertũ.* g Leones facere.] *Extat in Pandectis, in quibus ex Vlpiano refert Aristo, Cassium respondisse, societatem talem coire non posse, vt alter lucrum tantùm, alter damnum sentiret, & hanc societatem Leoninam solitum appellare. Respexit ad Æsopi apologum hunc: Leo, asinus & vulpes societatem inierant, vt quod venatu cepissent, id in commune partirentur. Prædam vbi erant nacti, leo iubet vt asinus partiatur. Ille vt est stolidus, in treis æquas portiones distribuit. Qua gratia mox indignatus leo, quòd cæteris æquaretur, asinum adortus dilaniat. Restabat vulpes, eam de integro partiri iubet, illa totam fermè prædam leoni attribuit, sibi vix paucula quædam seruans. Leo comprobata distributione rogat, quisnam illam artem partiendi docuisset: Calamitas inquit asini. Talis fermè solet esse societas plebeiæ sortis hominibus cum præpotentibus & diuitibus, ad quos omne commodum redit, pauperibus vi fraudatis. In argumentum huiusmodi est antiqua & elegans fabula in primo libro mearum narrationum, de oraculo Iouis Ammonis, siue de mulo, equo, asino, camelo & leone.* h Quos solitarios.] *Inter tot luporum genera nusquam hoc Lucianicũ reperi, quod prædam cæteris non diuidit. Albertus enim scribit, Lupos prædam ex æquo diuidere his, qui in venatione fuerunt,*

& si quid superest, alios vlulatu aduocare. i Si pauperes abeant.] *Amplificat καθ' ὑπόθεσιν. k* Neque libet referre.] *A periculo. l* Dij prohibeant.] *Es à vobis auertant, loquendi modus frequens. Lucret. lib. 5:*

Quod procul à vobis flectat fortuna gubernans.

id est, auertat. m Lenticula saperdæ liquamen.] *Opsonij pontici, marcescentis, putrefacti condimẽtum, quòd malum odorem contraxerit.*

ΟΙ ΠΛΟΥΣΙΟΙ τῷ Κρόνῳ χαίρειν.

Πρὸς γάρ σε οἶει μόνον ἀπὸ τῶν πενήτων ταῦτα γεγράφθαι, ὦ Κρόνε, ἀλλὰ καὶ ὁ Ζεὺς ἤδη ἐπικεκώφωται πρὸς αὐτ, ἀναβοώντων καὶ αὐτὰ διὰ ταῦτα, τ ἀναδασμὸν ἀξιούντων γενέσθαι, καὶ αἰτιωμένων τλῶ ἐμαρμένην, ὡς ἄνισόν τλῶ νομὴν πεποιημένην, καὶ ἡμᾶς, ὅτι μηδενὸς αὐτοῖς μετὰ διδόναι ἐξιοῦμεν. ἀλλ' οἶδεν ἐκεῖνος, ὅτι Ζεὺς ὤν, παρ' οἷς τὸ πλεῖστον ἡ αἰτία, καὶ διὰ τοῦτο παρασκευὴ αὐτῶν τὰ πολλὰ, σοὶ δ' ὅμως ἀπολογησόμεθα, ἐπείπερ ἤρξω γε καὶ ἡμῶν. ἡμεῖς γὰρ ἅπαντα τὰ ὀφθαλμῶν καθόντων, ἃ γέγραφας, ὡς καλὸν ἐπιτουρεῖν

DIVITES Saturno Salutem.

NVm[a] putas, Saturne, de rebus istis: ad te solùm scripsisse pauperes? Quin potius Iouis ipsius aures iam obsurduerũt illorũ querelis, dum hæc eadem vociferantur, ac nouâ rerum partitionẽ flagitant, ac simul & fatum incusant, quòd non æqualiter distribuerit: & nos, quòd nihil ipsis velimus impertiri. Verùm[b] nouit ille, quippe cùm sit Iupiter, penes quos sit culpa, eóq; illos plerunque obaudit. Nihilominus tamen purgabimus nos tibi, quandoquidem hoc certè tempore princeps nosteres. [c] Nos enim omnia ista quæ scribis, ob oculos habentes, quàm sit honestum de magna rerũ copia opitu-

ῥ πονῶν τοῖς δεομένοις, ὰὶ ὡς ἥδιον, συνεῖναι μὴ μωμωμένοις τοῖς πένησιν, ὲὶ διατρίβομεν ἄτω ποιοῦντες, ροδίαζοι λαθεσῶτες, ὡς ἂν μὴ τὸν συνδιαίτων αὐτῶν τιάσασθαί τι. οἱ δ' ὀλίγων ἀρχὴ δεῖσθαι φάσκοντες, ρεδίπνῳ ἅπαξ αὐτοῖς ἀντιτάσαμεν τὰς θύρας, ὃν ἀδίκησαν ἅπαξ ἐπ' ἄπασι συμπίνοντες· εἰ δὲ μὴ πάντα ὀνθύς, μηδ' πρὸς ἓπ' λαμβάνοισιν, ρχὴ μὴ μῖσος, ὰὶ πρόχειροι αὶ βλασφημίαι. ὰν ἓν ἐπιψεύδοιντι ἡμῖν, ἀπ' ἴγε ἀκούοντες ἐπίσευον ἂν, ὡς ἀκεινῶς ἀδόσιν ἐν τοῦ νυγγνώσεσθαι. ὥστε δυοῖν· θάτερον, ἢ μὴ διδόντα, ἐχθρὸν ἂν πάντως ἔδει, πάντα τὰ ἐπιμῶντας, αὐτίκα μάλα ψύσθαι, ὰὶ τῶν αὐτόνομον ὰὶ αὐτὸν ἐστ' ὰὶ τὰ μὴ κτα μετρια, ἐν δὲ τοῖς δεῖροις αὐτοῖς ἀμιλήσαντες τὸ μπίμπλασθαι ὰὶ γαστίζεσθαι

opitulari ijs qui indigent, quantoq; sit iucundius, simul cum pauperibus versari, & conuiuium agitare, ad eum modum assiduè facimus, adeoq; in ratione vitæ nos æquamus, vt nihil possit incusare is quem ad conuictum admittimus. Verùm illi primùm aiunt sibi paucis opus esse: deinde vbi semel illis fores aperuerimus, nunquam desinunt alia super alia postulare. Quòd nisi protinus omnia, simulq; cum dicto acceperint, [d] mox paratum odium, in promptu conuitia, etiam si quid de nobis sit mentiendum. Porrò qui audiunt, fidem illis habent, rari videlicet illos probè scire quæ dicunt, propterea quòd nobiscum consuetudinem habuerint. Ita fit, vt in alterutrum incidamus, vt aut si nihil demus, illos prorsus habeamus hostes: aut [e] profusis omnibus, ipsi protinus rgeamus, iamq; in pauperum gregem veniamus. At cætera quidem vtcunque feranda sunt: verùm inter cænas ipsas non satis habent ingurgitari cibis, atque aluum explere,

σθαι, καὶ αὐτοὶ, ἐπειδὰν πλέω-
τοῦ ἱκανοῦ πίωσιν, ἢ παιδὸς ὡ-
ραίας μεταξὺ ἀναδόντες τὸ
ἔκπωμα, ἔνυξαν τὴν χεῖρα, ἢ
πάππαπᾶ, ἢ γαμετῇ γυναικὶ
ἐπιχείρησαν. εἶτα γαμέσ-
ας τὸ συμποσίου, ἐς τὴν
ὑστεραίαν λοιδορῦνται ἡμῖν
καταλυθόντος, ὡς ἐλίψησαν, καὶ
ὡς λιμῷ σιωῶσαν διηγούμενοι.
καὶ ἔτι ταῦτα καταψεύδε-
σθαι αὐτῶν δοκοῦμεν τὸν ὑμέ-
τερον παράσιτον ἀναμνή-
σητε τὸν Ἰξίονα· ὃς ἀξιωθεὶς
κοινῆς τραπέζης, ἀξίωμα ἔχων
ὑμῖν, τῇ Ἥρᾳ μεθυσθεὶς
ἐπεχείρει, ὁ γύννις. ταῦτά
ὅτι, καὶ τὰ ὅμοια, ὑφ' ὧν ἡ-
μεῖς ἐβουλησάμεθα πρὸς τὸ
λοιπὸν, ἀσφαλείας ἕνεκεν ὑμετέ-
ρας ἕνεκεν, μηκέτι ἐπίβατον
ποιεῖν αὐτοῖς τὴν οἰκίαν. ἂν
δὲ ἐπὶ σὺν σωφρονοῦντο μετρίων
δεῖσθαι, ὥσπερ νῦν φασι,
μηδὲν δὲ ὑβριστικὸν ἐν τοῖς
συμποσίοις ἐργάσασθαι, κοι-
νωνοῦντων ὑμῖν καὶ σωφρο-
νοῦντων τύχῃ τῇ ἀγαθῇ. καὶ
τῶν ἱματίων, ὡς σὺ κελεύεις,
πέμ-

sed ijdem vbi plus satis ad-
biberint, tum vel puellæ for-
mosæ cyathum porrigen-
tis manum vellunt, aut con-
cubinam vxorémve soli-
citant. Postremò conuomi-
to conuiuio, postero die
nobis obtractant, narran-
tes quemadmodum sitie-
rint, esurierintq. Quòd si
hæc aduersus illos menti-
ri videmur, vester ille pa-
rasitus [f] Ixion in memo-
riam redeat, qui adcom-
munis mensæ honorem ad-
missus, ac vobis dignitate æ-
quiparatus, iam ebrius vir
ille egregius, Iunonē ador-
tus est. 8 Hæc atque huius-
modi sunt, propter quæ in
posterum statuimus quò res
nostræ sint in tuto, ne post-
hac illis in domum aditum
præbeamus. Quòd si te au-
thore, pacto recipiant, sese
moderatè petituros, quem-
admodum nunc aiunt, ne-
que quicquam flagitiosè in
compotationibus admissu-
ros: age, conuiuant nobis-
cum, simulq; cœnent [h] bonis auibus. Ac de tunicis, sicuti iubes,
mittemus,

πέμψομεν, καὶ τὸ χρυσίον, ὁπόσον οἷόν τε, καὶ προσλαπανήσομεν, καὶ ὅλως, ὅλον ἐπαίψομεν. αὐτοὶ δ' ἀφέμενοι τοῦ κατὰ τέχνην ὁμιλεῖν ἡμῖν, φίλοι ἀντὶ κολάκων καὶ παρασίτων ἔσωσαν· ὡς ἡμᾶς γε καὶ ὅλον ἂν ἀπιάσασθαι, μηκέτι τὰ λοιπὰ ποιεῖν ἐθελόντων.

mittemus, & de auro quantum facultas patietur, ac sumptus augebimus: in summa, nihil omittemus officij nostri, modò vicissim desinant ipsi arte nobiscum viuere, sintq; pro parasitis & adulatoribus amici. Ita nihil erit quod in nobis desideres, si ipsi quoque suo fungi volent officio.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

